SIGNATURA: I 222



3 I 103
222

# SOMNIVM SCIPIONIS EX CICERONIS LIBRO DE REPVBLICA EXCERPTVM.

VM IN AFRICAM VENISSEM A MANlio conſule ad quartam legionem tribunus (ut ſcitis) militum: nihil mihi fuit potius: q̃ ut Maſiniſſam conuenirem regem familiæ noſtræ iuſtis de cauſis amiciſſimum. Ad quem ut ueni: complexus me ſenex collachrymauit aliquãto. Poſt ſuſpexit ad cælũ: & grates inquit tibi ſũme ſol ago: uobiſq; reliquis cælites: q; ante q̃ ex hac uita migro: conſpicio in meo regno & in his tectis Pub. Cornelium Scipionem. Cuius ego nomine ipſe recreor: ita nũq̃ ex animo meo diſceſſit illius optimi atq; ĩuictiſſimi uiri memoria. Deinde ego illũ de regno ſuo: ille me de noſtra repu. percũctatus eſt. Multiſq; uerbis ultro citroq; habitis ille nobis conſũptus eſt dies. Poſt autem regio apparatu accepti ſermonem ĩ multam noctem produximus: cum ſenex nihil niſi de Africano loqueretur: omniaq; non ſolum eius facta: ſed etiam dicta meminiſſet. Deinde ut cubitum diſceſſimus: me & de uia & quia ad multam noctem uigilaſſem: arctior q̃ ſolebat ſomnus complexus eſt. Hic ergo mihi (credo equidem ex hoc quod eramus locuti: fit enim ſæpe fere: ut cogitationes ſermoneſq; noſtri pariãt aliqd ĩ ſõno tale: quale de Homero ſcribit Ennius: de quo uidelicet ſæpiſſime uigilans ſolebat cogitare & loqui) Africanus ſe oſtẽdit ea forma: quæ mihi ex imagĩe eius q̃ ex ipſo notior erat. Quem ut agnoui equidem corrui. Sed ille ades ĩqt animo: & omitte timorẽ Scipio: & quæ dicã memoriæ trade. Vides ne illã urbẽ: quæ parere rei pub. coacta p me renouat priſtina bella: nec põt quieſcere? Oſtendebat autem carthaginem de excelſo & pleno ſtellarum illuſtri & claro quodam loco: ad quã tu oppugnãdam nũc uenis pene miles. Hanc hoc biennio conſul euertes. Eritq; tibi id cognomen per te partũ: quod habes adhuc hæreditariũ a nobis. Cũ autem carthaginẽ deleueris: triumphum egeris: cenſorq; fueris: & obieris legatus ægyptum ſyriam aſiam græciamq;: delegere iterum conſul abſens: & bellum maximum conficies: numantiam excindes. Sed cum eris curru ĩ capitoliũ ĩuectus: offendes rẽpub. perturbatam conſiliis nepotis mei. Hic tu Africane oſtendas oportebit patriæ lumen animi ingenii conſiliiq; tui. Sed eius tẽporis ancipitem uideo quaſi fatorum uiam. Nam cũ ætas tua ſeptenos octies ſolis anfractus redituſq; conuerterit: duoq; hi numeri quorum uterq; plenus: alter altera de cauſa habetur circuitu naturali: ſummam tibi fatalem confecerint: in te unum atq; in tuũ nomen ſe tota cõuertet

N.º 21.407"

ciuitas. Te ſenatus: te omnes boni: te ſocii: te latini intuebũtur. Tu eris unus: ĩ quo nitatur ciuitatis ſalus. Ac ne multa: dictator rẽpu. cõſtituas oportet: ſi impias propĩquorum manus effugeris. Hic cũ exclamauiſſet Lælius: ĩgemuiſſentq; cæteri uehementius: leniter arridẽs Scipio: quæſo ĩquit: ne me a ſomno excitetis: & pax ſit rebus. Audite cætera. Sed quo ſis Africane alacrior ad tutandam rempu. ſic habeto. Omnibus q patriã conſeruauerint adiuuerint auxerint: certum eſſe in cælo diffinitum locũ: ubi beati ſempiterno æuo fruantur. Nihil eſt ergo illi principi deo: qui omnem mundum regit: quod quidem in terris fiat acceptius: q̃ concilia cœtuſq; hominũ iure ſociati: quæ ciuitates appellãtur. Harum rectores & cõſeruatores hinc profecti huc reuertũtur. Hic ego (etſi eram pterritus nõ tam mortis metu q̃ inſidiarum a meis) quæſiui tamen uiueret ne ipſe & pater Paulus: & alii quos nos extinctos arbitrabamur. Immo uero ĩqt hi uiuunt: qui e corporum uinculis tanq̃ e carcere euolauerũt. Veſtra uero quæ dicitur uita mors ẽ. Quin tu aſpicias ad te uenientem patrem Paulum? Quẽ ut uidi: equidem uim lachrymarum profudi. Ille autem me complexus atq; oſculans flere prohibebat. Atq; ego ut primum fletu repreſſo loqui poſſe cœpi: quæſo inq̃ pater ſanctiſſime atq; optĩe: quoniam hæc eſt uita: ut audio Africanum dicere: quid moror in terris? quin huc ad uos propero uenire? Non eſt ita inquit ille. Niſi enĩ cum deus is: cuius hoc templũ eſt omne quod conſpicis: iſtis te corporis cuſtodiis liberauerit: huc tibi aditus patere non poteſt. Homines enim ſunt hac lege generati: qui tuerẽtur illum globum: quem in hoc templo medium uides: quæ terra dicit'. hiſq; animus datus eſt ex illis ſẽpiternis ignibus: quæ ſydera & ſtellas uocatis: quæ rotundæ & globoſæ diuinis animatæ mẽtibus circulos ſuos orbeſq; conficiunt celeritate mirabili. Quare & tibi Publi & piis omnibus retinendus animus eſt in cuſtodia corporis. Nec iniuſſu eius: a quo ille eſt nobis datus: ex hominum uita migrandũ eſt: ne munus humanum aſſignatum a deo defugiſſe uideamini. Sed ſic Scipio: ut auus hic tuus & ut ego qui te genui: iuſticiam cole & pietatem: quæ cum magna in parentibus & propinquis tum in patria eſt. Ea uita uia eſt in cælum: et in hunc cœtum eorũ: qui iam uixerũt: & corpore laxati illum incolunt locum: quem uides. Erat autem is ſplendidiſſimo candore inter flammas elucens circulus: quem uos ut a graiis accepiſtis orbem lacteũ nuncupatis: ex quo omnia mihi contemplanti præclara cætera & mirabilia uidebantur. Erant autem hæ ſtellæ quas nũq̃ ex hoc loco uidimus: & hæ magnitudines omnium quas eſſe nunq̃ ſuſpicati ſumus. Ex quibus erat ea minima: quæ ultima a cælo citima terris luce lucebat aliena. Stellarum autẽ globi terræ magnitudinẽ facile uĩcebãt. Iam uero ipſa terra ita mihi parua uiſa eſt: ut me imperii noſtri: quo q̃ſi

punctum eius attingimus: pœniteret. Quam cum magis ĩtuerer: quæſo inquit Africanus: quouſq; humi defixa erit tua mẽs? Nõ ne aſpicis quæ in templa ueneris? Nouem tibi orbibus uel potius globis connexa ſunt omnia: quorum unus eſt cæleſtis extimus: q reliquos complectit' omnis ſũmus ipſe deus arcens & continens cæteros: in quo ſunt infixi illi qui uoluunt' ſtellarum curſus ſempiterni. Cui ſubiecti ſeptem: qui uerſant' retro contrario motu atq; cælum. E q̃bus unũ globũ poſſidet illa: quã in terris ſaturniam nominant. Deinde hominum generi proſperus & ſalutaris ille fulgor: qui dicitur iouis: tunc rutilus & horribiliſq; terris: quem martem dicitis. Deĩde ſubter mediam fere regionem ſol optinet dux & princeps & moderator luminũ reliquorũ mẽs mũdi & tẽperatio tanta magnitudine: ut cũcta ſua luce cõpleat et luſtret. Hũc ut comites cõſequuntur ueneris alter: alter mercurii curſus. In infimoq; orbe luna radiis ſolis ſuccenſa conuertitur. Infra autem iã nihil eſt: niſi mortale & caducũ præter animos munere deorum hominum generi datos. Supra lunam ſunt æterna omnia. Nam ea quæ eſt media & nona tellus: neq; mouetur: & infima eſt: & ĩ eam feruntur omnia nutu ſuo põdera. Quæ cum intuerer ſtupẽs: ut me recepi: quid inq̃ eſt qui complet aures meas tantus & tam dulcis ſonus? Hic eſt inquit ille: qui interuallis cõiunctus imparibus ſed tamen pro rata pte ratione diſtinctis: impulſu & motu ipſorum orbium conficit': & acuta cum grauibus temperans uarios æq̃biliter concentus efficit. Nec enĩ ſilentio tanti motus ĩcitari poſſunt: & natũa fert ut extrẽa ex altera pte grauetur: ex altera autem acute ſonetur. Quam ob cauſã ſũmus ille ſtellifer cæli: cuius conuerſio cõcitatior eſt: acuto & excitato mouet' ſono: grauiſſimo autẽ hic lunaris atq; ĩfimus. Nam terra nona ĩmobilis manẽs ima ſede ſemper hæret cõplexa mediũ locũ mundi. Illi autẽ octo curſus: in q̃bus eadem uis eſt modorum: ſeptẽ efficiunt diſtinctos interuallis ſonos: qui numerus rerũ omniũ fere nodus ẽ. quod docti homines neruis imitati atq; cantibus aperuerunt ſibi reditum ĩ hunc locũ: ſicut alii q præſtãtibus ingeniis ĩ uita hũana diuĩa ſtudia coluerunt. Hoc ſonitu cõpletæ aures hominũ obſurduerũt. Nec eſt ullis hebetior ſenſus in uobis: ſicut ubi nylus ad illa quæ catadupa nominãt' præcipitat ex altiſſimis mõtibus: ea gens quæ illũ locũ accolit: propter magnitudinem ſonitus ſenſu audiendi caret. Hic uero tantus eſt totius mundi ſonitus ĩcitatiſſĩa cõuerſione: ut eum aures hominum capere non poſſint: ſicut intueri ſolem aduerſum nequitis: eius radiis acies ueſtra ſẽſuſq; uĩcit'. Hæc ego admirãs referebam tamen oculos ad terram identidem. Tunc Africanus ſẽtio inq̃t te ſedẽ etiam nunc hominum ac domum cõtẽplari: quæ ſibi pua ut ẽ ita uidet'. Hæc cæleſtia ſẽp ſpectato: illa humana contemnito. Tu enĩ quã celebritatem ſermonis

hominũ aut quã expetendã conſequi gloriã potes? Vides habitari raris & ãguſtis ĩ locis:& ĩ ipſis quaſi maculis:ubi habitatur:uaſtas ſolitudĩes ĩteriectas:hoſq; qui incolunt terrã nõ modo ĩterruptos ita eſſe : ut nihil ĩter ipſos ab aliis ad alios manare poſſit: ſed ꝑtĩ obliquos ꝑtĩ trãſuerſos ꝑtĩ omnes aduerſos ſtare uobis.a quibus ſpectare gloriam certe nullam poteſtis. Cernis autem eandem terrã q̃ſi redimitã & circũdatã cĩgulis. E q̃bus duos maxĩe inter ſe diuerſos & ipſis uerticibus cæli ex utraq; parte ſubnixos obriguiſſe pruina uides. Medium auté illũ & maximum ſolis ardore torreri. Duo ſũt hĩtabiles: quoꝝ auſtralis ille in quo qui ĩſiſtunt aduerſa uobis urgent ueſtigia. Nihil ad ueſtrum genus. Hic autem alter ſubiectus aquiloni cerne q̃ tenui uos ꝑte contĩgat. Omnis autem terra quæ colit' a uobis:anguſtata uerticibus lateribus latior parua quædã ĩſu-la ẽ circũfuſa illo mari quod athlanticum quod magnũ quod oceanũ appellatis in terris:q tamé tãto noĩe q̃ ſit ꝑuus uides. Ex his ipſis cultis notiſq; terris num aut tuum aut cuiuſq̃ noſtrũ nomé uel caucaſũ hunc qué cernis trãſcédere potuit?uel illum gangem tranatare? Vel q̃s ĩ reliq̃s oriẽtis aut abeuntis ſolis ultimis aut aq̃lonis auſtriue ꝑtibus tuũ nomen audiet? Quibus ãputatis cernis ꝓfecto quãtis ĩ anguſtiis noſtra ſe gloria dilatari uelit. Ipſi auté qui de nobis loquũt':q̃ loquẽt' diu? Quĩ ſi cupi-at proles illa futurorum hominum deĩceps laudes uniuſcuiuſq; noſtrũ a patribus acceptas poſteris prodere: tamé ꝓpter eluuiones exuſtioneſq; terrarum:q̃s accidere tépore certo neceſſe eſt:nõ mõ nõ æternam ſed ne diuturnã q̃dé gloriã aſſequi poſſumus. Quid .n. intereſt ab his q poſtea naſcẽt' ſermoné fore de te:cum ab his nullus fuerit q ãte nati ſunt: q nec pauciores & certe meliores fuerunt uiri: præſertim cum apud eos ipſos a q̃bus audiri nomé noſtrũ poteſt : nemo unius ãni memoriam conſequi poſſit. Homines autem ãnum tãtum ſolis id eſt unius aſtri reditum me-tiunt': re ipſa autem. Cum ad idem autem unde ſemel profecta ſunt: cuncta aſtra redierĩt: eãdemq; totius cæli deſcriptioné longis interuallis rettulerint:tunc ille uere uertens ãnus appellari poteſt:in quo uix dicere audeo q̃multa hominum ſæcula teneant'. Nãq; ut olim ſol deficere ho-minibus extinguiq; uiſus eſt: cum Romuli animus hæc ipſa in templa penetrauit:quãdoq; ab eadé ꝑte ſol eodéq; tépore iterum defecerit:tum ſignis omnibus ſtelliſq; ad principium reuocatis expletum ãnũ habeto. Cuius quidem anni nundum uiceſimam partem ſcito eſſe conuerſam. Quocirca ſi reditum in hunc locum deſperaueris : in quo omnia ſunt magnis & præſtantibus uiris:q̃ti tandem eſt gloria hominum: quæ ꝑti-nere uix ad unius ãni ꝑté exiguã põt? Igit' alte ſpectare ſi uoles atq; hãc ſedé & æternã domũ cõtueri: neq; te ſermonibus uulgi dederis:nec in premiis hũanis ſpé poſueris rerum tuarum:ſuis te illecebris oportet ipſa

uirtus trahat ad uerum decus. Quod de te aliĩ loquãtur ipſi uideant:ſed loquentur tamen. Sermo enim ille omnis & anguſtiis cingitur his regi-onum quas uides. Nec unq̃ de ullo ꝑennis fuit:& obruitur hominũ ĩteri-tu:& obliuione poſteritatis extĩguit'. Quæ cũ dixiſſet:ego uero inq̃ Afri-cane eq̃dé bene meritis de patria quaſi limes ad cæli aditũ patet: quanq̃ a pueritia ueſtigiis ĩgreſſus p̃ris & tuis decori ur̃o nõ defui : nõ tamé pre-mio tãto ꝓpoſito enitar multo uigilantius. Et ille:tu uero enitere: & te hẽto nõ eſſe mortalẽ: ſed corpus hoc. Nec.n. tu is es:quẽ forma iſta de-clarat:ſed més cuiuſq; is ẽ q̃ſq; nõ ea figura:quæ digito demr̃ari poteſt. Deũ te igit' ſcito eſſe : ſi q̃dé ẽ deus:q uiget:q ſẽtit:q meminit:q ꝓuidet. q tã regit & moderat' & mouet id corpus: cui præpoſitus ẽ:q̃ hũc mundũ ille prĩceps deus. Et ut ipſe mũdũ ex q̃dã ꝑte mortalé ipſe deus æternus: ſic fragile corpus animus ſẽpiternus mouet. Nã quod ſẽp mouet':æter-nũ ẽ:quod aũt motũ affert alicui quodq; ipſũ agitat' aliũde quãdo finẽ habet motus:uiuẽdi finé habeat neceſſe ẽ. Solũ igit' quod ſe mouet:q̃a nũq̃ deſerit' aſe:nũq̃ ne q̃dé moueri deſinit. Quin etiã cæteris quæ mo-uẽt':hĩc fõs hoc prĩcipiũ ẽ mouẽdi. Prĩcipio aũt nulla ẽ origo: nã ex prĩ-cipio oriũt' oĩa. Ipſũ aũt nulla ex re alia naſci põt. Nec.n. id eſſet prĩci-piũ quod gigneret' aliunde. Quod ſi nunq̃ oritur : nec occidit quidem unq̃. Nam principium extinctum nec ipſum ab alio renaſcetur : nec ex ſe aliud creabit. Si quidem neceſſe eſt a principio oriri omnia : ita fit ut motus principium ex eo ſit:quod a ſe ipſũ mouet'. Id auté nec naſci poteſt nec mori. Vel concidat omne cælum omniſq; natura : conſiſtat neceſſe eſt. Nec uim ullam nanciſcatur : q̃ a primo impulſu moueat'. Cum pateat igit' id æternũ eſſe:quod a ſe ipſo moueat' : quis ẽ qui hanc naturam animis eſſe tributã neget? Inanimatũ uel ĩanimum autem eſt omne:quod pulſu agitatur externo. Quod enim eſt anima:id motu ciet' interiore & ſuo. Nam hæc eſt propria natura animæ atq; uis. Quæ ſi eſt una ex omnibus quæ ſeſe moueat:neq; nata certe eſt: & æterna eſt. Hãc tu exerce optimis in rebus. Sunt auté hæ optimæ curæ de ſalute patriæ: quibus agitatus & exercitatus animus uelocius in hanc ſedem & domũ ſuã peruolabit. Idq; ocius faciet:ſi iam tum cum incluſus erit ĩ corpore: eminebit foras:& ea quæ extra erunt contemplans : q̃maxime ſe a cor-pore extrahet. Nanq; eorum animi:qui ſe uoluptatibus corporis dedi-derunt:earumq; ſe quaſi miniſtros præbuerunt: impulſuq; libidinum uoluptatibus obedientium deorum & hominum iura uiolauerunt: cor-poribus elapſi circum terram ipſam uolutantur. Nec hũc in locum niſi multis exagitati ſæclis reuertũt'. Ille diſceſſit:ego ſõno ſolutus ſum.

# MACROBII AVRELII THEODOSII VIRI CONSVLARIS ET ILLVSTRIS IN SOMNIVM SCIPIONIS EXPOSITIONIS QVAMELEGANTISSIMAE LIBER PRIMVS.

NTER PLATONIS CICERONISQVE
libros: quos de repu. utrūq; conſtituiſſe cōſtat:
Euſtachi fili uitæ mihi dulcedo pariter & gloria
hoc intereſſe prima fronte pſpeximus: q illere-
publicā ordinauit: hic rettulit. Alter qualis eſſe
deberet: alter qualis eſſet a maioribus inſtituta
diſſeruit. In hoc tamen uel maxime operis ſi-
militudinem ſeruauit imitatio: q cū Plato ī uo-
luminis concluſione a quodam uitæ reddito quam reliquiſſe uidebatur
īdicari faciat: qui ſit exutarum corporibus ſtatus animarum: adiecta his
quadam ſpærarum uel ſyderum nō ocioſa deſcriptione rerum facies nō
diſſimilia ſignificans a tulliano Scipione per quietem ſibi ingeſta nar-
ratur. Sed quod uel illi cōmento tali uel huic tali ſomnio in his potiſſi-
mum libris opus fuerit: ī quibus de rerumpu. ſtatu loquebatur: quoue
attinuerit inter gubernandarum urbium conſtituta circulos orbes glo-
boſq; deſcribere: de ſtellarum modo: de cæli conuerſione tractare quæ-
ſitu dignum & mihi uiſum eſt & aliis fortaſſe uideatur: ne uiros ſapiētia
præcellentes: nihilq; in inueſtigatione ueri niſi diuinum ſentire ſolitos
aliquid caſtigato operi adiieciſſe ſupfluū ſuſpicemur. De hoc prius ergo
pauca dicenda ſūt: ut liquido mens operis de quo loquimur īnoteſcat.
Rerum omnium Plato & actuum naturam penitus inſpiciēs aduertit ī
omni ſermone ſuo de reipu. inſtitutione ꝓpoſito īfundendum animis
iuſtitiæ amorem: ſine qua nō ſolū reſpu. ſed ne exiguus hominū cœtus
nec domus quidem parua conſtabit. Ad hūc porro iuſtitiæ affectū pec-
toribus inculcandum nihil æque patrocinaturum uidit: q̄ ſi fructus eius
non uideretur cum uita hominis terminari. Hunc uero ſuperſtitem
durare poſt hominem: qui poterat oſtendi: niſi prius de animæ immor-
talitate conſtaret? Fide autem facta perpetuitatis aīarum: cōſequens eſſe
aīaduertit: ut certa illis loca nexibus corporis abſolutis pro cōtēplatu p-
bi improbiue meriti deputata ſit. Sic ī Phedrone īexpugnabilium luce
rōnum anima in ueram dignitatem propriæ īmortalitatis aſſertæ ſequit
diſtinctio locoꝝ: quæ hanc uitam relinquentibus ea lege debent: quam
ſibi quiſq; uiuendo ſanxerit. Sic in Gorgia poſt pactam pro iuſtitia diſ-
putationem de habitu poſt corpus aīarū morali grauitate ſocraticæ dul-
cedinis āmonemur. Igit idē obſeruanter ſecutus eſt in illis præcipue uo-
luminibus: quibus ſtatum reipublicæ formandum recepit. Nam poſtq̄

prīcipatum iuſticiæ dedit: et docuit animam poſt animal nō perire. Per
illā demum fabulā (ſic enī quidam uocant) quo anima poſt corpus eua-
dat: uel ūde ad corpus ueniat in fine operis aſſeruit: ut iuſticiæ uel cultæ
premium uel ſpretæ pœnam āimis quippe īmortalibus ſubituriſq; iudi-
cium ſeruari doceret. Hunc ordinē Tullius nō minore iudicio reſeruās:
q̄ ingenio repertus eſt: poſtq̄ ī omni reipub. ocio ac negocio palmā iuſti-
ciæ diſputando dedit: ſacras immortaliū animarum ſedes & cæleſtium
arcana regionum in ipſo conſumati operis faſtigio collocauit indicans
quo his perueniendum uel potius reuertendum ſit: qui rempublicā cū
prudentia iuſticia fortitudīe atq; moderatione tractauerit. Sed ille pla-
tonicus ſecretorum relator Her. quidam nomine: fuit natione pāphilus
miles officio: qui cum uulneribus in prælio acceptis uitā effudiſſe uiſus:
duodecimo demum die inter cæteros una peremptos ultimo eſſet hono-
randus: igne ſubito ſeu recepta anima ſeu retenta quicquid emēſis īter
utranq; uitam diebus egerat uideratue: tanq̄ publicum ꝓfeſſus indici-
um humano generi nunciauit. Hanc fabulam Cicero licet ab īdoctis q̄ſi
ipſe ueri conſcius doleat irriſam: exemplum tamen ſtolidæ reprehenſi-
onis uitans excitari narraturum q̄ reuiuiſcere maluit. Ac prius q̄ ſomnii
uerba conſulamus enodandum nobis eſt: a quo genere hominū Tullius
memoret uel irriſam Platonis fabulam: uel ne idem ſibi eueniat nō ue-
reri. Nec. n. his uerbis uult imperitū uulgus intelligi: ſed genus hōinū
ueri ignarum ſub peritiæ oſtentatione: quippe quos & legiſſe talia &
ad reprehendendum animatos conſtaret. Dicemus igitur & quos ī tātū
philoſophum referat quandam cenſuræ exercuiſſe leuitatem: quiſue
eoꝝ etiam ſcriptam reliquerit accuſationem: & poſtremo quid pro ea
duntaxat pte: quæ huic operi neceſſaria ē: reſponderi conuēiat obiectis.
Quibus (quod factu facile ē) eneruatis iā quicquid uel contra Ciceronis
opinionem etiam in Scipionis ſomnium ſeu iaculatus eſt unq̄ morſus
liuoris ſeu forte iaculabitur diſſolutum erit. Epicureorum tota factio
æquo ſemp errore a uero deuia & illa extimans ridenda: quæ neſciat ſa-
crum uolumen: & anguſtiſſima irriſit naturæ ſeria. Colotes uero inter
Epicuri auditores loquacitate notabilior: etiam in librum rettulit: quæ
de hoc amarus cauillatus eſt. Sed cætera quæ iniuria notauit: ſiquidem
ad ſōnium de quo hic procedit ſermo nō attinēt: hoc loco nobis omit-
tenda ſunt. Illam calūniam perſequamur: quæ niſi ſupplodetur: ma-
nebis Ciceroni cum Platone cōmunis. Ait enim a philoſopho fabulam
non oportuiſſe confīgi: quoniam nullum figmenti genus ueri ꝓfeſſori-
bus conueniret. Cur. n. īquit: ſi rerum cæleſtium notionem: ſi habitum
animarum demonſtrare uoluiſti: non ſimplici & abſoluta hoc īſinuati-
one curatū ē? Sed quæſita pſona caſuſq; excogitata nouitas & cōpoſita

aduocati ſcæna figmenti ipſam quærendi ueri ianuā mēdacio pollueret:
hæc quoniā dum de platico ære iactantur: etiam quietem Africani noſ-
tri ſōniantis incuſant. Vtraq; enim ſub appoſito argumento electa per-
ſona eſt: quæ accommoda enūciandis haberetur. Reſiſtamus urgēti: &
fruſtra arguens refellat calūnia: ut una diſſoluta utriuſq; factū īcolume
ut fas eſt: retineat dignitatem. Nec omnibus fabulis repugnat philoſo-
phia nec omnibus acquieſcit: & ut facile ſecerni poſſit: quæ ex his ab ſe
abdicet: ac uelut ꝓfana ab ipſo ueſtibulo ſacræ diſputationis excludat:
quæue ēt ſæpe ac libenter admittat diuiſionum gradibus explicādum.
Fabulæ: quaꝝ nomē īdicat falſi ꝓfeſſionē: aut tātum conciliādæ auribus
uoluptatis: aut adhortationis quoq; ī bonā frugem gratia repertæ ſūt:
auditum mulcent uelut comœdiæ quales Menander eiuſue imitatores
agēdas dederūt: uel argumēta fictis caſibus amatorum referta. Quibus
uel multum ſe Arbiter exercuit: uel Apuleiū nonnūq̄ luſiſſe miramur.
Hoc totum fabularum genus: quod ſolas auriū delicias profitetur e ſa-
crario ſuo in nutricum cunas ſapientiæ tractatus eliminat. Ex his autē
quæ ad quandā uirtutū ſpēm ītellectū legentis hortantur fit ſecunda
diſcretio. In quibuſdam.n.et argumētum ex ficto locatur: & p mēdacia
ipſe relationis ordo cōtexitur: ut ſūt illæ Eſopi fabulæ elegātia fictionis
illuſtres. At in aliis argumentum quidem fūdat ueri ſoliditate: ſed hæc
ipſa ueritas p quædam compoſita et ficta profertur. et hæc iam uocatur
narratio fabuloſa nō fabula: ut ſūt cerimoniaꝝ ſacra Heſiodi et Orphei:
quæ de deoꝝ ꝓgenie actuue narrāt: ut miſtica pythagoreorū ſenſa refe-
runt. Ergo ex hac ſecunda diuiſione: quā diximus a philoſophiæ libris
prior ſpēs quæ cōcepta de falſo p falſū narrat aliena eſt. Sequens ī aliā
rurſus diſcretionē ſciſſa diuidit. Nam cum ueritas argumēto ſubeſt: ſo-
laq; fit narratio fabuloſa non unus reperit modus per figmentum uera
referendi. Aut.n. cōtexio narrationis p turpia & indigna numinibus ac
mōſtro ſimilia componitur: ut dei adulteri Saturnus pudēda Cælū pr̄is
abſcidens: & ipſe rurſus a filio regno potito in undas coniectus. Quod
genus totum philoſophi neſcire malunt: aut ſacrarū reꝝ notio ſub pio
figmentoꝝ uelamine honeſtis & tecta rebus & ueſtita nōibus enūciat.
Et hoc eſt ſolū figmēti genus: quod cātio de diuinis rebus philoſophātis
admittit. Cum igit nullā diſputationi pariat iniuriā uel hæc index uel
ſomniās Africanus: ſed rerum ſacraꝝ enūtiatio ītegra ſui dignitate his
ſit tecta nominibus: accuſator tādem edoctus a fabulis fabuloſa ſecer-
nere cōqeſcat. Sciēdū eſt tamē nō ī omnē diſputationem philoſophos
admittere fabuloſa uel licita: ſed his uti ſolēt cū uel de aīa uel de aereis
uel de æthereis poteſtatibus uel de cæteris diis loquūt. Cæterū cum ad
ſūmū & principē omniū deū: q apud græcos τἀγαθὸν ἀπρωτοπάνλων

nūcupat tractatus ſe audet attollere: uel ad mentem quam græci νοῦν
appellant originales rerum ſpecies quæ ειδη dictæ ſunt continentes ex
ſummo natā & pfectā deo. Cū de his inq̄ loquunt deo & mente: nil fa-
buloſum penitus attīgunt. Sed ſiqd de his aſſignare conant: quæ non
ſermonem tātummō: ſed cogitationem humanā ſupant: ad ſimilitudi-
nes & exempla cōfugiunt. Sic Plato cum de περι τἀγαθὸν loqui eſſet:
aīatus: dicere qd ſit nō ē auſus: hoc ſolum de eo ſciens: ꝙ ſciri quale ſit
ab hōine nō poſſit. Solū uero ei ſimillimum de uiſibilibus ſolē reperit:
& p eius ſimilitudinem uiam ſermoni ſuo attollēdi ſe ad nō cōprehēſibi-
lia patefecit. Ideo ut nullū ei ſimulacrum cum diis aliis cōſtitueret fixit
ātiqtas: qa ſummus deus nataq; ex eo mens ſicut ultra animā ita ſupra
naturam ſūt: quo nihil fas ē de fabulis puēire. De diis aūt (ut dixi) cæteris
& de aīa nō fruſtra ſe: nec ut oblectēt ad fabuloſa cōuertūt: ſed qa ſciūt
īimicā eſſe natæ aptā nudāq; expoſitionē ſui: quæ ſicut uulgaribus ho-
minū ſēſibus ītellectū ſui uario reꝝ regimīe operimentoq; ſubtraxit: ita
a prudentibus arcana ſua uoluit p fabuloſa tractari. Sic ipſa myſteria
figuraꝝ cuniculis opperiūt: ne uel hæc adeptis nudā reꝝ taliū ſe natura
præbeat: ſed ſūmatibus tātum uiris ſapiētia īterprete ueri arcani cōſciis
cōtēti ſīt reliq ad uenerationē figuris defendentibus a uilitate ſecretum.
Numenio deniq; īter philoſophos occultoꝝ curioſiori offenſā numinū:
ꝙ eleuſina ſacra īterpretādo uulgauerit: ſōnia ꝓdiderunt uiſo ſibi ipſas
eleuſinas deas habitu meretricio āte apertū lupanar uidere ꝓſtātes: ad-
mirātiq; & cauſas nō cōueniētis numinibus turpitudīs cōſulenti reſpō-
diſſe iratas: ab ipſo ſe adyto pudicitiæ ſuæ ui abſtractas: & paſſī adeun-
tibus ꝓſtitutas. Adeo.n.ita ſe & ſciri & coli numina uoluerunt: q̄liter ī
uulgus ātiqtas ipſa fabulata eſt: quæ & imagīes & ſimulacra formaꝝ ta-
lium ꝓrſus alienis: & ætates tā īcremeti q̄ diminutiōis ignaris & amictus
ornatuſq; uarios corpus non habentibus aſſignauit. Secūdum hæc Py-
thagoras ipſe atq; Empedocles Parmenides quoq; & Eraclitus de diis
fabulati ſunt: nec ſecus Timeus q progenies eoꝝ ſicut traditum fuerat
executus ē. His prælibatis āte q̄ ipſa ſōnii uerba tractemus: prius quot
ſōniādi mōs obſeruatio deprehēderit: cū licentiā figurarum quæ paſſim
qeſcētibus īgerunt ſub diffinitionē ac regulā uetuſtas mitteret: ediſſera-
mus: ut cui eoꝝ gn̄i ſōnium quo de agimus applicādum ſit: īnoteſcat.
Omniū quæ uidere ſibi dormiētes uidēt: qnq; ſūt prīcipales diuerſitates
& nōia. Aut.n.eſt ὄνειρος ſecundū græcos: quod latini ſōnium uocant:
aut ὅραμα quod uiſio recte appellat: aut χρηματισμος quod oraculū
nuncupat: aut eſt ἐνύπνιον quod īſomnium dicitur. φάντασμά quod
Cicero quotiens opus hoc noīe fuit uiſū uocauit. Vltīa ex his duo cum
uideant cura īterpretationis indigna: quæ nihil diuinationis apportant

ἐνύπνιον dico & φάντασμα. Eſt.n.ἐνύπνιος quotiẽs cura oppreſſi aı̃mi uel corporis ſiue fortũæ q̃lis uigilãtẽ fatigauerat: talẽ ſe ĩgerit dormiẽti. Animi: ut ſi amator deliciis ſuis aut fruẽtẽ ſe uideat aut carẽtẽ: ſi metuẽs qs ĩminẽtem ſibi ĩſidiis uel poteſtate ꝑſonã: aut ĩcurriſſe hãc ex imagĩe cogitationũ ſuarũ aut effugiſſe uideat᷑. Corporis ſi temeto ingurgitatus aut diſtentus cibo uel abũdãtia præfocari ſe extimet uel grauãtibus exonerari. aut cõtra ſi eſuriẽs cibũ: aut potũ ſitiẽs deſiderare quærere uel etiã ĩueniſſe uideat᷑. Fortunæ cũ ſe qs exiſtimat uel potentia uel magiſtratu aut augeri ꝓ deſiderio: aut exui pro timore. Hæc & his ſimilia: quoniã ex hĩtu mẽtis qetẽ ſicut præuenerãt ita & t᷑bauerãt dormientis: una cum ſõno aduolãt: & pariter euaneſcũt. Hĩc & inſõnio nomẽ nõ qa ꝑ ſõnũ uidet᷑ (hoc.n. ẽ huic gñi cõmune cũ cæteris) ſed qa in ipſo ſõnio tãtũmõ eſſe credit᷑ dũ uidet᷑: poſt ſõniũ nullã ſui utilitatẽ uel ſignificationẽ relĩquit. Falſa eſſe ĩſõnia nec Maro tacuit. Sed falſa ad cælũ mittũt ĩſõnia manes: cælũ hic uiuoꝝ regionẽ uocãs: qa ſicut dii nobis: ita nos defũctis ſupi hẽmur. Amorẽ quoq; deſcribẽs: cuius curã ſemꝑ ſequũt᷑ ĩſõnia ait:

Hærent infixi pectore uultus
Verbaq;: nec placidam membris dat cura quietem. Et poſt hæc.
Anna ſoror quæ me ſuſpenſam inſomnia terrent?

φάντασμα uero hoc eſt uiſũ cũ ĩter uigiliã & adultã qetẽ ĩ q̃dã ut aiunt prĩa ſõni nebula adhuc uigilare ſe exiſtimãs q dormire uix cœpit: aſpicere uidet᷑ irruẽtes ĩ ſe uel paſſĩ uagãtes formas a nat᷑a ſeu magnitudine ſeu ſpecie diſcrepãtes uariaſq; tẽpeſtates reꝝ uel lætas uel t᷑bulentas. In hoc gñe eſt & ἐπιάλτης: quum publica ꝑſuaſio qeſcentes opinat᷑ ĩuadere et pondere ſuo preſſos ac ſentientes grauare. His duobus modis ad nullam noſcendi futuri opem receptis tribus cæteris in ingeniũ diuinationis inſtruimur. Et eſt oraculum quidem: cum ĩ ſomnis parens uel alia ſancta grauiſq; perſona ſeu ſacerdos uel etiam deus aperte euenturum quid aut non euenturum faciendum uitandumue denuntiat. Viſio eſt autẽ: cum id qs uidet: quod eodẽ modo quo apparuerat eueniet. Amicũ peregre cõmorãtẽ quẽ nõ cogitabat: uiſus eſt ſibi reuerſũ uidere: & procedẽti obuius quem uiderat uenit ĩ ãplexus. Depoſitũ ĩ qete ſuſcepit: & matutinus ei precator occurrit mandans pecuniã tutelæ & fidei cuſtodiæ cælãdã cõmittens. Somnium ꝓprie uocatur: quod tegit figuris & uelat ãbagibus non niſi ĩterpretatione intelligendam ſignificationem rei quæ demõſtrat᷑. Quod q̃le ſit: nõ a nobis exponendũ eſt: cũ hoc unuſq́ſq; ex uſu quid ſit: agnoſcat. Huius quĩq; ſũt ſpecies. Aut enĩ proprium aut alienũ aut cõe aut publicum aut gñale eſt. Proprium eſt: cum ſe quis facientem patientemue aliquid ſõniat. Alienum: cum alium. Cõmune: cum ſe una cum alio. Publicum eſt: cum ciuitati foroue uel theatro ſeu quibuſlibet publicis mœnibus actibuſue triſte uel lætum quid extimat accidiſſe. Generale eſt: cum quis circa ſolis orbem lunaremue globum ſeu alia ſydera uel cælum omneſq; terras aliquid ſomniat innouatum. Hoc autem quod Scipio uidiſſe ſe rettulit: & tria illa quæ ſola ꝓbabilia ſũt gña pricipalitatis ãplectit᷑: & omnes ipſius ſomnii ſpecies attingit. Eſt.n. oraculum: quia Paulus & Africanus uterq; parens ſãcti graueſq; ambo nec alieni a ſacerdotio quid illi euenturum eſſet enunciarunt. Eſt uiſio: quia loca ipſa ĩ quibus poſt corpus uel q̃lis futurus eſſet aſpexit. Eſt ſõnium: quia reꝝ quæ illi narratæ ſũt: altitudo tecta ꝓfunditate prudentiæ nõ põt nobis niſi ſciẽtia interpretationis aperiri. Ad ipſius quoq; ſõnii ſpẽs omnes refert. Eſt ꝓpriũ: qa ad ſupera ipſe ꝑductus eſt: & de ſe fut᷑a cognouit. Eſt alienũ: ꝙ quẽ ſtatũ alioꝝ aĩæ ſortitæ ſĩt: deprehendit. Eſt cõe: ꝙ eadẽ loca tã ſibi q̃ cæteris eiuſdẽ meriti didicit præparari. Eſt publicũ: ꝙ uictoriã prĩæ & carthagĩs ĩteritũ & capitolinũ triũphũ & ſollicitudinẽ fut᷑æ ſeditionis agnouit. Eſt gñale: ꝙ cælũ cæliq; circulos cõuerſiõĩſq; cõcẽtũ uiuo adhuc hõĩ noua & ĩcognita ſtellaꝝ ẽt ac lũinũ motus terræq; oĩs ſitũ ſuſpiciẽdo uel deſpiciẽdo cõcepit. Nec dici poteſt nõ aptũ fuiſſe Scipionis ꝑſonæ ſõniũ: quod & gñale eſſet & publicũ: qa necdũ illi cõtigiſſet ãpliſſimus magiſtratus: immo cũ adhuc ut ipſe dicit pene miles haberet᷑. Aiũt.n. nõ habenda ꝓ ueris de ſtatu ciuitatis ſõnia: niſi quæ rector eius magiſtratuſue uidiſſet: aut quæ de plebe non unus ſed multi ſimilia ſomniaſſẽt. Ideo apud Homeꝝ cũ ĩ cõcilio græcoꝝ Agamemnon ſõniũ: quod de inſtruendo prælio uiderat publicaret: Neſtor: q nõ minus ipſe prudẽtia q̃ oĩs iuuẽta uiribus iuuit exercitũ: cõciliãs fidẽ relatis de ſtatu ĩqt publico credendum regio ſomnio: quod ſi alter uidiſſet: repudiaremus ut futile. Sed non ab re erat ut Scipio etſi necdum adeptus tũc erat cõſulatum: nec erat rector exercitus: carthagĩs ſõniaret ĩteritum: cuius erat auctor futurus: audiretq; uictoriã beneficio ſuo publicandã: uideret etiã ſecreta nat᷑æ uir non minus philoſophia q̃ uirtute præcellẽs. His aſſertis qa ſupius falſitatis ĩſõnioꝝ Virgiliũ teſtẽ citantes eius uerſus fecimus mẽtionem eruti de geminaꝝ ſõnii deſcriptione portaꝝ: ſiqs forte quærere uelit: cur porta ex ebore falſis & e cornu ueris ſit deputata? ĩſtruet᷑ auctore Porphirio: q ĩ commentariis ſuis hæc ĩ eundem locum dicit ab Homero ſub eadem diuiſione deſcriptum. Latet ĩquit omne ueꝝ: hoc tamen aĩa cum ab officiis corporis ſomno eius paululum libera eſt: ĩterdum aſpicit nonnunq̃ tendit aciem nec tamen ꝑuenit: & cum aſpicit tamen non libero & directo lumĩe uidet: ſed ĩteriecto uelamĩe: quod nexus nat᷑æ calligãtis obducit. Et hoc ĩ natura eſſe idem Virgilius aſſerit dicens:

Aſpice nanq; omnem: quæ nunc obducta tuenti

Mortales hebetat uiſus tibi:& humida circum Calligat nubẽ:eripiam. Hoc uelamen cum in quiete ad uerum uſq; aciẽ introſpicientis admittit: de cornu creditur:cuius iſta nat̃a eſt:ut tenuatum uiſui puium ſit. Cũ autẽ a uero hebetat ac repellit obtutũ:ebur putat̃:cuius corpus ita nat̃a dẽſatũ ẽ: ut ad quãuis extremitatẽ tenuitatis craſſũ nullo uiſu ad ulteriora tẽdẽte penetret̃. Tractatis gñibus & mõis ad quos ſõniũ Scipiõis refert̃:nunc ipſã eiuſdem ſõnii mentem ipſumq; ꝓpoſitum:quod græci σκοπον uocant:ante q̃ uerba ĩſpiciãt̃ tẽtemus aperire:& eo ptinere ꝓpoſitũ præſentis opis aſſeramus:ſicut iã ĩ prĩcipio huius ſermõis adſtruximus: ut aĩmas bene de republica meritoꝝ poſt corpora cælo reddi:& illic frui beatitudĩs ꝑpetuitate nos doceat. Nã Scipionẽ ipſũ hæc occaſio ad narrãdũ ſõniũ ꝓuocauit:ꝙ lõgo tp̃e ſe teſtatus eſt ſilẽtio cõdidiſſe. Cũ.n. Lælius quereret̃ nullas Naſicæ ſtatuas in publico ĩ ĩterfecti tyrãni remuneratione locatas: reſpõdit Scipio poſt alia ĩ hæc uerba. Sed quã q̃ ſapiẽtibus cõſciẽtia ipſa factoꝝ egregioꝝ ãpliſſimũ uirtutis ẽ premium: tamẽ illa diuĩa uirtus nõ ſtatuas plũbo ĩhærẽtes:nec triũphos areſcentibus laureis:ſed ſtabiliora quædam & uiridiora premioꝝ gña deſiderat. Quæ tamẽ iſta ſũt ĩqt Lælius? Tũ Scipio patimini me inqt: quoniam tertium diem iã feriati ſumus:& cætera qbus ad narrationẽ ſõnii uenit: docẽs illa eſſe ſtabiliora & uiridiora premioꝝ gña:quæ ipſe uidiſſet ĩ cælo bonis rerũpubli. ſeruata rectoribus : ſicut his uerbis eius oſtendit̃. Sed quo ſis Africane alacrior ad tutãdã rẽpu. ſic habeto: Omnibus:qui patriam conſeruauerint adiuuerĩt auxerĩt:certũ eſſe in cælo & diffinitũ locũ: ubi beati æuo ſẽpiterno fruãt̃. Et paulopoſt hũc certũ locũ qui ſit deſignans ait. Sed ſic Scipio ut auus hic tuus ut ego qui te genui:iuſtitiã cole et pietatẽ:quæ cum magna in parentibus & propinquis:tum in patria maxĩa eſt:ea uita uia ẽ ĩ cælũ & ĩ hũc cœtũ eoꝝ q iã uixerunt:& corpore laxati ĩcolũt locũ:quẽ uides:ſignificãs galaxian. Sciendũ ẽ.n.ꝙ locus in quo ſibi uidet̃ eſſe Scipio ꝑ qetẽ:lacteus circulus ẽ: q galaxias uocatur. Siqdẽ his uerbis ĩ prĩcipio utit̃:oſtẽdebat autẽ carthaginem de excelſo & plẽo ſtellaꝝ illuſtri & claro quodã loco. Et paulo poſt aptius dicit. Erat aũt is ſplẽdidiſſĩo cãdore ĩter flãmas circulus elucẽs: quẽ uos(ut a graiis accepiſtis)orbẽ lacteũ nũcupatis:ex quo mihi oĩa cõtemplãti præclara & mirabilia uidebãt̃. Et de hoc qdẽ galaxia cũ de circulis loquẽur:plenius diſſeremus. Sed iã quoniã ĩter libros:quos de republica Cicero: quoſue prius Plato ſcripſerat:quæ differẽtia quæ ſimilitudo habeat̃: expreſſĩus: & cur opi ſuo uel Plato æris iudicium uel Cicero ſõnium Scipionis aſſciuerit:qdue ſit ab epicureis obiectum Platoni : uel queãdmodum debilis calumnia refellat̃: & qbus tractatibus philoſophi admiſceãt : uel a quibus penitus excludãt fabuloſa: rettulĩus:adiiciẽuſq; poſt hæc neceſſario gña omnium imaginum quæ falſo quæq; uero uidẽt̃ in ſõniis. Ipſaſq; diſtĩximus ſpecies ſõnioꝝ:ad q̃s Africani ſõniũ cõſtaret referri: & Scipioni cõuenerit talia ſõniare:& de geminis ſõnii portis:quæ fuerit a ueteribus expreſſa ſñia ſuper his omnibus ipſius ſõnii : de quo loquimur: mentem ꝓpoſitũq; ſignauimus:& ptem cæli euidenter expreſſimus: in q̃ ſibi Scipio ꝑ quietem hæc uel uidiſſe uiſus eſt:uel audiſſe quæ rettulit: Nunc iã diſcutienda nobis ſunt ipſius ſõnii uerba nõ oĩa:ſed quæq; uidebũt̃ digna quæſitu. Ac prĩa nobis tractãda ſe ĩgerit ps illa de numeris : in q̃ ſic ait. Nã cũ ætas tua ſeptenos octies ſolis anfractus redituſq; cõuerterit:duoq; hi numeri: quoꝝ uterq; plẽus: alter altera de cã hẽtur: circuitu nat̃ali ſũmã tibi fatalẽ cõfecerĩt:ĩ te unũ atq; tuũ nomẽ ſe tota cõuertet ciuitas. Te ſenatus:te ões bõi:te ſocii:te latini ĩtuebũt̃. Tu eris ĩ quo nitat̃ ciuitatis ſalus. Ac ne multa:dictator rẽpu. cõſtituas oportet: ſi ĩpias ꝓpĩquoꝝ manus effugeris. Plenitudinẽ hic nõ fruſtra numeris aſſignat. Plẽitudo.n. ꝓprie niſi diuinis rebus ſr̃niſq; nõ cõuẽit. Neq;.n. corpus ꝓprie plenũ dixeris:quod cũ ſui ſit ĩpatiẽs effluendo: alieni appetẽs eſt hauriẽdo:quæ ſi metallicis corporibus nõ uſu eueniũt : nõ tamen plena illa ſed uaſta dicẽda ſunt. Hæc eſt igit̃ cõis numeroꝝ omniũ plẽitudo:ꝙ cogitatiõi a nobis ad ſupos meãti occurrit prĩa pfectio ĩcorporalitatis ĩ numeris. Inter ipſos tamẽ ꝓprie pleni uocãt̃ ſecũdum hos mõs:q præſẽti tractatui neceſſarii ſũt:q aut uĩ optinẽt uĩculoꝝ:aut corpora rurſus efficiũt̃:aut corpus efficiũt. Sed corpus quod intelligendo nõ ſentiendo cõcipias:totũ hoc ut obſcuritatis deprecet̃ offenſã paulo altius repetita reꝝ luce pãdendũ eſt. Oĩa corpora ſuperficie finiũt̃:& in ipſã eoꝝ pars ultĩa termĩat̃. Hi aũt termini cũ ſĩt ſemper circa corpora: quoꝝ termini ſũt:ĩcorporei tamen ĩtelligunt̃. Nã quouſq; corpus eſſe dicet̃:necdũ terminus ĩtelligit̃:cogitatio quæ cõceperit terminũ: corpus reliqt. Ergo primus a corporibus ad ĩcorporea trãſitus offendit corporũ termĩos:& hæc eſt ĩcorporea prima nat̃a poſt corpora:ſed non pure nec ad integrum carens corpore. Nã licet extra corpus nat̃a eius ſit : tamen nõ niſi circa corpus apparet. Cũ totũ deniq; corpus nominas:etiã ſupficies hoc uocabulo continet̃.de corporibus eã tãetſi nõ res tamen ĩtellectus ſequeſtrat. Hæc ſupficies ſicut ẽ corpoꝝ terminus:ita lineis termĩat̃: q̃s ſuo noĩe grãmas græcia noĩauit. Pũctis lineæ finiũt̃:& hæc ſunt corpora quæ mathematica uocãt̃:de qbus ſolerti ĩduſtria geometriæ diſputat̃. Ergo hæc ſupficies cũ ex alia pte corporis cogitat̃: ꝓ forma ſubiecti corporis accipit numeꝝ lineaꝝ. Nã ſeu triũ ut trigonũ ſeu q̃ttuor ut q̃dratũ ſeu pluriũ ſit ãguloꝝ: totidẽ lineis ſeſe ad extrẽa tãgẽtibus planicies eius ĩcludit̃. Hoc loco admonendi ſumus: ꝙ õe corpus lõgitudinis latitudinis & altitudĩs dimẽſionibus cõſtat. Ex his tribus ĩ lineæ ductu

una dimenſio eſt longitudo: eſt enim ſine latitudine. Planities uero quã
epiphaniã uocãt lõgo latoq; diſtẽdit᷑: alto caret. Et hæc planities quãtis
lineis cõtineat᷑: expreſſius. Soliditas autẽ corpoꝝ conſtat cũ his duabus
addit᷑ altitudo. Fit.n. tribus dimẽſiõibus ĩpletis corpus ſolidum: quod
ſtereon uocãt: q̃lis ẽ teſſera: quæ cubus uocat᷑. Si uero nõ unius ꝑtis ſed
totius uelis corporis ſuꝑficiẽ cogitare: quod ꝓponãus eſſe q̃dratũ: ut de
uno quod exẽplo ſufficiet diſputẽus: iã nõ q̃ttuor ſed octo ãguli colligũ/
tur. Quod tũ aĩaduertis ſi ꝑ unũ q̃dratũ q̃le prius dixĩus: alteꝝ tale al/
tius ĩpoſitũ mẽte cõſpicias: ut altitudo quæ illi plano deerat: adiiciatur:
fiatq; tribus dimẽſiõibus ĩpletis corpus ſolidũ quod ſtereon uocant ad
imitationẽ teſſeræ: quæ cubus uocat᷑. Ex his apparet octonariũ numeꝝ
ſolidũ corpus & eſſe & hñi: ſiq̃dẽ unũ apud geometras puncti locũ op/
tinet. Duo lineæ ductũ faciũt: quæ duobus pũctis ut ſupra diximus co/
erceť. Quattuor uero puncta aduerſũ ſe ĩ duobus ordinibus bina ꝑ or/
dinẽ poſita exprimũt q̃dri ſpẽm a ſĩgulis pũctis ĩ aduerſũ pũctũ eiecta
linea. Hæc q̃ttuor ut diximus duplicata & octo facta duo q̃dra ſimilia
deſcribũt: quæ ſibi ſuppoſita additaq; altitudĩe formã cubi quod ẽ ſoli/
dũ corpus efficiũt. Ex his appꝫ antiq̃orẽ eſſe numerũ ſuꝑficie & lineis:
ex q̃bus illã cõſtare memorauimus formiſq; õibus. A lineis.n. aſcendit᷑
ad numeꝝ tãq̃ ad priorẽ: ut ĩtelligat᷑ ex diuerſis numeris lineaꝝ: quæ for/
mæ geometricæ deſcribãt᷑. Ipſã uero ſuꝑficiẽ cũ lineis ſuis prĩam poſt
corpora dixĩus ĩcorporeã eſſe naťam: nec tñ ſequeſtrãdã ꝓpter ꝑpetuã
cũ corporibus ſocietatẽ. Ergo quod ab hac ſurſũ recedit: iã pure ĩcorpo/
reum eſt. Numeros autem hac ſuperiores præcedens ſermo patefecit.
Prima eſt igitur perfectio incorporalitatis ĩ numeris: & hæc eſt (ut dixi/
mus) numerorum omium plenitudo. Seorſum autem illa ut ſupradixi/
mus plẽitudo eſt eoꝝ: quæ aut corpus efficiunt: aut efficiũtur: aut uim
optinent uinculoꝝ: licet alias quoq; cauſas quibus pleni numeri effici/
ant᷑: eſſe non ambigã. Qualiter autẽ octonarius numerus ſolidũ corpus
efficiat: ãte latis probatũ ẽ. Ergo ſingulariter quoq; plenus iure dicetur:
ꝓpter corporeæ ſoliditatis effectũ. Sed & ad ipſã cæli armoniã id eſt cõ/
cinẽtiã hũc numeꝝ magis aptũ eſſe n᷑ dubiũ ẽ: cũ ſpæræ ipſæ octo ſint:
quæ mouẽt᷑: de q̃bus ſecuturus ſermo ꝓcedet. Oẽs quoq; ꝑtes de q̃bus
cõſtat hic numerus tales ſũt: ut ex eaꝝ cõpage plẽitudo naſcat᷑. Eſt.n. aut
de his: quæ neq; gñant᷑ neq; gñant de monade & ſeptẽ. quæ q̃lia ſit ſuo
loco plẽius explicabit᷑. aut de duplicato eo q̃ & gñat᷑ & gñat: id ẽ q̃ttuor.
Nã hic numerus q̃ttuor & naſcit᷑ de duobus: & octo gñat. aut cõpõit᷑ de
tribus & q̃nq;: quoꝝ alter prĩus õiũ numeroꝝ ĩpar apparuit. q̃narii autẽ
potẽtiã ſequẽs tractatus attĩget. Pythagorici uero hunc numeꝝ iuſtitiã
uocauerũt: q̃a prĩus õiũ ita ſoluit᷑ ĩ numeros ꝑiter pares: hoc ẽ ĩ bis q̃terna



ut nihilõinus in numeros æque pariter pares diuiſio quoq; ipſa ſoluat᷑ ĩ
bis bina. Eadẽ quoq; q̃litate cõtexit᷑: id ẽ bis bina bis. Cũ ergo & cõtextio
ipſius pari æq̃litate ꝓcedat: & reſolutio æq̃liter redeat uſq; ad monadẽ:
quæ diuiſionẽ arithmetica rõne nõ recipit: merito ꝓpter æq̃lẽ diuiſionẽ
iuſtitiæ nomẽ accepit. Et q̃a ex ſupradictis õibus apparet: quãta & ꝑtiũ
ſuaꝝ & ſeorſũ ſua plẽitudĩe nitat᷑: iure plẽus uocat᷑. Supeſt ut ſeptena/
riũ quoq; numeꝝ plenũ iure uocitãdũ rõ ĩ medio cõſtituta ꝑſuadeat. Ac
primũ hoc trãſire ſine admiratione nõ poſſumus: ꝙ duo numeri q̃ in ſe
multiplicati uitale ſpatiũ uiri fortis ĩcluderẽt: ex pari & ĩpari cõſtiterũt.
Hoc.n. uere ꝑfectũ ẽ: quod ex hoꝝ numeroꝝ ꝑmixtiõe gñat᷑. Nã impar
numerus mas & par fœmĩa uocat᷑. Itẽ arithmetici imparẽ pr̃is & parem
mr̃is appellatiõe uenerãt᷑. Hĩc & Thimeus Platõis fabricatorẽ mũdanæ
aĩæ deũ ꝑtes eius ex pari & ĩpari: id ẽ duplari & triplari numero ĩtertexu/
iſſe memorauit: ita ut a duplari uſq; ad octo a triplari uſq; ad uiginti/
ſeptẽ ſtaret alternatio mutuãdi. Hi.n. primi cubi utrĩq; naſcũt᷑. Siq̃dẽ a
paribus bis bini: quæ ſũt q̃ttuor ſr̃ficiẽ faciũt bis binis bis q̃ ſũt octo: cor/
pus ſolidũ fĩgũt. A diſpari uero ter terna quæ ſũt nouẽ: ſuꝑficiẽ reddũt:
& ter terna ter: id ẽ ter nouena quæ ſũt uigĩtiſeptẽ: primũ æque cubum
alterius ꝑtis efficiũt. Vnde intelligi dat᷑ hos duos numeros octo dico &
ſeptẽ: q̃ ad multiplicationẽ ãnoꝝ ꝑfecti in repu. uiri conuenerunt: ſolos
idõeos ad efficiẽdã mũdi aĩam iudicatos: q̃a nihil poſt auctorẽ põt eſſe
ꝑfectius. Hoc quoq; notãdũ ẽ: ꝙ ſuꝑius aſſerẽtes cõem numeroꝝ õium
dignitatẽ ãtiq̃ores eos ſuꝑficie & lineis eius õibus: quæ corporibus oñdi/
mus: ꝓcedẽs autẽ tractatus ĩueẽit numeros & ãte aĩã mundi fuiſſe: q̃bus
illã cõtextã auguſtiſſĩa Thimei rõ naťæ ipſius cõſcia teſtis expreſſit. Hĩc
ẽ: ꝙ ꝓnũciare nõ dubitauerũt ſapiẽtes aĩã eſſe numeꝝ ſe mouẽtẽ. Nũc
uideãus: cur ſeptẽarius numerus ſuo ſeorſũ merito plẽus hẽat᷑. Cuius ut
preſſius plẽitudo noſcat᷑: priũ merita ꝑtiũ de q̃bus cõſtat: tũ demũ quid
ipſe poſſit: ĩueſtigẽus. Cõſtat ſeptenarius numerus uel ex uno & ſex: uel
ex duobus & q̃nq; uel ex tribus & q̃ttuor. Sĩgulaꝝ cõpagũ mẽbra tracte/
mus: ex q̃bus fatebĩur nullũ aliũ numeꝝ tã uaria eſſe maieſtate fœcun/
dũ. Ex uno & ſex cõpago pria cõpõit᷑. Vnũ autẽ quod monas id ẽ unitas
dicit᷑: & mas idẽ & fœmĩa ẽ: par idẽ atq; ĩpar ipſe nõ numerus ſed fons &
origo numeroꝝ. Hæc monas ĩitiũ fĩſq; õiũ: neq; ipſa prĩcipii aut fĩs ſciẽs
ad ſũmũ refert᷑ deũ: eiuſq; ĩtellectũ a ſequẽtiũ numero reꝝ & poteſtatũ
ſequeſtrat: nec ĩ ĩferiore poſt deũ gradu fuſtra eã deſiderauetis. Hæc illa
ẽ mẽs e ſũmo enata deo: quæ uices tꝑũm neſciẽs ĩ uno ſẽꝑ quod adeſt
cõſiſtit æuo. Cũq; utpote una nõ ſit numerabilis: ĩnumeras tamẽ gñum
ſpẽs & de ſe creat: & ĩtra ſe cõtĩet. Inde quoq; aciẽ paululũ cogitationis
ĩclinãs: hãc monadẽ reperies ad aĩam referri. Aĩma.n. aliena a ſilueſtris

cõtagiõe materiæ tãtũ ſe auctori ſuo ac ſibi debẽs ſĩplicẽ ſortita naťã cũ ſe aĩãdæ ĩmẽſitati uniuerſitatis ĩfũdat: nullum init tñ cum ſua unitate diuortiũ. Vides ut hæc monas orta a prĩa reꝝ cã aduſq; aĩã ubiq; ĩtegra & ſẽp ĩdiuidua cõtinuationẽ poteſtatis optineat. Hæc de monade caſtigatius q̃ ſe copia ſuggerebat. Nec te remordeat: ꝙ cũ õi numero præeſſe uideať: ĩ cõiũctiõe præcipue ſeptenarii prædiceť. Nulli.n. aptius iungiť monas ĩcorrupta q̃ uirgini. Huic autem numero: id eſt ſeptenario: adeo opĩo uirgĩtatis ĩoleuit: ut pallas quoq; uociteť. Nã uirgo crediť: qa nullũ ex ſe parit numeꝝ duplicatus: q ĩtra denariũ coarteť: quẽ priũ limitẽ cõſtat eſſe numeroꝝ. Pallas ideo: qa ex ſolius mõadis fœtu & multiplicatione ꝓceſſit: ſicut Minerua ſolo ex uno parẽte nata ꝓhibeť. Senarius uero q cũ uno cõiũctus ſeptenariũ facit: uariæ ac multiplicis religionis & potẽtiæ ẽ. Primũ ꝙ ſolũ ex oĩbus nũeris: qui ĩfra decẽ ſũt: de ſuis ꝑtibus conſtat: habet enĩ medietatẽ et tertiã ꝑtẽ et ſextã ꝑtẽ: et ẽ medietas tria tertia ꝑs duo ſexta ꝑs unũ: quæ oĩa ſimul ſex faciũt. Hẽt & alia ſuæ uenerationis iudicia. Sed ne lõgior faciat ſermo faſtidiũ: unũ ex õibus eius officiũ ꝓſequẽur: quod ideo prætulimus: qa hoc cõmemorato nõ ſenarii tãtũ ſed & ſeptenarii ꝑiter dignitas adſtrueť. Hũano ꝑtui frequentiorẽ uſũ nouẽ mẽſiũ certo numeroꝝ modulamĩe naťa conſtituit: ſed rõ ſub aſciti ſenarii numeri multiplicatiõe ꝓcedens ẽt ſeptẽ mẽſes cõpulit uſurpari. Quãbreuiter abſoluteq; dicẽus duos eſſe prĩos õiũ nũeroꝝ cubos: .i. a pari octo ab ĩpari uigĩtiſeptẽ. & eſſe ĩparẽ marẽ: parẽ fœminã ſupius expreſſĩus. Hoꝝ uterq; ſi ꝑ ſenariũ numeꝝ multipliceť: efficiũt dieꝝ numeꝝ: q ſeptẽ mẽſibus explicãť. Coeãt.n. numeri mas ille q memorať et fœmĩa octo ſcilicet & uigĩtiſeptẽ: pariũt ex ſe qnq; & trigĩta. Hæc ſexies multiplicata creãt decẽ & ducẽtos. q numerus dieꝝ mẽſẽ ſeptimũ claudit. Ita ẽ ergo naťa fœcũdus hic numerus: ut prĩam hũani ꝑtus ꝑfectionem q̃ſi arbiter quidã maťitatis abſoluat. Diſcretio uero ꝑtus futi (ſicut Hipocrates refert) ſic in utero dignoſciť. aut.n. ſeptuageſĩo aut nonageſĩo die conceptus moueť. Dies ergo motus qcunq; fuerit de duobus ter multiplicatus aut ſeptimũ aut nonũ explicat mẽſẽ. Hæc de prĩa ſeptẽarii copulatiõe libata ſĩt. Secũda de duobus & qnq; ẽ ex his dyas: qa poſt monadẽ prĩa eſt: prĩus eſt numerus. Hæc ab illa õipotẽtia ſolitaria ĩ corporis ĩtelligibilis linea prĩa defluxit. Ideo & ad uagas ſtellaꝝ & lũinum ſpæras referť: qa hæ quoq; ab illa: quæ aplanes diciť: ĩ numeꝝ ſciſſæ & ĩ uarii motus cõtrarietatẽ retortæ ſũt. Hic ergo numerus cũ qnario aptiſſime iũgiť: cũ hic ad errãtes ut dixĩus: ad cæli zonas ille referať. Sed ille rõne ſciſſiõis: hic numero. Illa uero qnario numero ꝓprietas excepta potẽtiæ ultra cæteras eminentis euenit: ꝙ ſolus oĩa quæq; ſũt quæq; uidẽtur eſſe cõplexus eſt. Eſſe aũt dicimus ĩtelligibilia: uideri eſſe corporalia

oĩa ſeu diuinũ corpus hẽãt ſeu caducũ. Hic ergo numerus ſimul oĩa & ſupa & ſubiecta deſignat. Aut.n. deus ſũmus ẽ: aut mẽs ex eo nata in q̃ ſpẽs reꝝ cõtineť: aut mũdi aĩa quæ aĩaꝝ oĩũ fõs ẽ: aut cæleſtia ſũt uſq; ad nos: aut terrẽa naťa ẽ. et ſic qnarius reꝝ oĩũ nũerus ĩpleť. De ſecũda ſeptẽarii nũeri cõiũctiõe dicta hæc ꝓ affectatæ breuitatis neceſſitate ſufficiãt. Tertia eſt de tribus & q̃ttuor: quæ quãtũ ualeat: reuoluãus. Geometrici corporis ab ĩpari prĩa plãities ĩ tribus lineis cõſtat. his.n. trigõalis foŕa cõcludiť. A pari uero prĩa ĩ q̃ttuor ĩuẽiť. Itẽ ſcĩus ſecũdũ Platonẽ .i. ſecũdũ ipſius ueritatis arcanũ illa forti ĩter ſe uĩculo colligari: qbus ĩteriecta medietas præſtat uĩculi firmitatẽ. Cũ uero medietas ipſa gẽnať: ea quæ extima ſũt: nõ tenaciter tãtũ: ſed ẽt ĩſolubiliter uĩciũť. Prĩo ergo ternario nũero cõtigit: ut ĩter duo ſũma mediũ quo uinciret: acciperet. Quaternarius uero duas medietates prĩus õiũ nactus ẽ: q̃s ab hoc nũero deus mũdãæ molis artifex cõditorq; mutuatus ĩſolubili ĩter ſe uĩculo elemẽta deuĩxit: ſicut ĩ Thimæo Platõis aſſertũ ẽ. Nec aliter tã controuerſa ſibi ac repugnãtia & naťa cõionẽ abnuentia ꝑmiſceri terrã dico & ignẽ potuiſſe ꝑtã iugabilẽ cõpetẽtiã fœderari: niſi duobus mediis aeris & aquæ nexibus uĩcirẽť. Ita.n. elemẽta ĩter ſe diuerſiſſĩa opifex tñ deus ordĩs opportũitate cõnexuit: ut facile iũgerẽť. Nã cũ binæ ĩ ſĩgulas q̃lĩtates eſſẽt: talẽ unicuiq; de duabus alterã dedit: ut ĩ eo cui adhæreret: cognatã ſibi & ſimilẽ repiret. Terra ẽ ſicca & frigida. Aq̃ uero frigida & humida ẽ. Hæc duo elemẽta licet ſibi ꝑ ſiccũ hũectũq; cõtraria ſĩt: ꝑ frigidũ tñ cõe iũgũť. Aer hũectus & calidus ẽ: & cũ aquæ frigidæ contrarius ſit calore: cõciliatiõe tñ ſocii copulať hũoris. Sup hũc ignis cũ ſit calidus & ſiccus: hũorẽ qdẽ aeris reſpuit ſiccitate: ſed cõnectiť per ſocietatẽ caloris. Et ita fit: ut ſĩgula quæq; elemẽtoꝝ duo ſibi hĩc ĩde uicĩa ſĩgulis q̃litatibus uelut qbuſdã ãplectãť ulnis. Aq̃ terrã frigore aerẽ ſibi nectit hũore. Aer aquæ hũecto ſimili & igni calore ſociať. Ignis aeri miſceť ut calido: terræ iũgiť ſiccitate. Terra ignẽ ſicco patiť: aquã frigore nõ reſpuit. Hæc tñ uarietas uĩculoꝝ ſi elemẽta duo forẽt: nihil inter ipſa firmitatis hũiſſet. ſi tria mĩus qdẽ ualido: aliquo tñ nexu uinciẽda nodaret. Inter q̃ttuor uero ĩſolubilis colligatio ẽ: cũ duæ ſũmitates duabus ĩteriectiõibus uĩciũť. Quod erit mãifeſtius: ſi ĩ medio poſuerĩus ipſã cõtinẽtiã ſẽſus de Timæo Platõis exceptã. Diuini decoris ĩqt rõ poſtulabat talẽ fieri mũdũ: q & uiſũ pautereť & tactum. Cõſtabat aũt neq; uideri aliqd poſſe ſĩe ignis bñficio: neq; tãgi ſĩe ſolido: & ſolidũ nihil eſſe ſine terra. Vnde mũdi õe corpus de igni & terra ĩſtituere fabricator ĩcipiẽs uidit duo conuẽire ſĩe medio colligãte nõ poſſe. & hoc eſſe optimũ uĩculũ: quod & ſe ꝑiter & a ſe ligãda deuĩciat. Vnã uero ĩteriectionẽ tũc ſolũ poſſe ſufficere: cũ ſ͛ficies ſĩe altitudĩe uĩciẽda ẽ. At ubi artãda uĩculis ẽ alta dimẽſio:

nodū niſi gemīa īteriectiōe nō necti. Inde aerē & aquā īter ignē terrāq;
cōtexuit:& ita ꝑ oīa una & ſibi cōuēiēs iugabilis cōpetentia cucurrit ele-
mētoꝝ diuerſitatē ipſa dīaꝝ æq̄litate cōſociās. Nā quantū ītereſt inter
aquā & aerē cā dēſitatis & pōderis:tātūdē īter aerē & ignē eſt. Et rurſus
quod īterē īter aerē & aquā cā leuitatis & raritatis:hoc īterē īter terrā &
aquā. Itē quod īterē īter terrā & aquā cā dēſitatis & pōderis:hoc ītereſt
īter aquā & aerē. Et quod īter aquā & aerē:hoc īter aerē & ignē. Et cōtra
quod īterē īter ignē & aerē tenuitatis leuitatiſq; cā:hoc īter aerē & aquā
ē. Et quod ē īter aerē & aquā:hoc īter aquā ītelligit̃ & terrā. Nec ſolum
ſibi uicīa & cohærētia cōpāt̃:ſed eadē alternis ſaltibus cuſtodit̃ æq̄litas.
Nā quod ē terra ad aerē:hoc ē aq̄ ad ignē. et quotiēs uerteris:eādē repe-
ries iugabilē cōpetētiā: ita ex ipſo quo īter ſe ſūt:æq̄liter diuerſa ſociāt̃.
Hæc eo dicta ſūt: ut apta rōne cōſtaret neq; plāitiē ſīe tribus:neq; ſocie
tatē ſīe q̄ttuor poſſe uīciri. Ergo ſeptēarius nūerus gēinā uī optiet uīci-
ēdi:qa ābæ ꝑtes eius uīcula prīa ſortitæ ſūt:ternarius cū una medietate:
q̄ternarius cū duabus. Hīc ī alio loco eiuſdē ſōnii Cicero de ſeptenario
dicit:q nūerus reꝝ ōiū fere nodus eſt. Itē oīa corpora aut mathematica
ſūt alūna geometriæ:aut talia quæ uiſū tactūue patiāt̃. Hoꝝ priora tri-
bus īcremētoꝝ gradibus cōſtāt. Aut.n.linea eiicit̃ ex pūcto:aut ex linea
ſ̃ficies:aut ex plāitie ſoliditas. Altera uero corpora q̄ttuor elementorū
collato fœdere ī robur ſubſtātiæ corpulētæ cōcordi cōcretiōe coaleſcūt.
Nec nō ōiū corpoꝝ tres ſūt dimēſiōes:lōgitudo latitudo ꝓfūditas. Ter-
mini adnūerato effectu ultīo q̄ttuor:pūctū linea ſ̃ficies & ipſa ſoliditas.
Itē cū q̄ttuor ſīt elemēta:ex q̄bus cōſtāt corpora:terra aq̄ aer & ignis:tri-
exerceant:quia ĩ corpus defert memoriã muſice: cuius ĩ cælo fuit cõſcia:
& ita delinimentis canticis occupantˀ:ut nullum ſit tam ĩmite tã aſperũ
pectus quod non oblectamentorꝫ talium teneatˀ affectu. Hinc extimo
& Orphei uel Amphionis fabulã:quorꝫ alter aĩalia ratione carẽtia:alter
ſaxa quoq; trahere cantibus ferebatur : ſũpſiſſe principium:quia primi
forte gentes uel ſine rationis cultu barbaras uel ſaxi inſtar nullo affectu
molles ad ſenſum uoluptatis canendo traxerunt. Ita deniq; oĩs habitus
animæ cantibus gubernatˀ : ut & ad bellum progreſſui & item receptui
canatur cantu & excitante & rurſus ſedante uirtutem. Dat ſomnos adi/
mitq; nec non curas & ĩmittit & retrahit. Irã ſuggerit:clæmẽtiã ſuadet:
corporum quoq; morbis medetˀ. Nã hĩc eſt ꝙ ægris remedia præſtantes
præcinere dicuntˀ. Ecquid mirũ ſi inter homines muſicæ tãta dominatio
eſtˀ cum aues quoq; ut luſciniæ & cigni aliæue id genus cantum ueluti

quadam diſciplina artis exerceant: nonnullæ uero uel aues uel terrenæ
ſeu aquatiles belluæ inuitante cantu in retia ſponte decurrant:& paſto/
ralis fiſtula paſtum progreſſis quietẽ imperet gregibusˀ Nec mirꝫ:ineſſe
.n.mũdanæ animæ cauſas muſicæ:quibus eſt intexta prædiximus.Ipſa
autẽ mundi anima uiuentibus omnibus uitam miniſtrat. Hĩc hominũ
pecudũq; genus uitæq; uolantum: Et quæ marmoreo fert monſtra ſub
æquore põtus. Iure igitur muſica capitˀ omne quod uiuit : quia cæleſtis
anima qua aĩatur uniuerſitas originẽ ſumpſit ex muſica. Hæc dum ad
ſpæralem motum mundi corpus impellit:ſonum efficit:qui interuallis
diſiunctus imparibus ſed tamen ꝓ rata parte ratione diſtinctis ſicut a
principio ipſa contexta eſt. Sed hæc interualla quæ in anima quippe ĩ/
corporea ſola extimantˀ ratione non ſenſu:quærendum eſt : utrum etiã
ipſo ĩ mũdi corpore dimẽſio librata ſeruaueritˀ Et Archimenides quidẽ
ſtadiorũ numerũ deprehendiſſe ſe credidit: quibus a terræ ſupficie luna
diſtaret:a luna mercurius:a mercurio uenus:ſol a uenere:mars a ſole: a
marte iuppiter:ſaturnus a ioue. Sed & a ſaturni orbe uſq; ad ipſũ ſtelli/
ferum cælũ omne ſpatiũ ſe ratione menſũ putauit. Quæ tamen Archi/
menidis dimenſio a platonicis repudiata eſt:quaſi dupla et tripla inter/
ualla non ſeruans.& ſtatuerunt hoc eſſe credendũ : ut q̃tum eſt a terra
uſq; ad lunam:duplũ ſit a terra uſq; ad ſolem.quantũq; eſt a terra uſq;
ad ſolẽ:triplũ ſit a terra uſq; ad uenerẽ.q̃ntũq; ẽ a terra uſq; ad uenerẽ:
q̃ter tãtũ ſit a terra uſq; ad mercurii ſtellã.q̃ntũq; ẽ ad mercuriũ a terra:
nouies tantũ ſit a terra uſq; ad martẽ. & q̃ntũ a terra uſq; ad martem ẽ:
octies tãtũ ſit a terra uſq; ad iouẽ.q̃ntũq; eſt a terra uſq; ad iouẽ: ſepti/
es & uicies ſit tantũ a terra uſq; ad ſaturni orbem. Hanc platonicã per/
ſuaſionem Porphirius libris ĩſeruit:quibus Thimei obſcuritatibus nõ/
nihil lucis infudit : atq; eos credere ad imaginem contextionis aĩæ hæc
eſſe ĩ corpore mũdi interualla: & quæ epitritis hemioliis & epogdois he/
mitoniiſq; complẽtur:& liminatæ:& ita prouenire cõcentũ. Cuius ratio
in ſubſtantia animæ contexta mundano quoq; corpori:quod ab anima
mouetur inſerta eſt. Vnde ex omni parte docta & perfecta eſt Ciceronis
aſſertio: qui interuallis imparibus ſed tamen pro rata parte ratione diſ/
tinctis cæleſtem ſonum dicit eſſe diſiunctum. Nunc locus admonet:ut
de grauitate & acumine ſonorum diuerſitates quas aſſerit reuoluamus:
et natura fert ut extrema ex altera parte grauiter ex altera autẽ acute ſo/
nent:quã ob cauſam ſũmus ille cæli ſtellifer curſus:cuius conuerſio eſt
concitatior acute excitato mouetˀ ſono. Grauiſſimo autẽ hic lunaris atq;
infimus. Diximus nunq̃ ſonum fieri niſi aere percuſſo. Vt autẽ ſonus
ipſe aut acutior aut grauior proferatur:ictus efficit: qui dũ ingens et ce/
ler incidit:acutum ſonum præſtat:ſi tardior lentiorue grauiorẽ. Indicio

eſt uirga:quæ dū auras percutit:ſi īpulſu cito ferit:ſonū acuit.ſi lētiore:
in grauius ferit auditum. In fidibus quoq; idem uidemus:quæ ſi tractu
arctiore tendūť:acute ſonant:grauius laxiores. Ergo & ſuperiores orbes
dum pro amplitudine ſua impetu grandiore uoluunť: dumq; ſpiritu
ut in origine ſua fortiore tendunť: propter ipſam ut ait concitatiorē cō⸗
uerſionem acute excitato mouentur ſono:grauiſſimo autem hic lunaris
atq; infimus: quoniam ſpiritu ut in extremitate lāgueſcente iā uoluiť:
etenī propter anguſtias quibus penultimus orbis artať:impetu leniore
conuertitur. Nec ſecus probamus in tibiis:de quaꝝ foraminibus uicinis
inflatis oriſonus acutus emittiť: de longinquis autē & termino ꝓximis
grauior:itē acutior per patētiora foramina:grauior ꝑ anguſta. & utriuſ⸗
q; cauſæ ratio una:quia ſpiritus ubi incipit fortior eſt: defectior ubi de⸗
ſinit:& quia maiorem impetū per maius foramen impellit:contra autē
in anguſtis contingit et eminus poſitis. Ergo orbis altiſſimus et ut in ī⸗
menſum patens & ut ſpiritu eo fortiore:quo origini ſuæ uicinior ē:inci⸗
tatus ſonorum de ſe acumen emittit. Vox ultimi & pro ſpatii breuitate
& ꝓ longinquitate iam frangiť. Hinc quoq; apertius approbať ſpiritū
quanto ab origine ſua deorſum recedit:tāto circa impulſū fieri leniorē:
ut circa terram quæ ultima ſpærarum eſt:tam cōcretus tā dēſus habeať:
cauſa ſit terræ in una ſede ſemper hærēdi: nec ī qualibet partē ꝑmittať
moueri obſeſſa undiq; circūfuſi ſpiritus denſitate. In ſpæra aūt ultimū
locum eſſe:qui medius eſt: antecedētibus iam probatum eſt. Ergo uni⸗
uerſi mundani corporis ſpæræ nouem ſunt. Prima illa ſtellifera:quæ ꝓ⸗
prio noīe diciť cælū: & aplanes apud græcos uocať: arcens & continens
cæteras. Hæc ab oriente ſemper uoluiť in occaſū. Subiectæ ſeptē quas
uagas dicimus:ab occidente in orientem feruntur. Nona terra ſine mo⸗
tu. Octo ſunt igiť quæ mouentur:ſed ſeptem ſonis qui cōcinentiam de
uolubilitate conficiunt: propterea quia mercurialis & ueneris orbis pari
ambitu comitati ſolem uiæ eius tanq̄ ſatellites obſequuntur: & ideo a
nonnullis aſtronomiæ ſtudentibus eandem uim ſortiri extimanť. Vnde
ait. Illi autē octo curſus in quibus eadem uis eſt duorum: ſeptē efficiūt
diſtinctos interuallis ſonos:qui numerus rerum omniū fere nodus eſt.
Septenarium autē numeꝝ omnium nodum eſſe plene cum de numeris
ſuperius loqueremur expreſſimus. Ad illuminandū ut extimo obſcuri⸗
tatem uerborū Ciceronis de muſica tractatus ſuccintus a nobis q̄ licuit
breuitate ſufficiet:nam netas & hypatas aliarūq; fidiū uocabula ꝑquire⸗
re & tonorum uel līmatum minuta ſubtilia & quid in ſonis ꝓ littera qđ
ꝓ ſyllaba qđ pro ītegro noīe accipiatur aſſerere: oſtentantis eſt non do⸗
centis. Nec.n.qa fecit ī hoc loco Cicero muſicæ mentionē:occaſione hac
eundē eſt per uniuerſos tractatus:qui poſſūt eſſe de muſica.quos q̄ntū
mea fert opinio:terminum habere nō extimo. Sed illa ſunt ꝑſequenda
quibus uerba:quæ explananda receperis poſſint liquere: qa ī re natura⸗
liter obſcura: qui in exponēdo plura q̄ neceſſe ē ſuperfūdit: addit tene⸗
bras:nō adimit denſitatem. Vnde finem de hac tractatus ꝑte faciemus:
adiecto uno quod ſcitu dignū putamus: quia cū ſint melodiæ muſicæ
tria genera:enarmonicum:diatonū: & oromaticū. Primū quidem ꝓpter
nimiam ſui difficultatem ab uſu receſſit. Tertium uero eſt īfame molli⸗
cie. Vnde medium.i.diatonum mundanæ muſicæ doctrina Platonis a⸗
ſcribitur. Nec hoc inter prætereunda ponemus:ꝙ muſicā perpetua cæli
uolubilitate naſcentē ideo claro non ſentimus auditu:quia maior ſonus
eſt: q̄ ut humanaꝝ auriū recipiatur anguſtiis. Natura ſimili catadupa
ab auribus incolarum amplitudinē fragoris excludunt. Quid mirum ſi
noſtrū ſonus excedit auditum:quem mūdanæ molis impulſus emittit.
Nec.n.de nihilo eſt quod ait:qui complet aures meas tātus & tā dulcis
ſonus? Sed uoluit intelligi:ꝙ ſi eius qui cæleſtibus meruitītereſſe ſecre⸗
tis:completæ aures ſunt ſoni magnitudine:ſupereſt ut cæteroꝝ hominū
ſenſus mundanæ concinentiæ non capiat auditum. Sed iā tractatum ad
ſequentia conferamus. Vides habitari in terra raris & anguſtis locis:&
in ipſis quaſi maculis ubi habitatur uaſtas ſolitudines interiectas: eoſq;
qui incolant terram non modo interruptos ita eſſe ut nihil īter ipſos ab
aliis ad alios manare poſſit:ſed partim obliquos partī tranſuerſos partī
etiam auerſos ſtare uobis:a quibus expectare gloriā certe nullā poteris.
Cernis autē eandem terrā quaſi quibuſdā redimitā & circūdatā cīgulis:e
quibus duo maxime inter ſe diuerſos & cæli uerticibus ipſis ex utraque
parte ſubnixos obriguiſſe pruina uides:medium autē illum & maximū
ſolis ardore torreri. Duo ſunt habitabiles:quoꝝ auſtralis ille:ī quo qui
īſiſtunt auerſa uobis urgent ueſtigia:nihil ad ueſtrū genus. Hic autem
alter ſubiectus aquiloni:quem incolitis:cerne q̄ tenui uos parte cōtīgat.
Omnis.n.terra quæ colitur a uobis anguſta uerticibus lateribus latior:
parua quædam inſula eſt circumfuſa illo mari quod atlanticum quod
magnum quem oceanū appellatis in terris.quod tamen tāto noīe q̄ ſit
paruus uides. Poſtq̄ cælum quo omnia continentur & ſubiectaꝝ ſpæ⸗
rarum ordinem motūq; ac de motu ſonū cæleſtis muſices modos & nu⸗
meros explicantem & aerem ſubditū lunæ tullianus ſermo ꝑ neceſſaria
& præſenti operi apta ductus ad terram uſq; deſcripſit ipſius iam terræ
deſcriptionem uerborū parcus rerū fœcundus abſoluit. Et.n. maculas
habitationū ac de ipſis habitatoribus alios interruptos auerſoſq; obli⸗
quos etiam & tranſuerſos alios nominādo terrenæ ſpæræ globoſitatem
ſermone tantū non coloribus pinxit. Illud quoq; non ſine perfectione
doctrinæ eſt:ꝙ cum aliis nos non patitur errare qui terram ſemel cingi

oceano credidere. Nam ſi dixiſſet omnis terra parua quædam eſt īſula
circunfuſa illo mari:unum oceani ambitū dediſſet intelligi. Sed adiici-
ēdo quæ colitᷣ a uobis:uerā eius maris diuiſionē:de q̄ paulo poſt diſſere-
mus:noſſe cupientibus intelligendam reliquit. De quinq; autē cingulis
ne quæſo extimes duoꝝ romanæ facundiæ parentum Maronis & Tullii
diſſentire doctrinā:cū hic ipſis cingulis terrā redimitā dicat:ille iiſdē q̄s
græco noīe zonas uocat:aſſerat cælū teneri. Vtrūq;.n.ī corruptā uerāq;
nec alteri cōtrariā rettuliſſe rationem procedente diſputatione cōſtabit.
Sed ut omnia quæ hoc loco explanāda recepimus liquere poſſint:habē-
dus eſt primū ſermo de cīgulis:quia ſitu eoꝝ ante oculos locato cætera
erunt intellectu proniora. Prius autē qualiter terram coronent:deinde
quēadmodum cælum teneant explicandum eſt. Terra nona & ultima
ſpæra eſt. Hāc diuidit orizon.i.finalis circulus de quo ante rettulimus.
Ergo medietas cuius nos partē īcolimus:ſub eo cælo eſt quod fuerit ſup
terram: & reliqua medietas ſub illo:quod dum uoluitur ad ea loca quæ
ad nos uidentur inferiora deſcendit. In medio.n.locata ex omni ſui pte
cælum ſuſpicit. Huius igitur ad cælum breuitas quæ punctū eſt:ad nos
uero intermenſa globoſitas:diſtinguitᷣ locis īter ſe uiciſſim preſſis nimie-
tate uel frigoris uel caloris geminā nacta inter diuerſa temperiem. Nam
& ſeptētrionalis & auſtralis extremitas perpetua obriguere pruina. Et
hi uelut duo ſunt cinguli:quibus terra redimitur: ſed ambitu breues q̄i
extrema cingentes. Horum uterque habitationis impatiens eſt: quia
torpor ille glacialis nec animali nec frugi uitam miniſtrat: illo.n. aere
corpus alitur: quo herba nutritur. Medius cingulus et ideo maximus
æterno afflatu cōtinui caloris uſtus ſpatiū quod & lato & ambitu ꝓlixi-
us occupauit:nimietate feruoris facit inhabitabile uicturis. Inter extre-
mos uero & mediū duo maiores ultimis:medio minores ex utriuſq; ui-
cinitatis intēperie temperantᷣ in his: quæ tantū uitales auras natura de-
dit incolis carpere. Et quia aīo facilius illabitᷣ concepta ratio deſcriptiōe
q̄ ſermōe:eſto orbis terræ:cui adſcripta ſunt.a.b.c.d. Et circa.a.aſcribātᷣ
.n.&.l.circa.b.autem.m.&.k.& circa.c.g.&.i.& circa.d.e.&.f. Et ducātᷣ
rectæ lineæ a ſignis ad ſigna quæ dicimus:ideſt.a.g.in.i.ab.m.in.n.a.k
in.l.ab.e.in.f. Spatia igitur duo aduerſa ſibi:id eſt unum a.c.uſque ad
lineam quæ in.d.ducta eſt: ītelligūtur pruina riguiſſe perpetua. Eſt.n.
ſuperior ſeptētrionalis:īferior auſtralis extremitas. Medium uero ab.n.
uſq; in.l.zona ſit torrida. Reſtat ut cīgulus ab.i.uſq; ad.n. de ſubiecto
calore & ſuperiore frigore temperetur. Rurſus ut zona quæ eſt īter.l. &
f.accipiat de ſuperiore calore & ſubdito rigore temperiem.



Nec excogitatas a nobis lineas quas diximus extimetuᷣ. Circi.n. ſūt de
quibus ſupra rettulimus ſeptētrionalis & auſtralis & tropici duo. Nā
æquinoctiale hoc loco:quo de terra loquimur:non oportet aſcribi: qui
opportuniore loco rurſus addetur. Licet igitur ſit hæ duæ mortalibus
ægris munere conceſſæ diuū quas diximus eſſe temperatas: non tamen
ambæ zonæ hominibus noſtri generis īdultæ ſūt:ſed ſola ſuperior:quæ
eſt ab.i.uſq; ad.n.incolitur ab omni quale ſcire poſſumus hominū ge-
nere romani græciue ſit uel barbaræ cuiuſq; nationis. Illa uero ab.l.uſq;
ad.f.ſola ratione intelligitur ꝙ propter ſimilem temperiem ſimiliter in-
colitur: ſed a quibus non licuit unq̄ nobis nec licebit agnoſcere. Inter-
iecta.n. torrida utriq; hominū generi cōmerciū ad ſe denegat cōmeādi.
Denique de quattuor habitationis noſtræ cardinibus oriens occidens &
ſeptētrio ſuis uocabulis nuncupatur:quia ab ipſis exordiis ſuis ſciuntᷣ a
nobis. Nam & ſi ſeptentrionalis extremitas inhabitabilis eſt:nō multo
tamen ē a nobis remota. Quarto uero noſtræ habitationis cardini cauſa
hæc alterum nomen dedit: ut meridies non auſtralis uocaretur:quia et
ille proprie eſt auſtralis:qui de altera extremitate procedens ad uerſus
ſeptentrionali eſt. & hunc meridiem iure uocitari facit locus de quo in-
cipit nobis. Nam quia ſentiri incipit a medio terræ in qua eſt uſus diei:
ideo tanq̄ quidam medidies una littera mutata meridies nuncupatus ē.
Sciendum eſt autem:ꝙ uentus qui per hunc ad nos cardinem ꝑuenit.i.
auſter ita in origine ſua gelidus eſt:ut apud nos cōmendabilis eſt blādo
rigore ſeptentrio: ſed quia per flammā torridæ zonæ ad nos cōmeat:
admixtus igni caleſcit:& qui incipit frigidus calidus peruenit. Neq;.n.
uel ratio uel natura pateretᷣ:ut ex duobus æquo preſſis rigore cardinibus
diſſimili tractu flatus emitteretur. Nec dubium eſt noſtrum quoq; ſep-
tētrionem ad illos qui auſtrali adiacent: propter eandē rationem calidū
peruenire:& auſtrum corporibus eorū gemino auræ ſuæ rigore blādiri.
Eadem ratio nos non permittit ambigere:quin per illam quoq; ſupficiē
terræ:quæ ad nos habetur inferior:integer zonarū ambitus: quæ hic tē-
peratæ ſunt:eodem ductu temperatus habeatur:atq; ideo illic quoque
eædem duæ zonæ a ſe diſtantes ſimiliter īcolantur. Aut dicat quiſquis
huic fidei obuiare mauult:quid ſit quod ab hac eum diſtinctione deter-
reat. Nam ſi nobis uiuendi facultas eſt in hac terrarum parte quā coli-
mus:quia calcantes humum cælum ſuſpicimus ſuper uerticem quia ſol
nobis & oritur & occidit quia circunfuſo fruimur aere: cuius ſpiramus
hauſtū:cur non & illic aliquos uiuere credamus:ubi eadē ſemꝑ īprōptu
ſuntᷣ Nam qui ibi dicuntᷣ morari:eandem credendi ſunt ſpirare auram:
quia eadem eſt in eiuſdem zonalis ambitus continuatione tēperies. Idē
ſol illis & obire dicitur noſtro ortu:& orietur cū nobis occidet. Calcabūt

æque ut nos humum:& ſemper uerticem ſemper cælum uidebūt. Nec
metus erit: ne de terra ī cælū decidant:cū nihil unq̄ poſſit ruere ſurſū.
Si.n.nobis quod aſſerere genus ioci eſt:uiſum habetur ubi eſt terra:et
ſuſum ubi eſt cælum. Illis quoq; ſuſum erit quod de īferiore ſuſpiciēt:
nec aliquando in ſuperna caſuri ſūt. Affirmauerim quoq; & apud illos
minus rerum peritos hæc extimare de nobis:nec credere poſſe nos ī quo
ſumus loco degere:ſed opinari ſiquis ſub pedibus tentaret ſtare caſuꝝ.
Nunq̄ tamē apud nos quiſq̄ timuit:ne caderet in cælum: ergo nec apud
illos quiſq̄ in ſuperiora caſurus eſt:ſicut omnia nutu ſuo pōdera ī terrā
ferri ſuperius relata docuerunt. Poſtremo quis ambigat in ſpæra terræ
ita ea: quæ inferiora dicunt:ſuperioribus ſuis eſſe cōtraria:ut eſt oriens
occidenti: Nam in utraq; parte par diametros habetur. Cū ergo & ori-
entem & occidentem ſimiliter conſtat habitari:quid eſt quod fidē huius
quoq; diuerſæ ſibi habitationis excludat. Hæc omnia nō ocioſus lector
in tam paucis uerbis Ciceronis inueniet. Nam cum dicit terrā cingulis
ſuis redimitam atq; circūdatam:oſtendit per omne terræ corpus eādem
temperatorum cingulorum continuatam eſſe temperiem. Et cum ait in
terra maculas habitationum uideri: non eas dicit quæ ī parte noſtræ ha-
bitationis nonnullis deſertis locis interpoſitis incoluntur. Nō.n.adiice-
ret in ipſis maculis uaſtas ſolitudines interiectas:ſi ipſas ſolitudines di-
ceret inter quas certæ partes macularū inſtar habeātur. Sed qa maculas
dicit has quattuor:quas ī duobus terræ hemiſpæriis binas eſſe ratio mō-
ſtrauit:bene adiecit interiectas ſolitudines. Nam ſicut pars quæ habitat
a nobis: multa ſolitudinū interiectione diſtinguitur: credendum eſt in
illis quoque tribus aliis habitationibus ſimiles eſſe inter deſerta & culta
diſtinctiones. Sed & quattuor habitationum incolas & relatione ſitus &
ipſa quoq; ſtandi qualitate depinxit. Primū.n. ait: alios præter nos ita
incolere terram: ut a ſe interrupti nullā habeant ad ſe facultatē meādi.
Et ipſa uerba declarant: non eum de uno hominum genere loqui in hac
ſuperficie a nobis ſolius torridæ interiectione diuiſo. Sic.n.magis dice-
ret:ita īterruptos ut nihil īter ipſos ab illis ad nos manare poſſit. Sed di-
cendo ita interruptos ut nihil inter ipſos ab illis ad alios manare poſſit:
qualiter inter ſe illa hominum genera ſint diuiſa ſignificat. Quod autē
uere ad noſtrā partem referretur:adiecit dicendo de illis qui & a nobis &
a ſe inuicem diuiſi ſunt:partim obliquos partim tranſuerſos partī etiā
aduerſos ſtare nobis. Interruptio ergo non unius generis a nobis: ſed
omnium generum a ſe diuiſorum refertur: quæ ita diſtinguenda eſt.
Hi quos ſeparat a nobis peruſta: quos græci ἀντοέκος uocant:ſimiliter
ab illis qui inferiorem zonæ ſuæ incolunt partem: interiecta auſtrali ge-
lida ſeparantur. Rurſus illos ab ἀντοικις ſuis ideſt per noſtri cinguli





īferiora uiuētibus īteriectio ardētis ſequeſtrat:& illi a nobis ſeptētriona-
lis extremitatis rigore remouentur. Et quia non eſt una omniū affinis
continuatio:ſed interiectæ ſunt ſolitudines ex calore uel frigore mutuū
negantibus cōmeatum:has terræ partes: quæ a quattuor hominū gene-
ribus incoluntur:maculas habitationum uocauit. Quemadmodū autē
cæteri omnes ueſtigia ſua figere ad noſtra credātur:ipſe diſtinxit: & au-
ſtrales quidem aperte pronunciauit aduerſos ſtare nobis dicēdo: Quoꝝ
auſtralis ille in quo qui inſunt aduerſa nobis urgēt ueſtigia. Et ideo ad-
uerſi nobis ſūt:qa in parte ſpæræ quæ contra nos eſt morantur. Reſtat
inquirere quos tranſuerſos & quos obliquos nobis ſtare memorauerit.
Sed nec de ipſis poteſt eſſe dubitatio:quin tranſuerſos ſtare nobis dixe-
rit inferiorem zonæ noſtræ partem tenentes. Obliquos uero eos qui
auſtralis circuli deuexa ſortiti ſūt. Supeſt ut de terræ ipſius ſpatii q̄nta
habitationi ceſſerint:quāta ſint īculta referamus. Id eſt quæ ſit ſīguloꝝ
dimenſio cingulorum. Quod ut facile cognoſcas:redeundum tibi eſt ad
orbis terræ deſcriptionem:quā paulo ante ſubiecimus:ut ꝑ aſcriptarum
litteraꝝ notas ratio dimenſionum lucidius explicetur. Omnis terræ or-
bis.i.circulus:qui uniuerſum ambitum claudit:cui aſcripta ſunt.a.b.c.
.d.ab his qui eum ratione dimenſi ſunt:in ſexaginta diuiſus eſt partes:
Habet autē totus ipſe ambitus ſtadiorum ducenta quinquagintaduo
milia. Ergo ſingulæ ſexageſimæ extenduntur ſtadiis quaternis milibus
ducenis. Et ſine dubio medietas eius:quæ eſt a.d. per orientem.i.per.a.
uſq; ad.c.habet triginta ſexageſimas & ſtadiorū milia centū uigintiſex.
Quarta uero pars:quæ eſt ab.a.uſq; ad.c.incipiens a puſta:habet ſexa-
geſimas quindecim:& ſtadiorum milia ſexaginta & tria. Huius quartæ
partis menſura relata conſtabit totius ambitus plena dimenſio. Ab.a.
igitur uſque ad.p.quod eſt medietas puſtæ: habet ſexageſimas q̄ttuor:
quæ faciunt ſtadiorum milia ſexdecim cum octingētoꝝ adiectiōe. Ergo
omnis peruſta ſexageſimarū octo eſt: & tenet ſtadiorum milia triginta
tria & ſexaginta inſuper. Latitudo autē cinguli noſtri: qui temperatus
eſt.i.a.p.uſque ad.o.habet ſexageſimas quinq;:quæ faciunt ſtadiorum
milia uigīti unum. Et ſpatiū frigidæ ab.o.uſq; ad.c.habet ſexageſimas
ſex:quæ ſtadiorum tenent uigintiquinq; milia ducenta. Ex hac quarta
parte orbis terraꝝ:cuius mēſuram euidentur expreſſimus: alterius q̄rtæ
partis magnitudinem ab.a.uſq; ad.d. pari dimenſionum diſtinctione
cognoſces. Cum ergo quātum teneat ſpæræ ſuperficies quæ ad nos eſt:
in omni ſua medietate cognoueris:de menſura quoq; inferioris medie-
tatis.i.a.d.per.b.uſq; ad.c.ſimiliter īſtrueris. Modo.n.quia orbē terræ
in plano pinximus:in plano autem medium exprimere non poſſumus
ſpæralem tumorem: imitati ſumus altitudinis ītellectum a circulo:qui

magis orizon q̃ meridianus uidetur. Cæterũ uolo hoc mente percipias: ita nos hanc pertuliſſe menſuram tanq̃ a.d.per.a. uſq; ad.c. Pars terræ ſuperior ſit:cuius partem nos incolimus:& a.d.per.b.uſq; ad.c pars terræ habeatur inferior. Hoc quoq; tractatu proprium ſortito finem:nũc illud quod probandũ promiſimus aſſeramus: hos cĩgulos & bene Maronem cælo:& bene terræ aſſignaſſe Ciceronẽ:& utrunq; nõ diſcrepãtia ſed conſona eadẽq; dixiſſe. Natura.n.cæli hanc ĩ diuerſis terræ partibus temperiem nimietatẽq; diſtinxit. & qualitas uel frigoris uel caloris quæ cuilibet ætheris parti ſemel inhæſit: eãdem inficit partem terræ:quã deſpicit ambiendo. Et quia has diuerſitates quæ certis finibus terminãt᷑: cingulos in cælo uocauere:neceſſe eſt totidem cingulos etiã hic intelligi: Sicut in breuiſſimo ſpeculo cum facies monſtratur ingens: tenent in anguſto membra uel liniamenta ordinem quem ſua in uero digeſſerat amplitudo. Sed hic quoq; aſſerendi quod dicitur minuemus laborem oculis ſubiiciẽdo picturã. Eſto.n.cæli ſpæra.a.b.c.d. Et ĩter ſe claudat ſpæram terræ:cui aſcripta ſũt.ſ.x.t.u. Et ducatur in cæli ſpæra circulus ſeptentrionalis.ab.i.uſq; in.o.tropicus æſtiuus a.g.in.p. et æquinoctialis a.b.in.a. et tropicus hyemalis ab.f.in.q.et auſtralis ab.e.in.r.ſed & zodiacus ducatur ab.f.in.p. Rurſus in ſpæra terræ ducãtur iidem limites cingulorum: quos ſupra deſcripſimus ĩ.n.in.m.in.l.in.r.His ita depictis ſine difficultate cõſtabit ſigulas terræ partes a ſingulis cæli partibus ſuper uerticem ſuum poſitis qualitatẽ circa nimietatem uel temperiem mutuari. Nam quod eſt ſuſum a.d.uſq; ad.r.hoc deſpicit terrã ab.ſ.uſq; ad.r. Et quod eſt in cælo ab.r. uſque ad.q. hoc inficit terræ a .k.uſque ad.l. et quod in cælo eſt a .q.uſque in.p.tale facit in terra ab .l.uſq; ad.m. Qualeq; eſt deſuper a.p.uſq; ad.o.tale ĩ terra ab.m.uſq; ad.n. Et quale illic ab.o.uſque ad.c.tale hic eſt ab.n.uſque ad.t. Sunt autem ĩ æthere extremitates ambæ.i.a.d.uſque ad.r.et a.c.uſque ad.o. æterno rigore denſatæ. Idem ĩ terra idem eſt ab.ſ.uſq; ad.k. et a.t.uſq; ad.n. Rurſus in cælo a.q.uſque ad.p.nimio calore feruet. Idem ĩ terra quoque ab.l.uſque ad.m.idem feruor eſt. Item ſunt in cælo temperies ab.o.uſque ad.p.et a.q.ĩ.r. Ideo ſũt hic quoq; temperatæ ab.n.ĩ.m.et ab.l.in.k. Aequinoctialis.n. circulus qui ab.a. uſque ad.b.ductus eſt: mediã ſecat puſtã.Et.ipſũ aũt ſciſſe Ciceronẽ:ꝙ terreni cĩguli cæleſtibus

inficiãt᷑:ex uerbis eius oſtẽdit᷑. Ait.n.e q̄bus duos maxĩe ĩter ſe diuerſos & cæli uerticibus ipſis ex utraq; parte ſubnixos obriguiſſe pruina uides. Ecce teſtat᷑ finale frigus eſſe de cælo. Idẽ quoq; de feruore medio dicit. Mediũ autem illũ & maximũ ſolis ardore torreri. Cum ergo manifeſte & rigorem de cæli uerticibus & feruorem de ſole ĩ terræ cingulos uenire ſignauerit:oſtendit prius in cælo hos eoſdẽ cingulos conſtitiſſe. Nũc quoniam conſtitit eaſdẽ in cælo & in terra zonas eſſe uel cingulos(hæc .n.unius rei duo ſunt nomina)iam dicendũ eſt:quæ cauſa in æthere hãc diuerſitatẽ q̃litatis efficiat. Peruſta duobus tropicis claudit᷑: id ẽ ab.g.ĩ .p.æſtiuo:et ab.f.in.q.hyemali. Ab.f.autem ĩ.p.zodiacum deſcribẽdo perduximus. Ergo ſignũ.p. tropicus ille cancer habeatur:et ſignum.f. capricornus. Conſtat autem ſolem neq; ſurſum ultra cancrum: neque ultra capricornum deorſum meare: ſed cum ad tropicorum confinia peruenerit mox reuerti:unde & ſolſtitia uocantur. Et quia æſtiuus tropicus temperatæ noſtræ terminus eſt:ideo cũ ſol ad ipſum finẽ uenerit: facit nobis æſtiuos calores de uicino urens ſenſu maiore ſubiecta. Illo deniq; tempore auſtrali generi reuerti hyemem non poteſt ambigi:quia tũc ab illis ſol õi uiæ ſuæ ſpatio recedit. Rurſus cũ ad.f.ſignũ id eſt ad capricornum uenerit:facit hyemem nobis receſſu ſuo:& illis uicinitate reducit æſtatem.Hic notandum eſt de tribus tantũ cardinibus ĩ q̃ncũq; ædem ingredi ſolem: de quarto nunq̃. Nam & ab ortu & ab occaſu feneſtra ſolem recipit:quippe quem orientem abeuntemque proſpectet. Recipit & a meridie:quia omne iter ſolis in noſtro meridie eſt:ut ĩſtruit uiſum ante lata deſcriptio. Nunq̃ uero ſolem feneſtra ſeptentrionis admittit:quia nunq̃ a.p.ſigno ad.o.ſol accedit:ſed a.p.ſemp retrocedẽdo nunq̃ fines poli ſeptentrionalis attingit. Et ideo nunq̃ per hunc cardinẽ radius ſolis infunditur. Eiuſdem rei ꝓbationẽ umbra quoq; cuiuſlibet corporis efficiet aſtruere. Nam & ĩ occaſum cadit oriente ſole: & ĩ ortũ cum fit occiduus. Medio autem die: quia ſol meridiem tenet ĩ ſeptentrionem umbra depellitur. In auſtrum uero circa noſtrã habitationem impoſſibile eſt umbram cuiuſlibet corporis cadere:quia ſemp ĩ aduerſã ſoli partem umbra iactatur. Aduerſus autẽ auſtro apud nos ſol eſſe nõ poterit:cum nunq̃ fines ſeptentrionales attingat. Sane quoniã pars illa peruſtæ:quæ temperatæ uicina eſt admittit habitãtes:illic.i.trãs tropicũ quæcunq; habitantur ſpatia:umbram mittunt in auſtrum eo tempore: quo ſol cancrum tenet. Tunc.n.ei fit ſol ſeptentrionalis:cum tropicũ tenet: ꝙ ab illis ad ſeptentrionem recedit. Ciuitas autem ſiene: quæ prouinciæ thebaidos poſt ſuperiorum montium deſerta principiũ eſt: ſub ipſo æſtiuo tropico conſtituta eſt. Et eo die quo ſol certam partem ingreditur cancri:hora diei ſexta(quoniam ſol tunc ſup ipſum inuenit᷑

uerticem ciuitatis)nulla illic poteſt in terris de quolibet corpore umbra
iactari. Sed nec ſtilus hemiſpærii mõſtrantis horas:quem γνόμονα uo-
cant:tunc de ſe poteſt umbram creare. Et hoc eſt quod Lucanus dicere
uoluit:nec tamẽ plene ut habetur abſoluit. Dicendo.n. Atque umbras
nunq̃ flectente ſiene. Rem quidem attigit:ſed turbauit uerum. Nõ.n.
nunq̃ flectit ſed uno tempore:quod cũ ſua ratione rettulimus. His re-
latis conſtat ſolem nunq̃ egredi fines peruſtæ:quia de tropico in tropicũ
zodiacus obliquatus eſt. Maĩfeſta eſt igit̃ cauſa:cur hæc zona flãmis ſit
ſẽper obnoxia:quippe quã ſol totius æternæ flãmæ & fõs & admĩſtrator
nunq̃ relinquat. Ergo ambæ partes ultimæ.i.ſeptẽtrionalis & auſtralis:
ad quas nunq̃ ſolis calor accedit:neceſſario perpetua premunt̃ pruina.
Duas uero ut diximus temperat hĩc atq; illĩc uicinia caloris & frigoris.
Denique in hac ipſa zona quã incolimus:quæ tota dicitur tẽperata:ptes
tamẽ quæ peruſto cingulo uicinæ ſunt:cæteris calidiores ſũt:ut eſt æthi-
opia arabia ægyptus et libya:in quibus calor ita circunfuſi aeris corpus
extenuat:ut aut nunq̃ aut raro cogatur in nubes. et ideo nullus pene
apud illos uſus eſt imbriũ. Rurſus uſq; ad frigidæ fines preſſius accedit:
ut eſt palus mæotis:ut regiones quas præterfluũt tanais et hiſter:oĩaq;
ſuper ſcythiam loca quorum incolas uetuſtas hyperboreos uocauit:q̃ſi
originem boreæ ĩtrorſum recedendo tranſiſſent: adeo æterna pene pre-
muntur pruina:ut non facile explicet̃ quanta ſit illic frigidæ nimietatis
iniuria. Loca uero quæ in medio temperata ſunt:quoniam ab utraque
nimietate longe recedunt:ueram tenent ſalutaremq; temperiem. Locus
nos admonet:ut quoniam diximus rẽ:quæ a nullo poſſit refelli:utrũq;
tropicum circum zodiaco terminos facere:nec nunq̃ ſolem alterutrum
tropicum excedere poſſe:uel ſurſum uel deorſũ meando. Trãs zodiacũ
uero circum.i.trans uſtam quæ tropicis clauditur:ex utraq; pte incipere
temperatas. Quæramus quid ſit quod ait Virgilius:quem nullius unq̃
diſciplinæ error inuoluit. Duæ mortalibus ægris
Munere cõceſſæ diuũ:& uia ſecta per ambas:
Obliquus qua ſe ſignorũ uertitur ordo.
Videt̃.n.dicere his uerſibus zodiacũ p temperatas ductũ & ſolis curſũ
per ipſas ferri.quod nec opinari fas eſt: quia neutrum tropicum ſolis
curſus excedit. Nunc igitur illud attendit quod diximus & ĩtra tropicũ
in ea peruſta parte quæ uicina eſt temperatæ habitatores eſſe. Nã ſiene
ſub ipſo tropico eſt: meroe autem tribus milibus octingentis ſtadiis in
peruſtam a ſiene ĩtrorſum recedit:& ab illa uſq; ad terram cynãmomi
feracem ſũt ſtadia octingẽta. Et per hæc omnia ſpatia peruſtæ licet rari
tamen uita fruuntur habitantes. Vltra uero iam inacceſſum eſt ꝓpter
nimium ſolis ardorem. Cum ergo tantum ſpatii ex peruſta uitam

miniſtret: & ſine dubio circa uicinã alterius tẽpatæ ideſt ἀντοέκώρουμ
tantundem ſpatii habere per peruſtæ fines & parem manſuetudinẽ:nõ
neget̃. Paria.n.in utraq; parte ſunt omnia. Ideo credendum eſt p poe-
ticam tubam: quæ omnia ſemper ĩ maius extollit:dixiſſe uiã ſolis ſectã
per temperatas:quoniam ex utraq; parte fines peruſtæ in eo ſũt ſimiles
tẽpatis:q̃ ſe patiunt̃ habitari. An forte poetica licẽtia particulã ꝓ ſimili
pene pticula poſuit:& ꝓ p ãbas ſub ãbas dicere maluit. Nã re uera duc-
tus zodiaci ſub ãbas tẽpatas ultro citroq; puenit nõ tamẽ p ambas. Sci-
mus autẽ & Homerũ ipſum: & ĩ omnibus imitatorem eius Maronem
ſæpe tales mutaſſe particulas. An:quod mihi uero propius uidetur:per
ambas ꝓ inter ambas uoluit intelligi. Zodiacus.n.inter ambas tempe-
ratas uoluitur non per ambas. Familiariter autem per pro inter ponere
ſolet. ſicut alibi quoque Circum perq; duas in morem fluminis arctos.
Neque.n.anguis ſydereus arctos ſecat:ſed dum et amplectitur & inter-
uenit circum eas & inter eas uoluitur non per eas. Ergo poteſt conſtare
nobis intellectus:ſi p ambas.i.pro inter ambas more ipſius poetæ dictũ
exiſtimemus. Nobis aliud ad defenſionem ultra hæc:quæ diximus: nõ
occurrit. Verum quoniã in medio poſuimus quos fines nunq̃ uia ſolis
excedat: manifeſtum eſt omnibus autem q̃d Maro dixerit:quẽ conſtat
erroris ignarum:erit ingenii ſingulorum inuenire q̃d poſſit amplius ꝓ
abſoluenda hac quæſtione conferri. His quoque ut arbitror non ocioſa
inſpectione tractatis:nũc de oceano quod promiſimus aſtruemus. Nõ
uno ſed gemino eius ambitu terræ corpus omne circũflui. Cuius uerus
& primus meatus eſt:qui ab indocto hominum genere naſcitur. Is.n.
quem ſolum oceanum plures opinantur:de finibus ab illo originali re-
fuſus ſecundum ex neceſſitate ambitum fecit. Cæterũ eius prior corona
per zonam terræ calidam meat ſuperiora terrarum & inferiora cingens
flexum circi æquinoctialis imitata. Ab oriente uero duos ſinus refũdit:
unum ad extremitatem ſeptentrionis:ad auſtralis alterum. Rurſuſque
ab occidente duo pariter enaſcuntur ſinus:qui uſq; ad ambas quas ſu-
pradiximus extremitates refuſi occurrunt ab oriente demiſſis. Et dum
ui ſũma & impetu maniore miſcentur:inuicemq; ſe feriũt:ex ipſa aq̃rũ
colliſione naſcitur illa famoſa oceani acceſſio pariter & receſſio. Et ubi-
cunq; in noſtro mari contingit:idem uel in anguſtis fretis uel in planis
forte littoribus ex ipſis oceani finibus quos oceanũ nunc uocamus eue-
niunt:quia noſtrum mare ex illis influit. Cæterum uerior ut ita dicam
eius alueus tenet zonam peruſtam:& tam ipſe qui æquinoctialẽ q̃ ſinus
ex eo nati:qui orizontem circulum ambitu ſuæ flexionis imitant̃:omnẽ
terram quadrifidã diuidunt: & ſingulas ut ſupradiximus habitationes
faciunt inſulas. Nam inter nos & auſtrales homines means ille p calidã

zonam totamq; cingens et rurſus utriuſq; regionis extrema ſinibus ſuis ambiens binas ĩ ſuperiore atq; ĩferiore terræ ſuperficie ĩſulas facit. Vnde Tullius hoc intelligi uolens nõ dixit: omnis terra parua quædã eſt ĩſula: ſed omnis terra quæ colitur a nobis parua quædã eſt ĩſula: quia et ſĩgulæ de quattuor habitationibus paruæ quædam efficiũtur ĩſulæ: oceano bis eas ut diximus ambiẽte. Omnia hæc ante oculos locare poteſt deſcriptio ſubſtituta: ex qua & noſtri maris originẽ quæ totius una eſt: & rubri atque indici ortum uidebis. Caſpiũq; mare unde oriatur inuenies: licet non ignorem eſſe nullos qui ei de oceano ingreſſum negent. Nec dubiũ eſt: in illam quoq; auſtralis generis temperatã mare de oceano ſimiliter influere. Sed deſcribi hoc noſtra atteſtatione nõ debuit: cuius ſitus nobis incognitus perſeuerat. Quod autem dixit noſtrã habitabilẽ anguſtã uerticibus latiorem: in eadẽ deſcriptione poterimus aduertere. Nam quanto longior eſt tropicus circus ſeptentrionali circo: tanto zona uerticibus q̃ lateribus anguſtior ẽ: quia ſummitas eius in arctum extremi circuli breuitate contrahitur. Deductio autem laterum cum longitudine tropici ab utraq; parte diſtenditur. Deniq; ueteres omnẽ habitabilem noſtram extentæ clamidi ſimilem eſſe dixerunt. Item quia omnis terra in qua & oceanus eſt: ad quẽuis cæleſtem circulum quaſi centron pũcti obtinet locum: neceſſario de oceano adiecit. Qui tamẽ tanto nomine q̃ ſit paruus uides. Nam licet apud nos athlanticum mare licet magnum uocetur: de cælo tamen diſpicientibus non poteſt magnum uideri: cum ad cælũ terra ſignũ ſit & pũctũ: quod diuidi nõ poſſit ĩ ptes. Ideo autẽ terræ breuitas tam diligenter aſſeritur: ut paruipendendũ ambitũ famæ uir fortis ĩtelligat: quæ ĩ tã paruo magna eſſe nõ poterit. Quod doctrĩæ propoſitum non minus in ſequentibus apparebit. Quin etiam ſi cupiat proles futurorum hõium deinceps laudes unicuiuſq; noſtrum acceptas a patribus poſteris prodere: tamẽ propter eluuiones exuſtioneſq; terraꝝ quas accidere tempore certo neceſſe eſt: non modo non æternam ſed ne diuturnam quidẽ gloriam aſſequi poſſumus. Virtutis fructum ſapiens in conſciẽtia ponit: minus perfectus ĩ gloria. Vnde Scipio perfectionẽ cupiens infundere nepoti auctor eſt: ut contentus conſcientiæ premio

gloriam non requirat. In qua appetenda quoniã duo ſunt maxĩe quæ ꝓbari poſſint: ut & q̃ latiſſime uagetur: & q̃ diutiſſime pſeueret. Poſtq̃ ſuperius de habitationis noſtræ anguſtiis diſſerẽdo totius terræ: quæ ad cælum puncti locum obtinet: minimã quandam docuit ab hominibus noſtri generis particulam poſſideri: nullius uero gloriam uel ĩ illã totã partem potuiſſe diffundi: ſiquidẽ gangen trãſnatare uel tranſcendere caucaſum romani noĩs fama non ualuit: ſpem quã de propaganda late gloria ante oculos ponendo noſtri orbis anguſtias amputauit: uult etiã diuturnitatis auferre: ut plene animo nepotis contemptũ gloriæ cõpos diſſuaſor inſinuet. Et ait nec ĩ hac ipſa: ĩ quã ſapiẽtis & fortis uiri nomẽ ſerpere poteſt: æternitatem nominis poſſe durare: cum modo exuſtione modo eluuione terrarum diuturnitati rerũ intercedat occaſus. quod q̃le ſit diſſeremus. In hac. n. parte tractatus illa quæſtio latẽter abſoluitur: quæ multorum cogitationes de ambigenda mũdi æternitate ſignificat. Nam quis facile mundum ſemper fuiſſe conſentiat? cum & ipſa hiſtoriarum fides multarum rerum cultum emendationemq; uel ipſam inuentionem recentem eſſe fateatur? Cumq; rudes primum homines & incuria ſilueſtri nõ multum a ferarum aſperitate diſſimiles meminerit: uel fabuletur antiquitas: tradatq; nec hunc eis quo nunc utimur uictũ fuiſſe: ſed glãde prius & baccis alitos ſero ſperaſſe de ſulcis alimoniam: cumq; ita exordium rerum & ipſius humanæ nationis opinemur: ut aurea primum ſæcula fuiſſe credamus: & inde natura p metalla uiliora degenerans ferro ſæcula poſtrema fœdauerit: ac ne totum uideamur de fabulis mutuari: quis non hinc extimet mundum quãdoq; cœpiſſe? nec longam retro eius ætatem: cum ab hinc ultra duo retro annorum milia de excellenti rerum geſtaꝝ memoria ne græca quidẽ extet hiſtoria? Nã ſupra Ninũ a quo Semiramis ſecundum quoſdam creditur procreata: nihil præclarum in libris relatum eſt. Si. n. ab initio immo ante initium fuit mundus (ut philoſophi uolunt) cur per innumerabilium ſeriem ſæculorum non fuerat cultus: quo nũc utimur: inuentus? non litterarum uſus quo ſolo memoriæ fulcitur æternitas? cur non deniq; multaꝝ reꝝ experientia ad aliquas gentes recenti ætate peruenit? Vt ecce galli uitẽ uel cultum oleæ roma iam adoleſcente didicerunt. Aliæ uero gentes adhuc multa neſciunt quæ nobis inuenta placuerunt. Hæc omnia uidentꝰ æternitati rerum repugnare: dum opinari nos faciunt certo mundi principio paulatim ſingula quæq; cœpiſſe. Sed mundum quidẽ fuiſſe ſẽper philoſophia auctor eſt conditore quidẽ deo: ſed non ex tẽpore. Siqdẽ tempus ante mundum eſſe non potuit: cum nihil aliud tempora niſi curſus ſolis efficiat. Res uero humanæ ex parte maxima ſæpe occidunt manente mundo: & rurſus oriuntur uel eluuione uiciſſim uel exuſtiõe

redeunte : cuius uiciſſitudinis cauſa uel neceſſitas talis ē. Ignē æthereū phyſici tradiderūt humore nutriri: aſſerentes ideo ſub zona cæli puſta quā uia ſolis.i.zodiacus occupauit oceanum(ſicut ſupra deſcripſimus)a natura locatum:ut omnis latitudo: qua ſol cum quinq; uagis ultro citroq; diſcurrunt:habeat ſubiecti humoris alimoniam. Et hoc eſſe uolūt quod Homerus diuinarū omnium inuentionum fons & origo ſub poetici nube figmenti uerum ſapientibus intelligi dedit: Iouē cū diis cæteris .i.cum ſtellis profectum in oceanum æthiopibus eum ad epulas inuitātibus. Per quā imaginē fabuloſam Homerū ſignificaſſe uolunt hauriri de humore nutrimenta ſyderibus:qui ob hoc æthiopas reges epularum cæleſtium dixit:quoniam circa oceani oram non niſi æthiopes habitant: quos uicinia ſolis uſq; ad ſpeciem nigri coloris exuſſit. Cum ergo calor nutriatur humore:hæc uiciſſitudo cōtingit:ut modo calor modo humor exuberet. Euenit.n.ut ignis uſq; ad maximum enutritus augumētum hauſtum uincat humorem. Et ſic aeris mutata tēperies licentiā præſtet incendio:& terra penitus flagrātia immiſſi ignis uratur. Sed mox īpetu caloris abſumpto paulatim uires reuertuntur humori:cum magna pars ignis incendiis erogata minus iam de renaſcente humore conſumat. Ac rurſus longo tempoꝝ tractu ita creſcens humor altius uincit: ut terris infundatur eluuio. Rurſuſque calor poſt hæc uires reſumit:& ita fit ut manente mundo inter exuperantis caloris humoriſq; uices terraꝝ cultus cum hominum genere ſæpe intercidat : & reducta tēperie rurſus nouet̃: nunq̄ tamen ſiue eluuio ſiue exuſtio omnes terras aut omne hominū genus uel omnino operit uel penitus exurit. Aegypto certe:ut Plato in Thimæo fatetur:nūq̄ nimietas humoris nocuit uel caloris. Vnde & infinita annorum milia ī ſolis ægyptiorum monumentis libriſq; relegūt̃. Certe igit̃ terrarum partes internectioni ſuperſtites ſeminariū īſtaurādo generi humano fiunt. Atq; ita contingit:ut non rudi mundo rudes homines & cultus inſcii:cuius memoriam intercipit interitus: in terris oberrēt. Et aſperitatem paulatī uagæ feritatis exuti conciliabula & cœtus natura inſtruente patiantur. Sitq; primū inter eos mali neſcia & adhuc aſtutiæ inexperta ſimplicitas:quæ nomen auri primis ſæculis præſtat. Inde quo magis ad cultum rerum atq; artium uſus promouet:tanto facilius in animos ſerpit æmulatio:quæ primum bene incipiens in inuidiā latenter euadit. Et ex hac iam naſcitur quicquid genus hominum poſt ſequētibus ſæculis experitur. Hæc eſt ergo quæ rebus humanis pereūdi atq; iterum reuertendi incolumi mundo uiciſſitudo uariat̃. Quid autē intereſt ab his qui poſtea naſcentur ſermonem fore de te:cū ab his nullus fuerit qui ante nati ſunt:qui nec pauciores & certe meliores fuerūt uiri:præſertim cum apud eos ipſos quibus audiri nomen noſtrū poteſt:

nemo unius anni memoriam conſequi poſſit. Homines.n.populariter annum tantum modo ſolis.i.unius aſtri reditu metiuntur. Re ipſa aūt cum ad idem unde ſemel profecta ſunt cuncta aſtra redierint: eādemq; totius cæli deſcriptionem longis interuallis rettulerīt:tum ille uere uertens annus appellari poteſt: ī quo uix dicere audeo q̄ multa hominum ſæcula teneantur. Nāq; ut olim deficere ſol hominibus extīguiq; uiſus eſt: cum Romuli animus hæc ipſa in templa penetrauerit:ita quandoq; cum ab eadem parte ſol eodemq; tēpore iterū defecerit: tū ſignis ōibus ad idem principium ſtelliſq; reuocatis expletum annum habeto. Cuius quidē anni nundum uigeſimam partem ſcito eſſe conuerſā. Idē agere perſeuerat inſtans diſſuaſioni gloriæ deſiderandæ.quā cum locis artam nec ī ipſis anguſtiis æternam ſupra docuiſſet: nunc nō ſolū ꝑpetuitatis expertē:ſed nec ad unius anni integri metas poſſe ꝓpagari docet. Cuius aſſertionis:quæ ſit ratio dicemus. Annus non is ſolus eſt: quem nunc cōmunis omnium uſus appellat:ſed ſingulorū ſeu luminū ſeu ſtellarū emenſio omni cæli circuitu a certo loco in eundem locum reditus annus ſuus eſt. Sic menſis lunæ annus eſt: inter quem cæli ambitum luſtrat. Nam & a luna menſis dicitur: quia græco nomine luna mene uocatur. Virgilius deniq; ad deſcriptionem lunaris anni qui breuis eſt: annum qui curſu ſolis efficitur ſignificare uolens ait: Interea magnum ſol circū uoluitur annum. magnum uocās ſolis:comparatione lunaris. Nam curſus quidem ueneris atq; mercurii pene par ſoli eſt. Martis uero annus fere biennium tenet : tanto.n. tempore cælum circuit. Iouis autē ſtella duodecim & ſaturni triginta annos ī eadem circuitione cōſumit. Hæc de luminibus ac uagis:ut ſæpe relata iam nota ſunt. Annus uero qui mundanus uocatur:qui uere uertens eſt: quia conuerſione plenæ uniuerſitatis efficitur: largiſſimis ſæculis explicatur. Cuius ratio ē talis. Stellæ omnes & ſydera : quæ infixa cælo uidentur: quorum proprium motum nunq̄ uiſus humanus ſentire uel deprehendere poteſt: mouēt̃ tamen & præter cæli uolubilitatem qua ſemper trahuntur:ſuo quoque acceſſu tam fero promouentur:ut nullius hominum uita tam lōga ſit: quæ obſeruatione continua factam de loco permutationem:in quo eas primum uiderat deprehendat. Mundani ergo anni finis eſt:cum ſtellæ omnes omniaq; ſydera quæ aplanes habet:a certo loco ad eundem locū Ita remeauerīt:ut ne una quidē cæli ſtella ī alio loco ſit:q̄ in quo fuit:cū omnes aliæ ex eo loco motæ ſūt:ad quem reuerſæ anno ſuo finē dedere. ita ut lumina quoq; cum erraticis quinq; in iiſdem locis & partibus ſit: in quibus incipiente mūdano anno fuerūt. Hoc autē(ut phyſici uolūt) poſt annorum quindecimmilia peracta cōtingit. Ergo ſicut ānus lunæ menſis eſt:& annus ſolis duodecim menſes:& aliarum ſtellarum hi ſūt

anni: quos ſupra rettulimus: ita mundanum annum quindecim milia annorum:quales nunc computamus efficiũt. Ille ergo uere annus uertens uocandus eſt:quem non ſolis.i. aſtri reditu metiuntur: ſed quem ſtellaꝝ omniũ in quocunq; cælo ſunt ad eundem locũ reditus ſub eadẽ cæli totius deſcriptione concludit. Vnde & mũdanus dicitur: quia mũdus proprie cælum uocatur. Igitur ſicut annum ſolis nõ ſolũ a kalẽdis ianuarii uſque ad eaſdem uocamus:ſed etiam a ſequente poſt kalendas die uſq; ad eundem diem:& a quocunq; cuiuſlibet menſis die uſq; in diẽ eundem reditus annus uocatur. Ita huius mundi anni initiũ ſibi quiſq; facit quodcũque decreuerit:ut ecce nunc Cicero a defectu ſolis qui ſub Romuli fine contigit:mundani anni principium ſibi ipſe conſtituit. Et licet iam ſæpiſſime poſtea defectus ſolis euenerit: nõ dicitur tamẽ mũdanum annum repetita defectio ſolis impleſſe: ſed tunc implebitur:cũ ſol deficiens in hiſdem locis & partibus & ipſe erit & omnes cæli ſtellas omniaq; ſydera rurſus inueniet:in quibus fuerãt cum ſub Romuli fine deficeret͛. Igitur a diſceſſu Romuli poſt annorum quindecĩ milia(ſicut aſſerunt phyſici)ſol denuo ita deficit: ut in eodem ſigno eademq; parte ſit ad idem principium:in quo ſub Romulo fuerat:ſtellis quoq; oĩbus ſigniſq; reuocatis. Peracti.n. fuerant cum Scipio in africa militaret a diſceſſu Romuli anni quingenti ſeptuaginta & tres. Anno.n. ab urbe condita ſexcenteſimo ſeptimo hic Scipio deleta carthagine triũphauit. Ex quo numero annis remotis trigĩta duobus regni Romuli:& duobus qui intra ſomnium & conſumatum bellum fuere quingenti ſeptuagintatres a diſceſſu Romuli ad ſomnium uſq; temanebunt. Ergo rationabiliter uereq; ſignauit: Nec dum mundani anni uiceſimam partem eſſe conuerſam. Nam uiceſimæ parti quot anni ſuperſint a fine Romuli ad africanam militiam Scipionis:quos diximus annos fuiſſe quingentos ſeptuaginta tres:quiſquis in digitos mittit inueniet. Tu uero enitere & ſic habeto te non eſſe mortalẽ:ſed copus hoc. Nec.n.tu is es quẽ forma iſta declarat: ſed mens cuiuſq; is eſt quiſque:non ea figura quæ digito demõſtrari poteſt. Deum te igitur ſcito eſſe ſiquidẽ eſt deus qui uiget: qui ſentit:q meminit:qui prouidet: q tam regit & moderatur & mouet id corpus:cui præpoſitus eſt:q̃ hunc mundum ille princeps deus. Et ut ille mundum quadã parte mortalẽ ipſe deus æternus:ſic fragile corpus animus ſempiternus mouet. Bene & ſapiẽter tullianus hic Scipio circa inſtitutionem nepotis ordinem recte docẽtis impleuit. Nã ut breuiter a principio omnẽ operis continentiam reuoluamus:primũ tempus eius mortis & imminẽtes propinquorũ prædixit inſidias:ut totũ de hac uita ſperare dediſceret:quã nõ diut͛nã cõperiſſet. Deinde ne metu prædictæ mortis frangeret͛: oſtẽdit ſapienti & bono ciui in ĩmortalitatẽ migrãdũ.



Cũque eum ultro ſpes iſta traxiſſet ad moriendi deſiderium: ſuccedit Pauli patris opportuna diſſuaſio accenſam filii feſtinationem ab appetitu ſpontaneæ mortis excludens. Plene igitur ĩ animo ſomniãtis utrĩq; plantata ſperandi expectandiq; temperie:altius iam circa diuina erigẽdũ nepotis animum Africanus ingreditur. Nec prius eũ terram patitur intueri: q̃ cæli ac ſyderum natura motũ ac modulamen agnoſcat: et hæc omnia ſciat premio ceſſura uirtutum. Ac poſtq̃ mens firmata Scipionis alacritate tantæ promiſſionis egreditur:tum demum gloria:quæ apud indoctos magnum uirtutis premium creditur:contemni iubetur:dum oſtenditur ex terrarum breuitate uel caſibus arcta locis anguſta temporibus. Africanus igitur pene exutus hominẽ & defæcata mente iã naturæ ſuæ capax hic apertius admonetur: ut eſſe ſe deum nouerit. Et hæc ſit præſentis operis conſũmatio:ut animam non ſolum ĩmortalẽ: ſed deũ eſſe clareſcat. Ille ergo qui fuerat iam poſt corpus ĩ diuinitatẽ receptus: dicturus uiro adhuc in hac uita poſito deum te ſcito eſſe: nõ prius tantam prærogatiuam committit homini:q̃ quid ſit ipſe diſcernat:ne extimetur hoc quoq; diuinum dici:quod mortale in nobis et caducum eſt. Et quia Tullio mos eſt profundam rerũ ſcientiam ſub breuitate tegere uerborum:nunc quoq; miro cõpendio tantum includit arcanum:quod Plotinus magis q̃ quiſq̃ uerborum parcus libro integro diſſeruit: cuius deſcriptio ẽ:Quid ẽ animal qd homo. In hoc ergo libro Plotinus quærit:cuius ſint in nobis uoluntates memores metuſq; ac deſideria & animoſitas uel dolores.poſtremo cogitationes & intellectus utrum meræ animæ:an uero animæ utentis corpore. Et poſt multa quæ ſub copioſa rerum denſitate diſſeruit:quæ nũc nobis ob hoc ſolum prætereũda ſũt: ne uſque ad faſtidii neceſſitatem uolumen extendant: hoc poſtremo pronunciat:animal eſſe corpus animatum. Sed nec hoc neglectũ ut nõ quæſitum relinquit: quo animæ beneficio quaue uia ſocietatis animet͛. Has ergo omnes quas prædiximus paſſiones aſſignat animali. Verum autẽ hominẽ ipſam animam eſſe teſtatur. Ergo qui uidetur non ipſe uerus homo eſt:ſed uerus ille eſt a quo regit͛ quod uidet͛. Sic cũ morte animalis diſceſſerit animatio:cadit corpus regente uiduatum. Et hoc eſt quod uidetur in homine mortale. Anima uero qui uerus homo eſt:ab omni conditione mortalitatis aliena eſt adeo: ut ad imitationem dei mundum regẽtis regat & ipſa corpus:dum a ſe animatur. Ideo phyſici mundum magnum hominem:& hominem breuẽ mundũ eſſe dixerũt. Per ſimilitudines igitur cæterarum prærogatiuarum quibus deum aĩa uidetur imitari:animum deũ & priſci philoſophorum & Tullius dixit. Quod autem ait mumdum quadam parte mortalem:ad communem opinionem reſpicit:qua mori aliqua inter mumdum uidentur: ut aĩal

anni: quos ſupra rettulimus: ita mundanum annum quindecim milia
annorum: quales nunc computamus efficiūt. Ille ergo uere annus uer-
tens uocandus eſt: quem non ſolis .i. aſtri reditu metiuntur: ſed quem
ſtellarum omniū in quocunq; cælo ſunt ad eundem locū reditus ſub eadē
cæli totius deſcriptione concludit. Vnde & mūdanus dicitur: quia mū-
dus proprie cælum uocatur. Igitur ſicut annum ſolis nō ſolū a kalēdis
ianuarii uſque ad eaſdem uocamus: ſed etiam a ſequente poſt kalendas
die uſq; ad eundem diem: & a quocunq; cuiuſlibet menſis die uſq; in diē
eundem reditus annus uocatur. Ita huius mundi anni initiū ſibi quiſq;
facit quodcūque decreuerit: ut ecce nunc Cicero a defectu ſolis qui ſub
Romuli fine contigit: mundani anni principium ſibi ipſe conſtituit. Et
licet iam ſæpiſſime poſtea defectus ſolis euenerit: nō dicitur tamē mū-
danum annum repetita defectio ſolis impleſſe: ſed tunc implebitur: cū
ſol deficiens in hiſdem locis & partibus & ipſe erit & omnes cæli ſtellas
omniaq; ſydera rurſus inueniet: in quibus fuerāt cum ſub Romuli fine
deficeret. Igitur a diſceſſu Romuli poſt annorum quindecī milia (ſicut
aſſerunt phyſici) ſol denuo ita deficit: ut in eodem ſigno eademq; parte
ſit ad idem principium: in quo ſub Romulo fuerat: ſtellis quoq; oībus
ſigniſq; reuocatis. Peracti .n. fuerant cum Scipio in africa militaret a
diſceſſu Romuli anni quingenti ſeptuaginta & tres. Anno .n. ab urbe
condita ſexcenteſimo ſeptimo hic Scipio deleta carthagine triūphauit.
Ex quo numero annis remotis trigīta duobus regni Romuli: & duobus
qui intra ſomnium & conſumatum bellum fuere quingenti ſeptuagin-
tatres a diſceſſu Romuli ad ſomnium uſq; remanebunt. Ergo rationa-
biliter uereq; ſignauit: Nec dum mundani anni uiceſimam partem eſſe
conuerſam. Nam uiceſimæ parti quot anni ſuperſint a fine Romuli ad
africanam militiam Scipionis: quos diximus annos fuiſſe quingentos
ſeptuaginta tres: quiſquis in digitos mittit inueniet. Tu uero enitere &
ſic habeto te non eſſe mortalē: ſed copus hoc. Nec .n. tu is es quē forma
iſta declarat: ſed mens cuiuſq; is eſt quiſque: non ea figura quæ digito
demōſtrari poteſt. Deum te igitur ſcito eſſe ſiquidē eſt deus qui uiget:
qui ſentit: q meminit: qui prouidet: q tam regit & moderatur & mouet
id corpus: cui præpoſitus eſt: q̄ hunc mundum ille princeps deus. Et ut
ille mundum quadā parte mortalē ipſe deus æternus: ſic fragile corpus
animus ſempiternus mouet. Bene & ſapiēter tullianus hic Scipio circa
inſtitutionem nepotis ordinem recte docētis impleuit. Nā ut breuiter
a principio omnē operis continentiam reuoluamus: primū tempus eius
mortis & imminētes propinquorū prædixit inſidias: ut totū de hac uita
ſperare dediſceret: quā nō diut̄nā cōperiſſet. Deinde ne metu prædictæ
mortis frangeret̄: oſtēdit ſapienti & bono ciui in īmortalitatē migrādū.



Cūque eum ultro ſpes iſta traxiſſet ad moriendi deſiderium: ſuccedit
Pauli patris opportuna diſſuaſio accenſam filii feſtinationem ab appe-
titu ſpontaneæ mortis excludens. Plene igitur ī animo ſomniātis utriq;
plantata ſperandi expectandiq; temperie: altius iam circa diuina erigēdū
nepotis animum Africanus ingreditur. Nec prius eū terram patitur in-
tueri: q̄ cæli ac ſyderum natura motū ac modulamen agnoſcat: et hæc
omnia ſciat premio ceſſura uirtutum. Ac poſtq̄ mens firmata Scipionis
alacritate tantæ promiſſionis egreditur: tum demum gloria: quæ apud
indoctos magnum uirtutis premium creditur: contemni iubetur: dum
oſtenditur ex terrarum breuitate uel caſibus arcta locis anguſta tempo-
ribus. Africanus igitur pene exutus hominē & defæcata mente iā naturæ
ſuæ capax hic apertius admonetur: ut eſſe ſe deum nouerit. Et hæc ſit
præſentis operis conſūmatio: ut animam non ſolum īmortalē: ſed deū
eſſe clareſcat. Ille ergo qui fuerat iam poſt corpus ī diuinitatē receptus:
dicturus uiro adhuc in hac uita poſito deum te ſcito eſſe: nō prius tan-
tam prærogatiuam committit homini: q̄ quid ſit ipſe diſcernat: ne exti-
metur hoc quoq; diuinum dici: quod mortale in nobis et caducum eſt.
Et quia Tullio mos eſt profundam rerū ſcientiam ſub breuitate tegere
uerborum: nunc quoq; miro cōpendio tantum includit arcanum: quod
Plotinus magis q̄ quiſq̄ uerborum parcus libro integro diſſeruit: cuius
deſcriptio ē: Quid ē animal qd homo. In hoc ergo libro Plotinus quæ-
rit: cuius ſint in nobis uoluntates memores metuſq; ac deſideria & ani-
moſitas uel dolores. poſtremo cogitationes & intellectus utrum meræ
animæ: an uero animæ utentis corpore. Et poſt multa quæ ſub copioſa
rerum denſitate diſſeruit: quæ nūc nobis ob hoc ſolum prætereūda ſūt:
ne uſque ad faſtidii neceſſitatem uolumen extendant: hoc poſtremo
pronunciat: animal eſſe corpus animatum. Sed nec hoc neglectū ut nō
quæſitum relinquit: quo animæ beneficio quaue uia ſocietatis animet̄.
Has ergo omnes quas prædiximus paſſiones aſſignat animali. Verum
autē hominē ipſam animam eſſe teſtatur. Ergo qui uidetur non ipſe
uerus homo eſt: ſed uerus ille eſt a quo regit̄ quod uidet̄. Sic cū morte
animalis diſceſſerit animatio: cadit corpus regente uiduatum. Et hoc eſt
quod uidetur in homine mortale. Anima uero qui uerus homo eſt: ab
omni conditione mortalitatis aliena eſt adeo: ut ad imitationem dei
mundum regētis regat & ipſa corpus: dum a ſe animatur. Ideo phyſici
mundum magnum hominem: & hominem breuē mundū eſſe dixerūt.
Per ſimilitudines igitur cæterarum prærogatiuarum quibus deum aīa
uidetur imitari: animum deū & priſci philoſophorum & Tullius dixit.
Quod autem ait mumdum quadam parte mortalem: ad communem
opinionem reſpicit: qua mori aliqua inter mumdum uidentur: ut aīal

exanimatum uel ignis extinctus uel ſiccatus humor. Hæc.n. omnino interiſſe creduntur. Sed cõſtat ſecundum ueræ rationis aſſertionẽ:quã & ipſe non neſcit:nec Virgilius ignorat dicendo: nec morti eſſe locum. Cõſtat inq̄ nihil intra uiuum mundum perire.ſ. eorum quæ ĩterire uidentur:ſolam mutari ſpeciem:& illud in originem ſuam atq; ĩ ipſa elementa remeare:quod tale q̄le fuit eſſe deſierit. Deniq; & Plotinus alio ĩ loco:cum de corporum aſſumptione diſſereret:& hoc diſſolui poſſe pronuntiaret:quicquid effluit obiecit ſibi. Cur ergo elementa quoꝝ fluxus ĩ aperto eſt:nõ ſimiliter aliquãdo ſoluũt̃. Et breuiter tantæ tobiectioni ualidæq; reſpondit. Ideo elementa licet fluant nunq̄ tamen ſolui:quia non foras effluunt. A cæteris.n. corporibus quod effluit recedit:elemẽtorum fluxus nunq̄ ab ipſis recedit elementis. Ergo in hoc mundo pars nulla mortalis eſt ſecundum ueræ rationis aſſerta. Sed ꝙ ait eum quadam parte mortalem:ad communem ut diximus opinionem paululũ inclinare ſe uoluit. In fine autẽ ualidiſſimũ ĩmortalitatis aïæ argumẽtũ ponit: quia ipſa corpori præſtat agitatum. Quod quale ſit:ex ipſis uerbis Ciceronis quæ ſequũtur ĩuenies. Nã quod ſemp mouet̃ æternũ eſt: quod autẽ motum affert alicui quodq; ipſum agitatur alicunde:quãdo finem habet motus:uiuendi finem habeat neceſſe eſt. Solum igit̃ quod ſe ipſum mouet:quia deſeritur a ſe:nunq̄ ne moueri quidẽ deſinit. quĩ etiam cæteris quæ mouentur:hic fons hoc principium eſt mouẽdi. Prĩcipii autem nulla eſt origo. Nã e principio oriuntur omnia: ipſũ autẽ nulla ex re alia naſci poteſt. Nec.n.id eſſet principium quod gigneret̃ aliunde. Quod ſi non oritur: nec occidit quidẽ unq̄. Nã principiũ extinctum nec ipſum ab alio naſcitur:nec ex ſe aliud creabit. Si quidẽ neceſſe eſt a principio oriri omnia:ita fit ut motus principiũ ex eo ſit quod ipſum a ſe mouetur. Id autẽ nec naſci põt nec oriri : uel concidat omne cælum omniſq; natura: cõſiſtat neceſſe eſt : nec uim ullam nanciſcatur quia primo impulſu moueatur. Cum pateat igitur æternum id eſſe quod ipſum ſe moueat:quis eſt qui hanc naturam aĩs eſſe tributã neget.̃ In animo eſt enim omne quod pulſu agitatur æterno. Quod autẽ eſt anima: id motu cietur interioꝝ & ſuo. Nam hoc eſt proprie natura animi atq; uis.quæ ſi eſt una ex omnibus quæ ſe ipſa moueat:neq; nata certe eſt & æterna eſt. Omnis hic locus de Phedrone Platonis ad uerbũ a Cicerone tranſlatus eſt:in quo ualidiſſimis argumentis animæ ĩmortalitas aſſeritur. Et hæc eſt argumentorum ſũma:eſſe animam mortis ĩmunem:quoniam ex ſe mouetur. Sciendum eſt autem ꝙ duobus modis ĩmortalitas ĩtelligitur. Aut.n.ideo eſt ĩmortale quid:quia per ſe nõ eſt capax mortis:aut quia procuratione alterius a morte defenditur. Ex his prior modus ad animæ: ſecundus ad mundi ĩmortalitatẽ refertur.

Illa.n.ſuapte natura a conditione mortis aliena eſt. Mundus uero aïæ beneficio in hac uitæ perpetuitate retinet̃. Rurſus ſẽper moueri dupliciter accipitur. Hoc.n.accipitur & de eo quod ex quo eſt ſẽper mouet̃: & de eo quod ex quo eſt ſemper & mouetur. Et ſecundus modus eſt: quo animam dicimus ſemper moueri. His præmiſſis iam quibus ſylogiſmis de immortalitate animæ diuerſi ſectatores Platonis ratiocinant̃ oportet aperiri. Sunt.n.qui per gradus ſylogiſmorum ad unum finem probationis euadant:certam ſibi propoſitionem ſequẽtis ex antecedẽtis concluſione faciẽtes:apud quos hic prior eſt. Anima ex ſe mouet̃. q̄cq̄d autem ex ſe mouetur:ſemper mouetur. igitur anima ſemper mouetur. Secũdus ita qui naſcitur ex prioris fine. Anima ſemper mouetur.q̄cq̄d autem ſemper mouetur:ĩmortale eſt.igitur anima ĩmortalis eſt. Et ita in duobus ſylogiſmis duæ res probantur .i. & ſemper moueri animam ut in priore:& eſſe ĩmortalem ut colligitur de ſecundo. Alii uero uſque ad tertium gradum ita argumentando procedunt. Anima ex ſe mouet̃. quod autem ex ſe mouetur:principium motus eſt.igitur anima principiũ motus eſt. Rurſus ex hac concluſione naſcitur propoſitio. Anima principium motus eſt.quod autem principium motus eſt:natum non eſt.igit̃ anima nata nõ eſt. Tertio loco. Anima nata non eſt.quod natũ non eſt:ĩmortale eſt.igitur anima immortalis eſt. Alii uero omnem ratiocinationem ſuam in unius ſylogiſmi compendium redigere. Anima ex ſe mouetur.quod ex ſe mouetur principium motus eſt. quod autem principium motus eſt:natum non eſt.quod natum non eſt:immortale eſt.igitur anima ĩmortalis eſt. Sed harum omniũ ratiocinationũ apud eum poteſt poſtrema concluſio de animæ immortalitate conſtare : qui primam propoſitionem.i.ex ſe moueri animam non refellit. Hac.n.in fide non recepta debilia fiunt omnia quæ ſequuntur. Sed huic ſtoicoꝝ quidẽ accedit aſſenſio. Ariſtotiles uero adeo non acquieſcit:ut animam non ſolum ex ſe nõ moueri:ſed ne moueri quidẽ penitus conetur aſſerere. Ita.n.calidis argumentationibus aſtruit nihil ex ſe moueri: ut etiã ſiquid hoc facere concedat:animam tamen hoc non eſſe confirmet. Si .n.anima inquit principium motus eſt:doceo non poſſe principiũ motus moueri. Et ita diuiſionem ſuæ artis ingreditur:ut primum doceat ĩ rerum natura eſſe aliquid immobile : deinde hoc eſſe animam tentet oſtendere. Neceſſe eſt ĩquit: aut omnia quæ ſũt immobilia eſſe:aut oĩa moueri:aut aliqua ex his moueri: aliqua nõ moueri. Item ſi damus ait & motum: & quietem neceſſe eſt: aut alia ſemper moueri & alia nunq̄ moueri: aut omnia ſimul nunc quieſcere nũc moueri. De his inquit q̄d magis uerum ſit requiramus. Non eſſe omnia ĩmobilia aſpectus ipſe teſtimonio eſt:quia ſunt quorum motum uidemus. Rurſus nõ moueri

omnia uiſus docet: quo immota cognoſcimus. Sed nec omnia dicere
poſſumus modo motum pati modo eſſe ſine motu:quia ſunt quorum
perpetuum motũ uidemus:ut de cæleſtibus nulla dubitatio eſt. Reſtat
igitur ait:ut ſicut aliqua ſemper mouentur:ita ſit aliquid ſẽper ĩmobile.
Ex illis ut collectũ ſit eſſe aliquid ĩmobile:nullus obuiat uel refellit. Nã
& uera diuiſio eſt:& ſectæ platonicæ non repugnat. Neq;.n. ſiquid eſt
immobile: ſequit̃ ut hoc ſit anima. Nec q dicit animam ex ſe moueri:
iam moueri uniuerſa cõfirmat:ſed modum aſtruit:quo anima mouet̃.
Siquid uero eſt aliud immobile:nihil ad hoc quod de anima aſtruit̃ pti-
nebit. Quod & ipſe Ariſtoteles uidẽs poſtq̃ docuit eſſe aliquid ĩmobile:
hoc eſſe animam uult dicere:& incipit aſſerere nihil eſſe quod ex ſe mo-
ueri poſſit:ſed omnia quæ mouentur ab alio moueri. Quod ſi uere ꝓ-
baſſet: nihil ad patrociniũ platonicæ ſectæ reliqueretur. Quẽadmodũ
.n.credi poſſet ex ſe moueri animam:ſi conſtaret nihil eſſe quod ex ſe
poſſit moueri? In hac autem ariſtotelica argumẽtatione huiuſmodi di-
uiſionis ordo contexitur. Ex omnibus quæ mouentur inquit:alia per ſe
mouentur:alia ex accidenti. Et ex accidenti inquit mouentur:quæ cum
ipſa non moueantur:in eo tamen ſunt quod mouetur: ut in naui ſar-
cina ſeu uector quieſcens. Aut etiã cum pars mouetur quieſcente ĩte-
gritate: ut ſiquis ſtans pedem manumue uel caput agitet. Per ſe autẽ
mouetur: quod neq; ex accidenti neq; ex parte ſed & totum ſimul mo-
uetur:ut cum ad ſuperiora ignis aſcẽdit. Et de his quidẽ quæ ex accidẽti
mouent̃: nulla dubitatio eſt quin ab alio moueantur. Probabo autem
inquit etiã ea quæ ex ſe mouentur ab alio moueri. Ex oĩbus.n.ait quæ
per ſe mouentur:aliam cauſam motus intra ſe poſſidẽt: ut animalia ut
arbores:quæ ſine dubio ab alio intelliguntur moueri:a cauſa ſilicet quæ
in ipſis latet. Nã cauſam motus ab eo quod mouetur ratio ſequeſtrat.
Alia uero aperte ab alio mouentur .i. aut ui aut natura. Et ui dicimus
moueri omne iaculum: quod cũ de manu iaculantis receſſit: ſuo quidẽ
motu ferri uidetur:ſed origo motus ad uim refertur. Sic.n. nõnunq̃ &
terram ſurſum & ignem deorſum ferri uidemus:quod alienus ſine du-
bio cogit impulſus. Natura uero mouentur uel grauia cũ per ſe deorſũ
uel leuia cum ſurſum feruntur. Sed & hoc dicẽdum eſt ab alio moueri:
licet a quo habeatur incertum. Ratio.n.ait deprehẽdit eſſe neſcio quid
quod hæc moueat. Nam ſi ſponte mouerentur:ſponte etiã ſtarẽt. Sed
nec unam uiam ſemper agerent:ĩmo per diuerſa mouerentur: ſi ſpõta-
neo ferrẽtur agitatu. Cum uero hoc facere non poſſint:ſed leuibus ſẽp
aſcenſus & deſcenſus grauibus deputatus ſit:apparet eorum motũ ad
certam & conſtitutam naturæ neceſſitatem referri. Hæc ſunt & his ſi-
milia quibus Ariſtoteles omne quod mouetur:ab alio moueri probaſſe

ſe credidit. Sed platonici:ut paulo poſt demõſtrabitur:argumenta hæc
arguta magis q̃ uera eſſe docuere. Nunc ſequens eiuſdem iungenda di-
uiſio eſt:qua non poſſe animam ex ſe moueri:etiam ſi hoc alia res face-
re poſſet:laborat oſtendere. Et huius rei primam propoſitionem ab illis
mutuatur:quæ ſibi extimat cõſtitiſſe. Sic.n.ait. Cũ igitur omne quod
mouetur conſtet ab alio moueri:ſine dubio id quod primum mouet:qa
nõ ab alio mouetur(neq;.n.haberetur iam primum ſi ab alio moueret̃)
neceſſe eſt inquit:ut aut ſtare dicatur:aut ſe ipſã mouere. Nã ſi moueri
ab alio dicatur: illud quoq; quod eum mouet dicetur ab alio moueri:&
illud rurſus ab alio in infinitum inquiſitio iſta caſura eſt: nunq̃ exordia
prima reperiens:ſi ſemper aliud ea quæ putaueris prĩa præcedit. Reſtat
igitur inquit:ut ſi quod primũ mouet non dicatur ſtare:ipſũ ſe mouere
dicatur:& ſic erit in uno eodẽq; aliud quod mouet: aliud quod mouet̃.
Siquidem in omni ait motu tria hæc ſint neceſſe eſt:id quod mouet: &
quo mouet: & quod mouet̃. Ex his tribus quod mouet̃: tantũ mouet̃:
nõ etiã mouet:cũ illud quo fit motus:& moueat̃ & moueat. Illud uero
quod mouet nõ etiam mouetur:ut ex tribus cõmune ſit quod medium:
duo uero ſibi contraria intelligantur. Nam ſicut eſt quod mouetur &
non mouet:ita eſt inquit quod mouet & non mouetur. Propter quod
diximus:quia cũ omne quod mouetur ab alio moueatur:ſiquid mouet
& ipſum mouetur:quæremus ſemper motus eius:nec unq̃ inueniemus
exordium. Deinde ſiquid ſe mouere dicatur: neceſſe eſt inquit:ut aut
totum a toto:aut partem a parte:aut partem a toto: aut totum a parte
exiſtimemus moueri. Et tamẽ motus ille ſeu a toto ſeu a parte ꝓcedat:
alterum ſui poſtulabit auctorem. Ex his omnibus in unum ariſtotelica
ratiocinatio tota colligitur hoc modo. Omne quod mouet̃ ab alio mo-
uetur.quod igitur primũ mouet: aut ſtat: aut ab alio & ipſum mouet̃.
Sed ſi ab alio iam nõ poteſt hoc primun uocari:& ſemper quid primũ
moueat requiremus: reſtat ut ſtare dicatur. Stat igitur quod primum
mouet. Cõtra Platonem ergo:qui dicit animam motus eſſe principiũ:
in hunc modum cõponitur ſylogiſmus. Anima principiũ motus ẽ.prĩ-
cipium autem motus non mouetur.igitur anima non mouetur. Et hoc
eſt quod primo loco uiolẽter obiecit. Nec eo uſq; perſuadere contentus
animam non moueri: aliis quoq; rationibus non minus uiolentis per-
urget. Nullum inquit initium idem poteſt eſſe ei cuius eſt initiũ. Nã
apud geometras principiũ lineæ punctum dicitur eſſe nõ linea. Apud
arithmeticos principium numeri non eſt numerus. Item cauſa naſcẽdi
ipſa non naſcitur:& ipſa ergo motus cauſa ut initium non moueatur.
Ergo anima quæ initium motus eſt:nõ mouetur. Additur hoc quoq;.
Nunq̃ inquit fieri poteſt:ut circa unam eandemq; rem uno eodemque

tempore contrarietates ad unum idemq; pertinentes eueniant. Scimus autem quia mouere facere eſt:& moueri pati eſt. Ei igitur quod ſe mouet ſimul euenient duo ſibi contraria & facere & pati.quod impoſſibile eſt. Anima igitur non poteſt ſe mouere. Item dicit: Si animæ eſſentia motus eſſet: nũq̃ quieſceret a motu. Nihil eſt.n.quod recipiat eſſentiæ ſuæ contrarietatem. Nam ignis nunq̃ frigidus erit:nec nix unq̃ ſponte caleſcet. Anima autem nonnunq̃ a motu ceſſat. Nõ.n. ſemper corpus uidemus agitari. Nõ igitur animæ eſſentia motus eſt:cuius cõtrarietatẽ receptat. Ait etiã: Aĩa ſi aliis cauſa motus eſt:ipſa ſibi cauſa motus eſſe nõ poterit. Nihil eſt.n.inquit quod eiuſdem rei ſibi cauſa ſit: cuius eſt alii:ut medicus ut exercitator corporum ſanitatem uel ualentiam quã ille ægris hic luctatoribus præſtat:non utiq; ex hoc etiam ſibi præſtant. Itẽ dicit: Omnis motus ad exercitium ſui inſtrumento eget: ut ſigulaꝝ artium uſus docet. Ergo uidendum ne & animæ ad ſe mouendum inſtrumento opus ſit. Quod ſi ĩpoſſibile iudicatur:& illud ĩpoſſibile erit: ut anima ipſa ſe moueat. Item dicit: Si mouet᷑ anima: ſine dubio cum reliquis motibus & de loco in locũ mouetur. Quod ſi eſt:modo corpus ingreditur:modo rurſus egreditur: & hoc frequenter exercet. Sed hoc uidemus fieri non poſſe. Nõ igitur anima mouetur. His quoq; addit: Si anima ſe mouet:neceſſe eſt ut aliquo motus genere ſe moueat. Ergo aut in loco ſe mouet:aut ſe ipſam pariendo ſe mouet:aut ſe ipſam conſumendo: aut ſe augẽdo: aut ſe minuendo. Hæc ſunt.n.inquit motus genera. Hæc autẽ ſingula quẽadmodum poſſunt fieri requiramus. Si ĩ loco ſe mouet:aut in rectam lineam ſe mouet aut ſpærico motu in orbẽ rotatus. Sed recta linea infinita nulla eſt. Nã quæcunq; in natura ĩtelligatur linea:quocunq; fine ſine dubio terminatur. Si ergo per lineam terminatam anima ſe mouet: non ſemper mouetur. Nã cum ad finem uenerit:& inde rurſus in exordium reditur:neceſſe eſt interſtitiũ motus fieri in ipſa permutatione redeundi. Sed nec in orbem rotari poteſt: qa omnis ſpæra circa aliquid immobile quod centron uocamus mouetur. Si ergo & anima ſic mouetur:aut intra ſe habeat quod immobile eſt: & ita fit ut non tota moueatur. Aut ſi nõ intra ſe habet:ſequitur aliud nõ minus abſurdum: ut centron foris ſit:quod eſſe non poterit. Conſtat ergo ex his ait:quod in loco ſe nõ moueat. Sed ſi ipſa ſe parit: ſequitur ut eandem & eſſe & non eſſe dicamus. Si uero ſe ipſa conſumit:nõ erit ĩmortalis. Quod ſi ſe aut auget aut minuit eadem ſimul & maior ſe & minor reperiet᷑. Ex his talẽ colligit ſylogiſmũ. Si aĩa ſe mouet: aliquo motus genere ſe mouet. Nullum autem motus genus quo ſe moueat inuenitur. Non ſe igitur mouet. Contra has tam ſubtiles & argutas & ueriſimiles argumẽtationes accingendũ ẽ ſecundũ ſectatores Platonis: qui inceptum quo Ariſtoteles tam ueram tãq; ualidam diffinitionem magiſtri ſauciare tentauerat:ſubruerunt. Neque uero tam ĩmemor mei aut ita aĩatus ſum:ut ex ingenio meo uel Ariſtoteli reſiſtam: uel adſim Platoni: ſed ut quiſq; magnorũ uirorũ: qui ſe platonicos dici gloriabuntur:aut ſingula aut bina defenſa ad oſtentationem ſuorum operũ reliquerunt:collecta hæc in unum continuæ defenſionis corpus coaceruaui:adiecto ſiquid poſt illos aut ſentire fas erat:aut audire ĩ intellectũ licebat. Et quia duo ſunt quæ aſſerere conatus eſt. Vnum ꝙ dicit nihil eſſe quod ex ſe moueatur:alterum quo animam hoc eſſe non poſſit cõfirmat. Vtriq; reſiſtendũ eſt:ut & conſtet poſſe aliquid ex ſe moueri:& animam hoc eſſe clareſcat. In primis igitur illius diuiſionis oportet nos cauere præſtigias:in qua enumerans aliqua quæ ex ſe mouẽtur: & oſtẽdens illa quoq; ab alio moueri.i. a cauſa interius latente uidet᷑ ſibi probaſſe omnia quæ mouentur:etiam ſi ex ſe moueri dicantur:ab alio tamẽ moueri. Huius.n.rei pars uera eſt:ſed eſt falſa cõcluſio. Nam eſſe aliq̃ quæ cum ex ſe moueri uideantur:ab alio tamen conſtet moueri:nec nos diffitemur:non tamen omnia quæ ex ſe mouentur hoc ſuſtinent:ut ab alio ea moueri neceſſe ſit. Plato.n.cum dicit animam ex ſe moueri.i.cũ ἀυτοκίνητόν uocat:non uult eam inter illa numerari:quæ ex ſe quidem uidentur moueri:ſed a cauſa quæ intra ſe latet mouentur:ut mouentur animalia auctore quidem alio ſed occulto: nã ab anima mouent᷑: Aut ut mouentur arbores: quarum &ſi non uidetur agitator:a natura tamẽ eas interius latente cõſtat agitari. Sed Plato ita dicit animam ex ſe moueri:ut non aliam cauſam uel extrinſecus accidentẽ uel interius latentẽ huius motus dicat auctorem. Hoc quemadmodũ accipiendum ſit:inſtruemus. Ignem calidum uocamus: ſed et ferrum calidum dicimus:& niuem frigidam & ſaxum frigidũ nuncupamus: mel dulce:ſed & mulſum dulce uocitamus. Horum tamen ſingula de diuerſis diuerſa ſignificant. Aliter.n. de igne aliter de ferro calidi nomen accipiemus: quia ignis per ſe calet:non ab alio fit calidus. Contra ferrum non niſi ex alio caleſcit. Vt nix frigida ut mel dulce ſit non aliũde cõtingit. Saxo tamẽ frigus uel mulſo dulcedo a niue uel melle proueniunt. Sic & ſtare & moueri tam de his dicitur: quæ ab ſe uel ſtant uel mouentur: q̃ de illis quæ uel ſiſtuntur uel agitantur ex alio. Sed quibus moueri ab alio uel ſtare contingit:hæc & ſtare deſinunt et moueri. Quibus autem idem ẽ & eſſe & moueri:nunq̃ a motu ceſſant: quia ſine eſſentia ſua eſſe non poſſunt. Sicut ferrum ammittit calorem: ignis uero calere nõ deſinit. Ab ſe ergo mouetur anima:licet & animalia uel arbores per ſe uideãtur moueri. Sed illis q̃uis interius latens alia tamen cauſa.i.anima uel natura motum miniſtrat: ideo & ãmittunt hoc quod aliunde ſumpeſre.

Aĩa uero ita per ſe mouetur:ut ignis per ſe calet nulla aduentitia cauſa
uel illum calefaciente uel hanc mouente. Nam cum ignem calidũ dici-
mus: nõ duo diuerſa concipimus:unum quod calefacit:alterum quod
caleſit:ſed totũ calidũ ſecũdũ ſuã naturã uocamus. Cũ niuẽ frigidã cũ
mel dulce appellamus:nõ aliud quod hãc qualitatem præſtat:aliud cui
præſtat̃ accipimus. Ita et cũ animã per ſe moueri dicimus:non gemina
conſideratio ſeq̃tur mouentis & moti: ſed in ipſo motu eſſentiam eius
agnoſcimus:quia quod eſt in igne nomen calidi in niue uocabulum fri/
gidi appellatio dulcis in melle: hoc neceſſe ẽ de aĩa ἀυτοκίνητον nomẽ
intelligi : quod latina conuerſio ſignificat per ſe moueri. Nec te confũ/
dat quod moueri paſſiuum uerbum eſt. Nec ſicut ſecari cũ dicitur duo
pariter cõſiderãtur : quod ſecat & quod ſecat̃. Itẽ cũ teneri dicitur duo
ĩtelliguntur: quod tenet & quod tenetur. Ita hic in moueri duarũ rerũ
ſignificationem putes:quæ mouet & quæ mouetur. Nam ſecari quidẽ
& teneri paſſio eſt:ideo conſideratione & facientis & patiẽtis amplectit̃.
Moueri autem cum de his quidẽ dicitur: quæ ab alio mouentur : utrãq;
cõſiderationem ſimiliter repræſẽtat. De eo autẽ quod ita per ſe mouet̃:
ut ſit ἀυτοκίνητον cum moueri dicitur: quia ex ſe nõ ex alio mouetur:
nulla poteſt ſuſpicio paſſionis intelligi. Nã & ſtare licet paſſiuũ uerbũ
non eſſe uideat̃: cum de eo tamen dicit̃ quod ſtat alio ſiſtente: ut ſtant
terræ defixæ haſtæ:ſignificat paſſionẽ. Sic & moueri licet paſſiuũ ſonet:
quando tamen nihil ineſt faciens:patiens ineſſe non poterit. Et ut ab/
ſolutius liqueat non uerborum ſed rerum intellectu paſſionẽ ſignifi/
cari:ecce ignis cum fertur ad ſuperna nihil patitur:cum deorſum fertur
ſine dubio patitur:quia hoc non alio ĩpellẽte non ſuſtinet. Et cũ unũ
idemq; uerbum proferatur : paſſionẽ tamen modo ineſſe modo abeſſe
dicimus. Ergo & moueri idem ĩ ſignificatione eſt: quod calere. Et cum
calere ferrum dicimus uel ſtilum moueri: quia utriq; aliunde peruenit:
paſſionem eſſe fatemur. Cum uero aut ignis calere aut moueri anima
dicetur:quia illius in calore & in motu huius eſſentia ẽ:nullus hic locus
relinquit̃ paſſioni:ſed ille ſic calere ſicut moueri iſta dicetur. Hoc loco
Ariſtoteles argutam de uerbis calumniam ſartiens Platonem quoque
ipſum duo.i.quod mouet:& quod mouetur ſignificaſſe contendit dicẽ/
do. Solum igitut quod ſe ipſum mouet:quia nunq̃ deſeritur a ſe: nũq̃
ne moueri quidem deſinit. Et aperte illum duo expreſſiſſe proclamat
his uerbis:quod mouet & mouetur. Sed uidetur mihi uir tantus nihil
ignorare potuiſſe:ſed in exercitio argutiarum talium conueniẽtem ſibi
operam ſponte luſiſſe. Cæterum quis nõ aduertat:cum quid dicitur ſe
ipſũ mouere nõ duo ĩ telligenda? ſicut & cũ dicit̃ ἑαυτοντιμωρούμενος
.i. ſe punines:non alter qui punit:alter qui punitur? Et cum ſe perdere:
ſe ĩuoluere:ſe liberare quis dicitur:non neceſſe eſt unum facientẽ:alterũ
ſubeſſe patientem. Sed hoc ſolũ intellectu huius elocutionis exprimit̃:
ut q ſe punit:aut qui ſe liberat:nõ ab alio hoc accepiſſe:ſed ipſe ſibi aut
intuliſſe aut præſtitiſſe dicatur. Sic & de ἀυτοκινητόν cũ dicit̃ ſe ipſũ
mouet:ad hoc dicitur ut extimationem alterius mouentis excludat:quã
uolens Plato de cogitatione legẽtis eximere: his quæ præmiſit expreſſit.
Nam quod ſemper ait mouetur:æternum eſt.quod autem motũ affert
alicui: quodque ipſum mouetur aliunde: quãdo finẽ habet motus: ui/
uendi finem habeat neceſſe eſt. Quid his uerbis inuenitur expreſſius?
clara ſignificatione teſtantibus non aliunde moueri quod ſe ipſum mo/
uet ? cum animam ob hoc dicat æternam : quia ſeipſam mouet & non
mouetur aliunde. Ergo ſe mouere hoc ſolum ſignificat: nõ ab alio mo/
ueri. Nec putes quod idem moueat idemq; moueatur:ſed moueri ſine
alio mouente ſe:mouere eſt. Aperte ergo conſtitit:quia non omne quod
mouetur:ab alio mouetur. Ergo ἀυτοκίνητον poteſt nõ ab alio moueri.
Sed ne a ſe quidẽ mouetur: ut ĩ ipſo aliud ſit quod mouet: aliud quod
mouetur. Nec ex toto nec ex parte:ut ille proponit:ſed ob hoc ſolum ſe
ipſum mouere dicitur:ut ab alio moueri extimetur. Sed & illa de moti/
bus ariſtotelica diuiſio quã ſupra rettulimus: ſurripienti magis apta eſt
q̃ probanti. In qua ait: Sicut eſt quod mouetur & nõ mouet:ita ẽ quod
mouet & non mouetur. Conſtat.n.ꝙ omne quicquid mouetur mouet
alia: uti dicitur aut gubernaculum nauem aut nauis circũfuſũ ſibi aerẽ
uel undas mouere. Quid autem eſt quod nõ poſſit aliud dũ ipſũ mo/
uetur impellere? Ergo ſi uerum non eſt:ea quæ mouentur alia non mo/
uere:non conſtat illud:ut aliquid quod moueat nec tamen moueat̃ in/
uenias. Illa igitur magis probanda eſt in decimo de legibus a Platone
motuũ prolata diuiſio. Omnis motus inquit: aut ſe mouet & alia:aut
ab alio mouetur & alia mouet. Et prior ad animã:ad omnia uero cor/
pora ſecundus refertur. Hi ergo duo motus differentia ſeparantur: &
ſocietate iunguntur. Commune hoc habent:ꝙ & prior & ſecũdus mo/
uent alia. Hoc autem differunt:ꝙ ille a ſe hic ab alio mouetur. Ex his
omnibus quæ eruta de platonicorum ſenſuum fœcũditate collegimus:
conſtitit non eſſe uerũ:omnia quæ mouentur ab alio moueri. Ergo nec
principium motus ad deprecandam alterius mouentis neceſſitatẽ ſtare
dicetur : quia poteſt ſeipſum ut diximus mouere alio non mouente.
Eneruatus eſt igitur ſylogiſmus quem præmiſſa uaria & multiplici di/
uiſione collegerat. Id ẽ: Aĩa principiũ motus eſt.principiũ autẽ motus
non mouetur.igit̃ anima non mouetur. Reſtat ut quia conſtitit poſſe
aliquid per ſe moueri:alio non mouente:animã hoc eſſe doceat̃. Quod
facile docebit̃:ſi de manifeſtis et indubitabilibus argumenta ſumamus.

Homini motum aut anima præſtat:aut corpus:aut de utroq; pmixtio. Et quia tria ſunt de quibus inqſitio iſta ꝓcedit: cũ neq; a corpore neq; a pmixtione præſtari hoc poſſe cõſtiterit:reſtat ut ab aĩa moueri hominẽ nulla dubitatio ſit. Nunc de ſingulis ac primum de corpore loquamur. Nullũ ĩanimum corpus ſuo motu moueri manifeſtius eſt: q̃ ut aſſerẽdũ ſit. Nihil eſt autem quod dum ĩmobile ſit:aliud poſſit mouere. Igit̃ corpus hominem non mouet. Videndũ ne forte animæ & corporis ipſa permixtio hunc ſibi motum miniſtrent. Sed quia cõſtat motũ corpori non eſſe:ſi nec animæ ineſt. Ex duabus rebus motu carentibus nullus motus efficit̃. Sicut nec ex duabus dulcibus amaritudo:nec ex duabus amaris dulcedo proueĩet. Nec ex gemino frigore calor:aut frigus ex gemino calore naſcetur. Omnis.n.qualitas geminata creſcit:nunq̃ ex duplicatis ſimilibus cõtrarietas emergit. Ergo nec ex duabus immobilibus motus erit. Hominem igitur permixtio non mouebit. Hinc ĩexpugnabilis ſylogiſmus ex confeſſarum rerum ĩdubitabili luce colligit̃. Animal mouetur. Motũ autem animali aut anima præſtat:aut corpus:aut ex utroq; permixtio. Sed neq; corpus neq; permixtio motũ præſtat. Igit̃ anima motum præſtat. Ex his apparet animam initium motus eſſe. Initium autem motus tractatus ſuperior docuit per ſe moueri. Animã ergo ἀυτοκινητὸν eſſe.i.per ſe moueri:nulla dubitatio eſt. Hic ille rurſus obloquitur: & alia de initiis diſputatione confligit. Eadem .n. hic ſoluendo repetemus: quæ ſupra in ordinem obiecta digeſſimus. Non poſſunt inquit eadem initiis ſuis eſſe quæ inde naſcuntur:& ideo anima quæ initium motus ẽ non moueri:ne idem ſit initium & quod de initio naſcitur.i.ne motus ex motu ꝓceſſiſſe uideatur. Ad hæc facilis & abſoluta reſponſio eſt:quia ut principia & hæc quæ de principiis prodeunt ĩ aliquo nonnunq̃ inter ſe differre fateamur. Nũq̃ tamen ita ſibi poſſũt eſſe contraria:ut aduerſa ſunt ſibi ſtare & moueri. Nam ſi albi initium nigrum uocaretur: & ſiccum eſſet humoris exordium:bonũ de malo ex amaro initio dulce ꝓcederet. Sed nõ ita eſt: qa uſq; ad contrarietatem initia & ſequentia diſſidere natura non patitur. Inuenitur tamen inter ipſa nonnunq̃ talis differentia: qualis inter ſe origini progreſſionique cõueniat:ut eſt hic quoq; inter motũ quo mouetur anima:& quo mouet cætera. Nõ.n.animam Plato ſimpliciter motum dixit:ſed motum ſe mouentem. Inter motum ergo ſe mouentem:& motum quo mouet cætera:quid interſit in aperto eſt. Siquidẽ ille ſine auctore eſt:hic aliis motus auctor ẽ. Cõſtitit ergo neq; adeo poſſe initia ac de initiis ꝓcreata differre ut cõtraria ſibi ſint:nec tamẽ hic moderatã differentiã defuiſſe. Non igitur ſtabit principium motus:quod ille artifici concluſione collegit. His tertia(ut meminimus)ſucceſſit obiectio: Vni rei cõtraria ſiul



accidere non poſſe: ut quia contraria ſibi ſunt mouere & moueri: non poſſe anima ſe mouere:ni eadem & moueatur & moueat. Sed hoc ſuperius aſſerta diſſoluunt. Siquidẽ conſtitit in animæ motu duo nõ intelligenda: quod moueat & quod moueatur: quia nihil aliud eſt ab ſe moueri q̃ moueri alio non mouente. Nulla eſt cõtrarietas:ubi quod fit unum eſt:quia fit non ab alio circa alium. quippe cum ipſe motus aĩæ ſit eſſentia. Ex hoc ei ut ſupra rettulimus nata eſt occaſio quarta certaminis. Si animæ eſſẽtia motus eſt inquit: cur interdum quieſcit? cum nulla alia res contrarietatem propriæ admittat eſſentiæ? Ignis cuius eſſẽtiæ calor ineſt: calere non deſinit. Et quia frigidum niuis in eſſẽtia eius eſt:non niſi ſemper eſt frigida. Et anima igitur eadem ratione nunq̃ a motu ceſſare deberet. Sed dicat uelim quando ceſſare animã ſuſpicat̃? Si mouendo ſe inquit: moueat & corpus neceſſe eſt: utiq; quando non moueri corpus uideamus: animam quoq; intelligamus non moueri. Contra hoc in promptu eſt gemina defenſio. Primum quia non in hoc deprehenditur motus animæ: ſi corpus agitetur. Nam & cũ nulla pars corporis moueri uidetur in homine: tamẽ ipſa cogitatio aut in quocũq; animali auditus uiſus odoratus & ſimilia: ſed & inquiete ipſa ſperata ſomniare: omnia hæc motus animæ ſunt. Deinde quis ipſum corpus dicat ĩmobile? etiam dum non uidetur agitari:cum incrementa mẽbroꝝ aut ſi iam creſcendi ætas & tempus exceſſit:cum ſaltus cordis ceſſatiõis impatiens:cum cibi ordinata digeries naturali diſpẽſatione inter uenas & uiſcera ſuccum miniſtrans:cum ipſa collectio fluentorum perpetuũ corporis teſtetur agitatũ. Et aĩa igitur æterno & ſuo motu:ſed & corpus q̃diu ab initio & cauſa motus animatur:ſemper mouetur. Hinc eidem fomes quintæ ortus eſt quæſtionis. Si anima inquit aliis cauſa eſt motus:ipſa ſibi cauſa motus eſſe non poterit:quia nihil eſt quod eiuſdem rei ſibi & aliis cauſa ſit. Ego uero licet facile poſſim ꝓbare plurima eſſe quæ eiuſdem rei & ſibi & aliis cauſa ſint:ne tamen ſtudio uidear oĩbus quæ aſſerit obuiare: hoc uerum eſſe cõcedam: quod & pro uero habitũ ad aſſerendum motum animæ nõ nocebit. Et.n.animam initiũ motus & cauſam uocamus: de cauſa poſt uidebimus. Interim conſtat omne initium ineſſe rei cuius eſt initium: & ideo quicquid in quancunq; rem ab initio ſuo proficiſcitur:hoc in ipſo initio reperitur. Sic initiũ caloris non poteſt non calere. Ignem ipſum de quo calor in alia tranſit: quis neget calidum? Sed ignis inquit non ſe ipſe calefacit:quia natura totus eſt calidus. Teneo quod uolebam. Nam nec anima ita ſe mouet ut ſit inter motum mouentemque diſcretio:ſed tota ita ſuo motu mouetur: ut nihil poſſis ſperare quod moueat. Hæc de initio dicta ſufficient. De cauſa uero:quoniam ſpontanea conuenientia conceſſimus:ne qd eiuſdẽ

rei & ſibi & aliis cauſa ſit: libēter acquieſcimus: ne anima quæ aliis cauſa
motus eſt: ac ſibi cauſa motus eſſe uideat᷑. His.n.cauſa motus eſt quæ
non mouerentur: ni ipſa præſtaret. Illa uero ut moueatur non ſibi ipſa
largitur: ſed eſſentiæ ſuæ eſt ꝙ mouetur. Ex hoc quæſtio quæ naſcitur:
abſoluta eſt. Tunc.n. forte cōcedam ut ad motus exercitium īſtrumēta
quærantur: quando aliud eſt quod mouet: aliud quod mouetur. In aīa
uero hoc nec ſcurrulis iocus ſine damno iracūdiæ audebit expetere: cuius
motus eſt in eſſentia. Cum ignis licet ex cauſa inter ſe latente moueat᷑:
nullis tamen inſtrumētis ad ſuperna conſcendat. Multoq; minus hæc
in anima quærenda ſunt: cuius motus eſſentia ſua eſt. In his etiā quæ
ſequuntur: uir tantus & alias ultra cæteros ſæuus ſimilis cauillanti eſt.
Si mouetur inquit anima: inter cæteros motus: etiam de loco in locum
mouetur. Ergo modo ait corpus egreditur: modo rurſus īgreditur: & ī
hoc exercitio ſæpe uerſat᷑: quod fieri non uidemus: nō igitur aīa mouet᷑.
Contra hoc nullus eſt: qui non ſine hæſitatione reſpondeat: non omnia
quæ mouentur etiam de loco in locum moueri. Aptius deniq; in eum
ſimilis interrogatio requirēda eſt. Moueri arbores dicis? quod cū ut opi-
nor annuerit: pari dicacitate ferietur. Si mouētur arbores: ſine dubio (ut
tu dicere ſoles) inter alios motus etiam de loco in locum mouent᷑. Hoc
autē uidemus per ſe ipſas facere non poſſe: igitur arbores non mouent᷑.
Sed ut hunc ſylogiſmum additamento ſerium facere poſſimus: poſtq̄
dixerimus: ergo arbores non mouentur: adiiciemus: ſed mouēt᷑ arbores:
non igitur omnia quæ mouentur: etiam de loco in locum mouētur. Et
ita finis in exitum ſanæ concluſionis euadet. Si ergo arbores fatebimur
moueri quidem ſed apto ſibi motu: cur hoc animæ negemus: ut motu
eſſentiæ ſuæ conueniente moueatur? Hæc & alia ualide dicerentur etiā
ſi hoc motus genere moueri anima nō poſſet. Cum uero & corpus ani-
met acceſſu: & a corpore certa conſtituti temporis lege diſcedat: quis eā
neget etiam in locum ut ita dicam moueri? Quod autem non ſæpe ſub
uno tempore acceſſum uariat & receſſum: facit hoc diſpoſitio arcana &
conſulta naturæ: quæ ad animalis uitam certis uinculis continendam
tantum animæ iniecit corporis amorem: ut amet ultro quod iuncta eſt:
raroque contingat ut finita quoque lege temporis ſui mœrens & īuita
diſcedat. Hac quoque obiectione ut arbitror diſſoluta: ad eas īterroga-
tiones quibus nos uidetur urgere ueniamus. Si mouet īquit ſe anima:
aliquo motus genere ſe mouet. Dicendum ne eſt igitur animam ſe ī lo-
cum mouere: ergo ille locus aut orbis aut linea eſt. An ſeparando ſeu
conſumendo mouetur? ſe ne auget: an minuit? Aut proferatur ī mediū
ait aliud motus genus: quo eam dicamus moueri. Sed omnis hæc īter-
rogationum moleſta congeries: ex una eademq; defluit male conceptæ

diffinitionis aſtutia. Nā quia ſemel ſibi propoſuit omne quod mouet᷑
ab alio moueri: omnia hæc motuum genera in anima quærit. In q̄bus
aliud eſt quod mouet: aliud quod mouetur: cum nihil horum cadere ī
animam poſſit: in qua nulla diſcretio eſt mouentis & moti. Quis eſt
igitur dicet aliquis: aut unde ītelligitur animæ motus: ſi horum nullus
eſt? Sciet hoc q̄ſq̄s noſce deſiderat: uel Platone dicēte uel Tullio: Quī
etiam cæteris quæ mouentur: hic fons hoc principium eſt mouēdi. Quā-
ta ſit autem uocabuli huius expreſſio: quo anima fons motus uocatur:
facile reperies: ſi rei inuiſibilis motum ſine auctore atq; ideo ſine initio
ac ſine fine prodeuntem & cætera mouentem mente concipias: cui nihil
ſimilius de uiſibilibus q̄ fons potuerit reperiri: qui ita principiū ē aquæ:
ut cū de ſe fluuios & lacus procreet: a nullo naſci ipſe dicatur. Nam ſi
ab alio naſceretur: non eſſet ipſum principium. Et ſicut fons non facile
ſemper deprehenditur: ab ipſo tamen qui funduntur: aut nilus eſt: aut
eridanus aut hiſter aut thanais. Et ut illorum rapacitatem uidendo ad-
mirans & intra te tantarum aquarum originem requirens cogitatione
recurris ad fontem: & hunc omnem motum intelligis de primo ſcaturi-
ginis manare principio: ita cum corporum motum ſeu diuina ſeu ter-
rena ſint conſiderando quærere forte auctorem uelis: mens tua ad ani-
mam quaſi ad fontem recurrat. Cuius motum etiam ſine corporis mi-
niſterio teſtantur cogitationes gaudia ſpes timores. Nam motus eius
eſt boni malique diſcretio: uirtutum amor: cupido uitiorum: ex quibus
effluunt omnes inde naſcentium rerū meatus. Motus.n. eius ē q̄cq̄d
iraſcimur: & in feruorem mutuæ colliſionis armamur: unde paulatim
procedens rabies fluctuat præliorum. Motus eius eſt: ꝙ in deſideria ra-
pimur: ꝙ cupiditatibus alligamur. Sed hi motus ſi ratione gubernent᷑:
proueniunt ſalutares: ſi deſtituantur ī præceps & rapiuntur & rapiunt.
Didiciſti motus animæ: quos modo ſine miniſterio corporis modo per
corpus exercet. Si uero ipſius mundanæ animæ motus requires: cæleſtē
uolubilitatem & ſpærarum ſubiacentium rapidos impetus ītuere ortū
occaſumue ſolis curſus ſyderum uel recurſus: quæ omnia aīa mouente
proueniunt. Immobilem uero eam dicere: quæ mouet omnia Ariſtoteli
non conuenit: qui quantus in aliis ſit probatū eſt: ſed illi tantū quē uis
naturæ quem ratio manifeſta non moueat. Edocto igit᷑ atque aſſerto
animæ motu Africanus qualiter exercitio eius utendū ſit: in hæc uerba
mandat & præcipit: Hanc tu exerce optimis in rebus. Sunt aūt optimæ
curæ de ſalute patriæ: quibus agitatus & exercitatus animus uelocius in
hanc ſedem & domum ſuam peruolabit. Idque ocius faciet: ſi iam tū
cum erit incluſus in corpore eminebit foras: et ea quæ extra erunt con-
tēplans q̄maxime ſe a corpore abſtrahet. Nanque eorū qui ſe corporis

uoluptatibus dederunt:earũque ſe quaſi miniſtros præbuere:ĩpulſuq;
libidinum uoluptatibus obedientium deorum & hominum iura uiola-
uere:corporibus elapſi circum terram ipſam uolutãtur:nec hunc in locũ
niſi multis agitati ſæculis reuertuntur. In ſuperiore huius operis parte
diximus alias ocioſas alias negocioſas eſſe uirtutes : illas philoſophis
has rerum publicarum rectoribus conuenire:utraſque tamen exercentẽ
facere beatum. Hæ uirtutes interdum diuiduntur:nonnunq̃ uero mi-
ſcẽtur:cum utrarunq; capax & natura & inſtitutione animus inueniť.
Nam ſiquis ab omni quidem doctrina habeatur alienus : ĩ re pu.tamen
& prudẽs & tẽpatus & fortis & iuſtus ſit:hic a feriatis remotus eminet:
tamen actualium uigore uirtutum quibus nihilominus cælum cedit in
premium. Siquis uero inſita quiete naturæ non ſit aptus ad agendum
ſed ſolum optima conſcientiæ dote ereptus ad ſupera:doctrinæ ſupel-
lectilem ad exercitium diuinæ diſputationis expendat:ſectator cæleſtiũ
deuius caducorum:his quoque ad cæli uerticem ocioſis uirtutibus ſub-
uehetur. Sæpe tamen euenit ut idem pectus & agendi & diſputandi p-
fectiõe ſublime ſit:& cælũ utroq; adipiſcať exercicio uirtutũ. Romulus
nobis in primo genere ponatur: cuius uita uirtutes nũq̃ deſeruit:ſemp
exercuit. In ſecundo Pythagoras:q agendi neſcius fuit artifex diſſerẽdi:
& ſolas doctrinæ & conſcientiæ uirtutes ſecutus eſt. Sit in tertio ac mix-
to apud græcos Licurgus & Solon:ĩter romanos Numma Catones ãbo
multiq; alii:qui & philoſophiam hauſerunt altius:& firmamentum rei-
pu.præſtiterunt. Soli enim ſapiẽtiæ ocio deditos:ut abũde græcia tulit:
ita roma non neſciuit. Quoniam igitur Africanus noſter quem modo
auus præceptor inſtituit:ex illo genere eſt:quod & de doctrina uiuendi
regulam mutuatur:& ſtatum publicum uirtutibus fulcit:ideo & pfecti-
onis geminæ præcepta mandantur : ſed ut in caſtris locato & ſudanti
ſub armis primum uirtutes politicæ ſuggeruntur his uerbis: Sunt autẽ
optimæ curæ de ſalute patriæ quibus agitatus & exercitatus animus ue-
locius in hanc ſedem & domum ſuam peruolabit. Deinde quaſi nõ mi-
nus docto q̃ forti uiro philoſophis apta ſubduntur:cum dicitur: Idque
ocius faciet:ſi iam tunc cum erit inq̍uſus in corpore:eminebit foras : &
ea quæ extra erunt contemplans q̃maxime ſe a corpore abſtrahet. Hæc
.n.illius ſunt præcepta doctrinæ:quæ illam dicit mortem philoſophan-
tibus appetendam. Ex q̃ fit: ut adhuc ĩ corpore poſiti corpus ut alienã
ſarcinam(ĩ quantum patitur natura)deſpiciant. Et facile nũc atq; op-
portune uirtutes ſuadet : poſtq̃ quanta & q̃diuina premia uirtutibus
debeantur edixit. Sed quia inter leges quoque illa imperfecta dicitur:in
qua nulla deuiantibus pœna ſancitur : ideo in concluſione operis pœnã
ſancit extra hæc præcepta uiuentibus. Quem locum Ermagoras ille

platonicus copioſius executus eſt: ſæcula infinita dinumerans quibus
nocentum aĩæ in eaſdẽ pœnas ſæpe reuolutæ ſero de tartaris emergere
permittũť:& ad naturæ ſuæ principia quod eſt cælum tandẽ impetrata
purgatione remeare. Neceſſe eſt.n.omnẽ animã ad originis ſuæ ſedem
reuerti. Sed quæ corpus tanq̃ peregrinæ incolũt:cito poſt corpus uelut
ad patriã reuertunť. Quæ uero corpoꝝ illecebris ut ſuis ſedibus ĩhærẽt:
quãto ab illis uiolentius ſeparanť:tanto ad ſupera ſerius reuertũť. Sed
iam finẽ ſomnio cohibita diſputatione faciamus:hoc adiecto quod cõ-
cluſionẽ decebit:quia cũ ſint totius philoſophiæ tres partes:moralis na-
turalis & rationalis : et ſit moralis quæ docet morũ elimatã pfectionẽ:
naturalis quæ de diuinis corporibus diſputat: rationalis cum de incor-
poreis ſermo eſt quæ mens ſola cõplectitur: nullã de tribus Tullius in
hoc ſomnio prætermiſit. Nã illa ad uirtutes amorẽq; patriæ & ad con-
temptũ gloriæ adhortatio quid aliud continet: niſi ethicæ philoſophiæ
inſtituta moralia? Cum uero uel de ſpæraꝝ modo uel de nouitate ſiue
magnitudine ſyderũ deq; principatu ſolis & circis cæleſtibus cinguliſq;
terreſtribus & oceani ſitu loqť & armoniæ ſuperum pãdit arcanũ:phy-
ſicæ ſecreta cõmemorat. At cũ de motu & ĩmortalitate aĩæ diſputat:cui
nihil cõſtat ĩeſſe corporeũ:cuiuſq; eſſẽtiã nullius ſẽſus ſed ſola rõ depre-
hẽdit:illic ad altitudinẽ philoſophiæ rõalis aſcẽdit. Vere igiť pnũciã-
dũ ẽ nihil hoc ope pfectius:quo uniuerſa philoſophiæ cõtineť ĩtegritas.

Macrobij Aurelij Theodoſij viri conſularis et illuſtris
In ſomnium Scipionis Expoſitionis q̃elegantiſſime
libri 2 et vltimi finis.

MACROBII AVRELII THEODOSII VIRI CONSV-
LARIS ET ILLVSTRIS IN SOMNIVM SCIPIONIS
EXPOSITIONIS QVAMELEGANTISSIMAE LIBRI
SECVNDI ET VLTIMI FINIS. Deo gras.

¶ Saturnaliorum Libri septem
·primus
·2· a f· 82
·3· a f· 90·
·4· a f· 103·
·5· a ff· 107·
·6· a ff· 122·
·7· a f· 183·



# ·MACROBII AVRELII THEODOSII VIRI CONSV/LARIS ET ILLVSTRIS CONVIVIORVM PRIMI DI/EI SATVRNALIORVM LIBER PRIMVS.

·m· VLTAS VARIASQVE RES IN HAC uita nobis Euſtachi fili natura conciliauit: ſed nulla nos magis q̃ eorum: qui e nobis eſſent ꝓ/creati: caritate deuinxit. Eamq; noſtram in his educandis atq; erudiendis curam eſſe uoluit: ut parentes neq; ſi id quod cuperent ex ſētētia cederet: tantum ulla alia ex re uoluptatis: neq; ſi contra eueniret: tātum mœroris capere poſ/ſint. Hinc eſt ꝙ mihi quoq; inſtitutione tua nihil antiquius æſtimatur. Ad cuius perfectionē compendia longis anfractibus anteponenda du/cēs: moræq; omnis impatiens nō opperior: ut per hæc ſola promoueas: quibus ediſcendis grauiter ipſe inuigilas: ſed ago ut ego quoq; tibi lege/rim: & quicquid mihi uel te iam in lucem edito: uel ante q̃ naſcereris in diuerſis ſeu græcæ ſeu romanæ linguæ uoluminibus elaboratum eſt: id totum ſit tibi ſcientiæ ſupellex: & quaſi de quodam litterarum peno ſiquando uſus uenerit aut hyſtoriæ: quæ in librorum ſtrue latens clam uulgo eſt: aut dicti factiue memorabilis reminiſcendi: facile id tibi īuētu atq; depromptu ſit. Nec indigeſte tāq̃ in aceruū cōgeſſimus digna me/moratu: ſed uariarum rerum diſparilitas auctoribus diuerſa: confuſa temporibus: ita in quoddam digeſta corpus eſt: ut quæ indiſtincte atq; promiſcue ad memoriæ ſubſidium annotaueramus: in ordinem inſtar membrorum cohærentia conuenirent. Nec mihi uitio uertas: ſi res q̃s ex lectione uaria mutuabor: ipſis ſæpe uerbis quibus ab ipſis auctori/bus enarratæ ſunt: explicabo: quia præſens opus non eloquentiæ oſten/tationem: ſed noſcēdorum cōgeriem pollicetur. Et boni cōſulas opor/tet: ſi noticiam uetuſtatis modo noſtris non obſcure: modo ipſis anti/quorum fideliter uerbis recognoſcas: prout quæq; ſe uel enarranda uel transferenda ſuggeſſerint. Apes enī quodāmodo debemus imitari: quæ uagantur: & flores carpunt. Deinde quicquid attulere diſponunt: ac ꝑ fauos diuidunt: & ſuccum uarium in unum ſaporem mixtura quadā: & ꝓprietate ſpiritus ſui mutant. Nos quoq; quicquid diuerſa lectiōe quæſiuimus: committemus ſtilo: ut in ordinem eodem digerēte coaleſ/cat. Nam & in aīo melius diſtincta ſeruantur: & ipſa diſtinctio non ſie quodam fermento quo cōditur uniuerſitas: in unius ſaporis uſum ua/ria libamenta confundit: ut etiā ſiquid apparuerit unde ſumptum ſit: aliud tamē eſſe: q̃ unde ſumptum noſcetur: appareat. Quod ī corpore

noſtro uidemus ſine ulla opera noſtra facere naturam. Alimenta quæ
arripimus:quādiu in ſua qualitate perſeuerant & ſolida innatant:male
ſtomacho oneri ſunt. At quom ex eo quod erant mutata ſūt: tū demū
in uires aut ſanguinem tranſeunt. Idem in his quibus aluntur ingenia
præſtemus:ut quæcunq; hauſimus non patiamur integra eſſe:ne aliena
ſint:ſed in quandam digeriem concoquantur. Alioquin in memoriam
ire poſſunt:non ingenium. Ex omnibus colligamus:unde unum fiat ex
omnibus:ſicut unus numerus fit ex ſingulis. Hoc faciat noſter animus:
omnia quibus eſt adiutus abſcondat: ipſū tamen oſtendat quod effe/
cit:ut qui odora pigmēta conficiunt:ante omnia curant ut nullius ſint
odoris propria quæ condientur cōfuſura uidelicet omnium ſuccos odo/
raminum in ſpiramentum unum. Vides q̄ multorum uocibus chorus
conſtet:' una tamen ex omnibus redditur. Aliqua eſt illic acuta: aliqua
grauis:aliqua media.accedunt uiris fœminæ. interponitur fiſtula. Ita
ſingulorum illic latent uoces:omnium apparent & fit concentus ex diſ/
ſonis. Tale hoc præſens opus uolo:multæ in illo artes: multa præcepta
ſint:multarum ætatum exempla:ſed in unum conſpirata. In quibus ſi
neq; ea quæ iam tibi cognita ſunt aſperneris:nec quæ ignota ſunt uites:
inuenies plurima quæ ſunt aut uoluptati legere: aut cultui legiſſe: aut
uſui meminiſſe. Nihil.n.huic operi inſertum puto aut cognitu ī utile:
aut difficile perceptu: ſed omnia quibus ſit ingenium tuum uegetius:
memoria adminiculatior:oratio ſolertiot: ſermo īcorruptior:niſi ſicubi
nos ſub alio ortos cælo latinæ linguæ uena non adiuuet. Quod ab hiſce
(ſi tamē quibuſdam forte nonnūq̄ tēpus uolūtaſq; erit iſta cognoſcere)
petitum impetratumq; uolumus:ut æqui boniq; conſulāt: ſi in noſtro
ſermone natiua romani oris elegantia deſideretur. Sed næ ego īcautus
ſum:qui uenuſtatē reprehenſionis īcurrā a.M.quōdā Catone profectæ
in Aulum Albinū: qui cum Lucio Lucullo conſul fuit. Is Albinus res
romanas ratione græca ſcriptitauit. In eius hiſtoriæ primo ſcriptum eſt
ad hanc ſententiam. Neminem ſuccēſere ſibi conuenire:ſi quid in illis
libris parum cōpoſite aut minus eleganter ſcriptum foret. Nam ſum
inquit homo romanus natus in latio:& eloquium græcum a nobis alie/
niſſimum eſt. Ideoq; ueniam gratiamq; male exiſtimationis ſiqd eſſet
erratum poſtulauit. Ea cum legiſſet.M.Cato:Næ tu īquit Aule nimiū
nugator es:quom maluiſti culpam deprecari:q̄ culpa uacare. Nā petere
ueniam ſolemus:aut cum imprudētes errauimus: aut cum noxā impio
cōpellentis admiſimus. Te inquit oro quis perpulit:ut id committeres
quod priuſq̄ faceres:peteres uti ignoſceretur. Nunc argumētum quod
huic operi dedimus uelut ſub quodam prologi habitu dicemus.

Argumentum totius operis. Capitulum primum.

ſ Atumalibus apud Vectium prætextatum nobilitatis romanæ
proceres doctiq; alii congregantᷣ:& tēpus ſolenniter celebratū de/
putant colloquio liberali:cōuiuia quoq; ſibi mutua comitate præbētes:
nec diſcedentes a ſe niſi ad nocturnam quietem. Nā per omne ſpatiū
feriarum meliorem diei partem ſeriis diſputationibus occupantes cœnæ
tempore conuiuales ſermones agitāt ita:ut nullum diei tempus docte
aliquid uel lepide proferendi uacuum relinquatur. Sed erit in menſa
ſermo iucundior:ut habeat uoluptatis amplius: ſeueritatis minus. Nā
cū apud alios qbus ſūt diſcreta cōuiuia:tū ī illo Platonis ſympoſio:nō
auſteriore aliqua de re conuiuarum ſermo:ſed cupidinis uaria & lepida
deſcriptio eſt: in quo quidem Socrates non arctioribus ut ſolet nodis
urget atq; implicat aduerſariū: ſed eludendi magis q̄ decertandi modo
apprehenſis dat elabendi prope atque effugiendi locum. Oportet enī
uerſari ī cōuiuio ſermōes ut caſtitate ītegros:ita appetibiles uenuſtate.
Matutina erit robuſtior diſputatio:quæ uiros & doctos & præclariſſi/
mos deceat. Neq;.n.Cottæ Lælii & Scipiones āpliſſimis de rebus quoad
romanæ litteræ erunt:in ueterum libris diſputabunt. Prætextatos uero
Flauianos: Albinos: Symmachos:& Euſtachios:quorū ſplēdor ſimilis:
& non inferior uirtus eſt:eodem modo loqui aliquid:licitum non erit.
Nec mihi fraudi ſit: ſi uni aut alteri ex his quos cœtus coegit matura
ætas poſteriori ſæculo prætextati ſint: quod licito fieri Platonis dialogi
teſtimonio ſunt. Quippe Socrate ita Parmenides antiquior: ut huius
pueritia uix illius apprehenderit ſenectutem: & tamē īter illos de rebus
arduis diſputatur. Inclytum dialogum Socrates habita cū Timæo diſ/
putatione cōſumit:quos cōſtat eodē ſæculo non fuiſſe. Paralus uero &
Xanthippus:quibus Pericles pater fuit:cum Protagora apud Platonem
diſſerunt ſecundo aduentu athenis morante:quos multo ante infamis
illa peſtilentia athenis abſumpſerat. Annos ergo coeuntium mitti ī di/
gitos exemplo Platonis nobis ſuffragante non couuenit. Quo autem
facilius quæ ab omnibus dicta ſunt: apparere ac ſecerni poſſent: Deciū
de Poſthumiano qui nam ille ſermo:aut inter quos fuiſſet ſciſcitantem
fecimus. Et ne diutius lectoris deſideria moremur:iam Decii & Poſthu/
miani ſermo palam faciet quæ huius colliquii uel origo fuerit uel ordo
proceſſerit.

DE Die uel uario modo diſtinguendi diem ac noctē. Ca.ii.

t Entanti mihi Poſthumiane aditus tuos & molliſſima conſultādi
tempora:cum modo adſūt feriæ quas indulget magna pars mē/
ſis Iano dicati. Cæteris.n.ferme diebus qui cauſis opportuni perorandis
ſunt:hora omnino reperiri nulla poteſt:quin tuorū clientium negocia:
uel defendas in foro uel domi diſcas. Nunc autem: ſcitote.n.non ludo

ſed ſerio feriari: ſi eſt cõmodum reſpõdere id quod rogatum uenio: tibi
ipſi (quantũ arbitror) non iniocundũ: mihi uero gratiſſimũ feceris. Re-
quiro autẽ abs te id primum: Interfueris ne cõuiuio per pluſculos dies
continua comitate renouato: eiq; ſermoni quẽ prædicare ĩ primis: quẽq;
apud omnes maximis ornare laudibus diceris: quem quidẽ ego ex patre
audiſſem: niſi poſt illa conuiuia roma profectus neapoli moraret̃. Aliis
uero nuper interfui admirantibus memoriæ tuæ uires uniuerſa quæ tũc
dicta ſunt per ordinem ſæpe referentis: Hoc unũ Deci nobis: ut & ipſa
quantũ tua ſinit adoleſcẽtia uidere: & ex patre Albino audire potuiſti:
in omni uitæ curſu optimum uiſum eſt: ut quãtum ceſſare a cauſarum
defenſione licuiſſet: tantũ ad eruditorum hominũ: tuiq; ſimiliũ cõgreſ-
ſum aliquẽ ſermonemq; conferrem. Neq;.n. recte inſtitutus animus
requieſcere aut utilius aut honeſtius uſq̃ poteſt: q̃ in aliqua opportu-
nitate docte ac liberaliter colloquendi interrogandiq; & reſpõdendi co-
mitate. Sed quod nam iſtud conuiuium? An uero dubitandum eſt: quĩ
id dicas: quod doctiſſimis procerum cæteriſq; nuper apud Vectiũ præ-
textatũ fuit: & diſcurrens poſt inter reliquos grata uiciſſitudo uariauit?
De hoc ipſo quæſitum uenio: & explices uelim quale illud conuiuium
fuerit: a quo te abfuiſſe propter ſingularem omnium in te amicitiã nõ
opinor. Voluiſſem equidem: neque id illis ut æſtimo ĩgratum fuiſſet:
ſed cum eſſent amicorum cõplures mihi cauſæ illis diebus ꝓnoſcendæ:
ad cœnam tum rogatus meditandi non edendi illud mihi tempus eſſe
reſpondi. Hortatuſq; ſum ut alium potius nullo inuolutum negocio:
atq; cura liberum quærerent. Itaque factum eſt. Nam facundũ & eru-
ditum uirũ Euſebium rhetorem inter græcos præſtantẽ omnibus idem
noſtra ætate ꝓfeſſis doctrĩæ latialis haud inſciũ prætextatus meũ ĩ locũ
inuitari imperauit. Vnde igitur illa tibi nota ſunt: quæ tam iocunde &
comiter ad inſtituẽdam uitam exemplis (ut audio) rerum copioſiſſimis:
& uariæ doctrinæ ubertate prolata digeſta ſunt? Cum ſolſtitialis dies: q
ſaturnaliorum feſta quibus illa conuiuia celebrata ſunt conſecutus eſt:
forẽſi cura uacuus lætiore animo eſſem domi. Eo Euſebius cum paucis
e ſectatoribus ſuis uenit. Statimq; uultu renidens: Permagna me inq̃t
abs te Poſthumiane cũ ex aliis: tũ hoc maxime gratia fateor obſtrictũ:
ꝙ a prætextato ueniam poſtulando mihi in cœna uacuefeciſti locum.
Itaque intelligo non ſtudiũ tantũ tuũ: ſed ipſam quoq; ut aliq̃d abs te
mihi fiat cõmodi conſentire atque aſpirare fortunam. Vis ne inq̃ reſti-
tuere id nobis quod debitum tam benigne ac tam libenter fateris? noſ-
trumq; hoc ociũ quo perfrui raro admodũ licet eo ducere: ut his q̃bus
interfueris tunc tu: nũc nos ĩtereſſe uideamur? Faciã ĩquit ut uis. Nar-
rabo autem tibi non cibum aut potum: tam&ſi ea quoq; ubertĩ caſteq;



affuerunt: ſed & quæ uel ĩ conuiuiis uel maxime extra menſã ab iiſdẽ per
tot dies dicta ſunt: ĩ quantũ potero animo repetã. Quæ quidem ego cũ
audirem: ad eorum mihi uitam qui beati a ſapientibus dicerent̃: accedere
uidebar. Nam & quæ pridie q̃ adeſſem inter eos dicta ſunt: Auieno
mihi inſinuante cõperta ſũt: & oĩa ſcripto mãdaui: ne quid ſubtraheret
obliuio. Quæ ſi ex me audire geſtis: caue exiſtimes diẽ unam referẽdis:
quæ per tot dies ſunt dicta: ſufficere. Quẽnam igitur: & inter quos: aut
unde ortum ſermonem Poſthumiane fuiſſe dicebat? Ita præſto ſum ĩ-
defeſſus auditor. Tum ille declinãte inquit in ueſperum die quẽ ſatur-
nale feſtum erat inſecuturum: cum Vectius prætextatus domi cõueĩre
ſe geſtientibus copiam faceret: eo uenerũt Aurelius Symmachus: & Ce-
cĩna Albinus cum ætate: tũ etiã moribus ac ſtudiis ĩter ſe cõiunctiſſimi.
Hos Seruius inter grammaticos doctores recẽs profeſſus iuxta doctrinã
mirabilis & amabilis uerecundia terram intuens & uelut latenti ſimilis
ſequebatur. Quos cum proſpexiſſet obuiamq; proceſſiſſet: ac ꝑblande
ſalutauiſſet: conuerſus ad Furium Albinum qui tum forte cum Auieno
aderat: Vis ne ait mi Albine cum his quos adueniſſe peropportune ui-
des: quoſq; iure ciuitatis noſtræ lumina dixerimus: eam rem de qua ĩter
nos naſci cœperat ſermo: cõmunicemus? Quidni maxime uelim Albi-
nus ĩquit. Nec.n. ulla alia de re q̃ de doctis quæſtionibus colloqui: aut
a nobis: aut ab his poteſt eſſe iocundius. Cumq; cõſediſſent: tũ Cecĩna:
Quid nam id ſit mi prætextate: tam&ſi adhuc neſcio: dubitare tamẽ nõ
debeo eſſe ſcitu optimum: cum & nobis ad colloquendum cauſam at-
tulerit: & nos eius expertes eſſe non ſinatis. Atqui ſcias inquit oportet:
eum inter nos ſermonem fuiſſe: ut cum dies craſtinus feſtis ſaturno di-
catis initium dabit: quando ſaturnalia incipere dicamus.i. quando craſ-
tinum diem initium ſumere exiſtimemus: & inter nos quidem parua
quædam de hac diſputatione libauimus. Verum q̃a te quicquid ĩ libris
latet: ueſtigare notius eſt q̃ ut per uerecundiã negare poſſis: pergas uolo
in medium proferre quicquid de hoc quod quærimus edoctum tibi cõ-
prehenſumq; eſt. Tum Cecinna: Cum uobis qui me ĩ hunc ſermonem
adducitis: nihil ex omnibus quæ ueteribus elaborata ſunt: aut ignoratio
neget: aut obliuio ſubtrahat: ſuperfluum uideo inter ſcientes nota pro-
ferre. Sed ne q̃s me exiſtimet dignatione cõſultationis grauari: quicq̃d
de hoc mihi tenuis memoria ſuggeſſerit: paucis reuoluam. Poſt hæc cũ
omnes paratos ad audiẽdum erectoſq; uidiſſet: ita exorſus eſt. Marcus
Varro in rerum humanarum libro: quem de diebus ſcripſit: Homines
inquit qui ex media nocte ad proximam mediam noctem his horis uigĩ-
tiquatuor nati ſunt: uno die nati dicunt̃. Quibus uerbis ita uidet̃ dierꝝ
obſeruationem diuiſiſſe: ut qui poſt ſolis occaſum ante mediam noctẽ

natus ſit:illo quem mox nox conſecuta eſt. Contra uero qui ī ſex noctis
horis poſterioribus naſcitur: eo die uideatur natus: qui poſt eam noctē
diluxerit. Athenienſes autem aliter obſeruare idem Varro in eodē libro
ſcripſit:eoſque a ſolis occaſu ad ſolem iterum occidentem omne id me-
dium tempus unum diem eſſe dicere. Babylonios porro aliter. A ſole.n.
exorto ad exortum eiuſdem incipientem id ſpatium unius diei nomine
uocare. Vmbros uero unum & eundem diem eſſe dicere:a meridie ad ī-
ſequentem meridiem. Quod quidem inquit Varro:nimis abſurdū eſt.
Nam qui kalendis hora ſexta apud umbros natus eſt: dies eius natalis
uideri debebit & kalendarum dimidiatus: & qui poſt kalendas erit uſq;
ad horam eius diei ſextam. Populum autē romanū ita uti Varro dixit:
dies ſingulos annumerare a media nocte ad mediam proximam multis
argumentis oſtenditur. Sacra ſunt enim romana partim diurna partī
nocturna. Et ea quæ diurna ſunt:ab hora ſexta noctis ſequētis noctur-
nis ſacris tēpus īpenditur. Ad hoc. Ritus quoq; & mos auſpicandi eādē
eſſe obſeruationem docet. Nam magiſtratus quando uno die eis & au-
ſpicandum eſt: & id agendum ſuper quo proceſſit auſpicium:poſt me-
diam noctem auſpicantur:& poſt exortum ſolem agunt. Auſpicatique
& egiſſe eadem die dicuntur. Præterea tribuni plebis quos nullū diem
integrum abeſſe roma licet:cum poſt mediam noctem proficiſcūtur: &
poſt primā facem ante mediā noctem ſequentem reuertūtur:non uidēt
abfuiſſe die: quoniam ante horam noctis ſextam regreſſi:partē aliquā
illius ī urbe cōſumūt. Quintū quoq; Mutiū iuriſcōſultū dicere ſolitū:
lege non eſſe uſurpatum mulierem: quæ cum kalendis ianuariis apud
uirum matrimonii cauſa eſſe cœpiſſet:ad diem quartum kalendas ianu-
arias ſequentem uſurpata eſſet. Non.n.poſſet impleri trinoctium:quo
abeſſe a uiro uſurpandi cauſa ex duodecim tabulis deberet: quoniam
tertiæ noctis poſteriores ſex horæ alterius anni eſſent: qui inciperet
ex kalendis. Virgilius quoque id ipſum oſtēdit: ut hominē decuit poe-
ticas res agentem:recondita atque operta ueteris ritus ſignificatione:

Torquet(inquit)medios nox humida curſus:
Et me ſæuus equis oriens afflauit anhelis.

His.n.uerbis diem quem romani ciuilē appellauere a ſexta noctis hora
oriri admonet. Idem poeta quando nox quoq; incipiat expreſſit in ſex-
to. Cum enim dixiſſet:

Hac uice ſermonum roſeis aurora quadrigis
In medium æthereo curſu traiecerat axem.

Mox ſuggeſſit uates:

Nox ruit ænea:nos flendo ducimus horas.

Sed ita obſeruantiſſimus ciuilium diffinitionum diei: & noctis initia
deſcripſit. Qui dies ita diuiditur. Primum tempus diei dicitur mediæ
noctis inclinatio. Deinde gallicinium. Inde cōticinium: cum & galli cō-
ticeſcunt:& homines etiā tum quieſcunt. Deinde diluculum:id eſt cum
incipiat dinoſci dies. Inde mane: dū dies clarus. Mane autem dictum:
aut ꝙ ab inferioribus locis .i. a manibus exordium lucis emergat:aut
(quod uerius mihi uidetur) ab omine boni nominis. Nam & lanobini
mane pro bono dicunt:ſicut apud nos quoque cōtrarium eſt immane:
ut immanis bellua:uel īmane facinus: & hoc genus cætera nō ꝓ bono.
Deinde a mane ad meridiem: hoc eſt ad medium diei. Inde iam ſupra
uocatur tēpus occiduū. Et mox ſuprema tempeſtas: hoc eſt diei nouiſ-
ſimum tempus:ſicut expreſſum eſt in duodecim tabulis: Solis occaſus
ſuprema tempeſtas eſto. Deinde ueſpera quod a græcis tractū eſt. Illi
.n. ἑσπέραν a ſtella heſpero dicūt:ūde & heſperia italia(ꝙ occaſui ſub-
iecta ſit)nominatur. Ab hoc tempore prima fax dicit̃. Deinde cōcubia.
Et inde intempeſta:quæ non habet idoneum tēpus rebus gerēdis. Hæc
eſt diei ciuilis a romanis obſeruata diuiſio. Ergo noctu futura:cū media
eſſe cœperit:auſpicium ſaturnaliorū erit:quibus die craſtini mos incho-
andi eſt. Hic cū omnes quaſi uetuſtatis prōptuarium Albini memoriā
laudauiſſēt:prætextatus Auienum uidens Rufio inſuſurrantem: Quid
nā hoc mi Auiene īquit:quod uni Albino indicatum clā cæteris eſſe ue-
lis. Tum ille moueor quidem auctoritate Cecinnæ: nec ignoro errorem
in tantam non cadere doctrinam: aures tamen meas iſta uerborū noui-
tas perculit:cū noctu futura & die craſtini magis: q̃ futura nocte & die
craſtino dicere(ut regulis placet)maluit. Nam noctu nō appellatio:ſed
aduerbium eſt. Porro futura quod nomen eſt:nō poteſt cum aduerbio
conuenire. Nec dubium eſt hoc īter ſe eſſe noctu & nocte:quod diu &
die.Et rurſus die & craſtini nō eodem caſu ſunt:& niſi caſus idem noīa
in eiuſmodi elocutione nō iūgit. Saturnaliorum deinde cur malimus:
q̃ ſaturnalium dicere:opto dignoſcere. Ad hæc cum Cecinna renidēs ta-
ceret: & Seruius a Symmacho rogatus eſſet:quid nā de his exiſtimaret:
licet inquit in hoc cœtu nō minus doctrina q̃ nobilitate reuerēdo ma-
gis mihi diſcendum ſit:q̃ docendū: fabulabor tamen arbitrio iubentis:
& inſinuabo primum de ſaturnalibus: poſt de cæteris unde ſit ſic elo-
quendi non nouitas:ſed uetuſtas. Qui ſaturnalium dicit:regula īnitit̃.
Nomina.n. quæ datiuū pluralem ī bus mittunt:nunq̃ genitiuū eiuſdē
numeri ſyllaba creuiſſe patiuntur:ſed aut totidem habet:ut monilibus
monilium:ſedilibus ſedilium:aut una ſyllaba minus eſt:ut carminibus
carminum luminibus luminū. Sic ergo ſaturnalibus rectius ſat̃naliū:
q̃ ſaturnaliorum. Sed qui ſaturnaliorū dicūt:auctoritate magnoꝝ mu-
niūtur uiroꝝ. Nā & Saluſtius in.iii.bacchanaliorum ait. Et Maſurius

faſtorum ſecūdo: Vinaliorum inquit dies Ioui ſacer eſt: non ut quidam putāt Veneri. Et ut ipſos quoq; grammaticos ī teſtimonium citē: Verrius Flaccus ī eo libello: qui Saturnus inſcribitur: ſaturnaliorum īquit dies apud græcos quoq; feſti habentur. Et in eodem libro: Dilucide me inquit de conſtitutione ſaturnaliorum ſcripſiſſe arbitror. Item Iulius Modeſtus de feriis: ſaturnaliorum īquit feriæ. Et ī eodem libro: Antias inquit agonaliorum repertorem Nūmam Pōpilium refert. Hæc tamē inquies auctoritas quæro an poſſit aliqua ratione defēdi? Plane q̄tenus alienum non eſt cōmitti grammaticum cū ſua analogia: tētabo ſuſpicionibus eruere quid ſit: quod eos ſolita enūtiatione detorſerit: ut mallent ſaturnaliorum: q̄ ſaturnalium dicere. Ac primum exiſtimo: ꝙ hæc nomina quæ ſunt feſtorum dierum neutralia: carentq; numero ſingulari: diuerſæ cōditionis eſſe uoluerunt ab his nominibus: quæ utroq; numero figuranť. Cōpitalia.n. & bacchanalia & agonalia & uinalia: & reliqua his ſimilia feſtorum dierum nomina ſunt: nec ſingulariter nominantur: aut ſi ſingulari numero dixeris: nō idem ſignificabis: niſi adieceris feſtum: ut bacchanale feſtum: & agonale feſtum: & reliqua ut iā non poſitiuum ſit: ſed adiectiuum: quod græci ἐπίθετον uocant. Aīati ſunt ergo ad faciendam diſcretionem in genitiuo caſu: ut ex hac declinatione exprimerent nomen ſolēnis diei ſcientes in nonnullis ſæpe noībus datiuo in bus exeunte nihilominus genitiuū in rum finiri: ut domibus domorum: duobus duorum: ambobus amborum. Ita & uiridia cum ἀντὶ ἐπιθέτον accipiuntur: genitiuum in ium faciunt: ut uiridia prata uiridium pratorum. Cum uero ipſam loci uiriditatem ſignificare uolumus: uiridiorum dicimus: ut cum dicitur formoſa facies uiridiorū. Tūc .n. uiridia quaſi poſitiuum poniť non accidens. Tanta autē apud ueteres fuit licētia huius genitiui: ut Aſinius Pollio uectigalioꝝ frequēter uſurpet: ꝙ uectigal non minus dicať q̄ uectigalia. Sed & cū legamus: Læuaque ancile gerebat: tamen & anciliorum relatum eſt. Videndum ergo ne magis uarietas delectauerit: q̄ ut adamuſſim uerum ſit feſtorū dierum noīa ſic uocata. Ecce.n.& præter ſolennium dieꝝ uocabula alia quoq; ſic declinata reperimus: ut præcedēs ſermo patefecit uiridiorum & uectigaliorum & anciliorum. Sed & ipſa feſtorū nomina ſecundum regulam declinata apud ueteres reperio. Siquidem Varro ferialium diē ait a ferendis in ſepulcra epulis dici: non dixit ferialiorum. Et alibi floralium non floraliorum ait: cum idem non ludos florales illic: ſed ipſū feſtum floralia ſignificaret. Maſurius etiā ſecūdo feſtorum liberalium: Dies īquit a pontificibus agonium martiale appellatur. Et ī eodē libro: Eā noctē deinceps quæ inſequentem diem qui eſt lucarium: nō dixit lucariorum. Itemq; liberalium multi dixerunt: non liberaliorum. Vnde pronunciandum eſt ueteres indulſiſſe copiæ per uarietatem: ut dicebāt exanimos & exanimes: inermes & inermos: tum hilaros atque hilares. Et ideo certum eſt: licito & ſaturnalium & ſaturnaliorum dici: cū alterū regula cū auctoritate: alteꝝ & ſi ſola ſed multorum defendit auctoritas. Reliqua autem uerba quæ Auieno noſtro noua uiſa ſunt: ueterū nobis ſunt teſtimoniis aſſerenda. Ennius.n. niſi cui uidetur inter noſtræ ætatis politiores munditia reſpuendus: noctu cōcubia dixit his uerbis.

Qua galli furtim noctu ſūma arcis adorti:
Mœnia concubia uigileſq; repente cruentant.

Quo in loco animaduertendum eſt: non ſolum ꝙ noctu concubia: ſed etiam ꝙ qua noctu dixerit. Et hoc poſuit in annalium ſeptimo. In quorum.iii. clarius quidem idem dixit:

Hac noctu filo pendebit hetruria tota.

Claudius etiam Quadrigarius annali.iii: Senatus autem de noctu conuenire: noctu multa domum dimitti. Non eſſe ab re puto hoc in loco id quoq; admonere: quod decē uiri in.xii. tabulis īuſitatiſſime nox pro noctu dixerunt. Verba hæc ſunt. Si nox furtum factum ſit: ſi im aliquis occiſit: iure cæſus eſto. In quibus uerbis id etiā notandum eſt: ꝙ ab eo quod is non eū caſu accuſatiuo: ſed im dixerūt. Sed nec die craſtini a doctiſſimo uiro ſine ueterum auctoritate prolatū eſt: quibus mos erat modo die quīti: modo die quinte ꝓ aduerbio copulate dicere. Cuius indicium eſt: ꝙ ſyllaba ſecunda corripitur: quæ natura produciť: cū ſolum dicitur die. Quod autem diximus extremā iſtius uocis ſyllabā: tum per e: tū per i ſcribi cōſuetū id ueteribus fuit: ut his litteris pleꝝq; in fine indifferenter uterentur: ſicuti priſtine & priſtini: procliue ꝓcliui. Venit ecce illius uerſus Pōpiniani in mentem: qui eſt ex attelania: quæ meuia inſcribitur.

Dies hic ſextus cū nihil egi: die quarte moriar fame.

Die priſtine eodē modo dicebatur: quod ſignificabat die priſtino: id eſt priore. quod nunc pridie dicitur: conuerſo compoſitionis ordine quaſi priſtino die. Nec inficias eo lectum apud ueteres die quarto: ſed īueniť hoc de tranſacto non de futuro poſitum. Nam Cneus Martius homo impenſe doctus in mīmiiambis pro eo dicit: quod Nudius quartus nos dicimus: in iis uerſibus. Nuper die quarto ut recordor: & certe aquariū urceū unicum domi fregit. Hoc igiť intererit: ut die quarto quidem de præterito dicamus: die autem quarte de futuro. Verum ne de die craſtini nihil rettuliſſe uideamur: ſuppetit cecilianum illud ex libro hiſtoriarum ſecundo. Si uis mihi equitatum dare: & ipſe cum cætero exercitu me ſequi: die quinti romæ ī capitolio curabo tibi cœnam coctā. Tunc Symmachus: Cæcilius tuus inquit: & hiſtoriam & uerbū ex originibus

.M.Catonis accepit: apud quē ita ſcriptum eſt. Igitur dictatorem car-
thaginenſium magiſter equitum monuit: Mitte romam mecum equi-
tatū: die quinti in capitolio tibi cœna cocta erit. Et Prætextatus: Exiſtīo
non nihil ad demonſtrandam conſuetudinem ueterum etiā & prætoris
uerba cōferre: qbus more maiorū ferias cōcipere ſolet: quæ appellantur
cōpitalia. Ea uerba hæc ſunt: Die noni poſt kalendas iañ. quiritibus cō-
pitalia erunt. Tū Auienus aſpiciens Seruium: Curius inquit: & Fabrici-
us & Coruncanus antiquiſſimi uiri: uel etiā his antiquiores Horatii illi
tergemini plane ac dilucide cum ſuis fabulati ſunt: neque auruncorum
aut ſicanorum aut pelaſgorum qui primi coluiſſe in italia dicunt̄: ſed
ætatis ſuæ uerbis loquebantur. Tu autem proinde quaſi cū matre Euā-
dri nūc loquere. Vis nobis uerba multis iā ſæculis oblitterata reuocare?
ad quorum congeriem præſtantis quoq; uiros: quorum memoriam cō-
tinuus legendi uſus inſtruit: incitaſti. Sed antiquitatem uobis placere
iactatis: q̄ hōeſta & ſobria & modeſta ſit. Viuamus ergo moribus præ-
teritis: præſētibus uerbis loquamur. Ego.n.id quod a.C. Cæſare excel-
lentis ingenii ac prudentiæ uiro in primo de analogia libro ſcriptū eſt:
habeo ſemper in memoria atque in pectore: ut tanq̄ ſcopulū ſic fugiam
infrequens atque inſolens uerbum. Mille denique uerborum taliū eſt:
quæ cum in ore priſcæ auctoritatis crebro fuerint: exauctorata tamen a
ſequenti ætate repudiataq; ſūt. Horum copiam proferre nunc poſſē: ni
tempus iam noctis propinquantis neceſſariæ diſceſſionis nos admone-
ret. Bōa uerba quæſo Prætextatus morali (ut aſſolet) grauitate ſubiecit:
ne inſolenter parentis artiū antiquitatis reuerentiam uerberemus: cuius
amorem tu quoque dum diſſimulas magis prodis. Cum.n.dicis mille
uerborum eſt: quid aliud ſermo tuus niſi ipſam redolet uetuſtatē? Nā
licet.M.Cicero in oratione quā ꝓ Milone cōcepit: ita ſcriptū reliquerit:
Ante fundum Clodii: quo in fundo propter inſanas illas ſubſtructiones
facile mille hominum uerſabatur ualentium: non uerſabantur. quod ī
libris minus accurate ſcriptis reperiri ſolet. Et in ſexta ī Antonium: Qui
inq̄ in illo anno inuentus eſt: qui Lucio Antonio mille nummum ferret
expenſum. Licet Varro quoq; eiuſdem ſæculi homo in ſeptimodecimo
humanarum dixerit: plus mille & centum annorum eſt: tamen fidutiā
ſic componendi non niſi ex antecedentium auctoritate ſumpſerūt. Nā
Quadrigarius in.iii.annalium ita ſcripſit. Ibi occiditur mille hominū.
Et Lucilius in.iii. ſatyrarum

Ad portam mille: a porta eſt ſex inde ſalernum.

Alibi uero & declinationē huius noīs executus ē. Nā ī.xv.libro ita dicit:

Hunc milli paſſum qui uicerit atque duobus:
Campanus ſonipes ſuccurſor nullus ſequat̄.

Maiore ſpatio ac diuerſus uidebitur ire. Idem in libro nono:
Tu milli nummum potes uno quærere centum.

Milli paſſum dixit pro mille paſſibus: & milli nūmum dixit pro mille
nummis. Aperteque oſtendit mille & uocabulum eſſe: & ſingulari nu-
mero dici: & caſum etiam capere ablatiuum: eiuſque pluratiuum eſſe
milia. Mille.n.non ex eo ponit̄: quod græce χίλια dicuntur: ſed quod
χιλιάς. Et ſicut una chilias & duæ chiliades: ita unum mille & duo mi-
lia ueteres certa atque directa ratione dicebant. Et heus tu: his ne tam
doctis uiris: quorū.M.Cicero & Varro imitatores ſe gloriant̄: adimere
uis in uerborum comitiis ius ſuffragandi: & tanq̄ ſexagenarios maiores
de ponte deiicies? Plura de hoc diſſereremus: ni nos īuitos ab inuito di-
ſcedere hora cogeret. Sed uultis ne diē ſequentē: quē ōes pleriq; abaco
& latrunculis conterunt: nos iſtis ſobriis fabulis a primo lucis in cœnæ
tempus ipſam quoque cœnam non obrutam poculis non laſciuientem
ferculis: ſed quæſtionibus doctis pudicam & mutuis ex lecto relationi-
bus exigamus? Sic.n.ferias præ omni negocio fœtas cōmodi ſēſerimus:
non animum ut dicitur remittentes. Nam remittere inquit Muſonius
animum quaſi amittere eſt: ſed demulcentes eum paulū atq; laxantes
iocundis honeſtiſque ſermonū illectationibus. Quos ſi ita decernitis:
diis penatibus meis huc conueniendo gratiſſimum feceritis. Tū Sym-
machus. Nullus qui quidē ſe dignum hoc conuentu meminerit: ſoda-
litatem hanc uel ipſum conuentus regem repudiabit. Sed ne quid ad
perfectionem cœtus deſideretur: inuitandos ad eundem congreſſū cō-
uictumque cenſeo Flauianum qui quāto ſit mirando uiro & uenuſto
patre præſtantior nō minus morum ornatu uitæque grauitate: q̄ copia
profundæ eruditionis aſſeruit: ſimulque Poſthumianum qui foꝝ defē-
ſionum dignatione nobilitat: et Euſtachion qui tantus in omni phi-
loſophiæ genere eſt: ut ſolus nobis repræſentet trium philoſophorū in-
genia: de quibus noſtra antiquitas gloriata eſt. Illos dico quos athenie-
ſes quondam ad ſenatum legauere impetratum: uti multā remitteret:
quā ciuitati eorū fecerat ꝓpter oropi uaſtationem. Ea multa fuerat ta-
lētum fere quingentum. Erant iſti philoſophi Carneades ex academia:
Diogenes ſtoicus: Critolaus peripateticus: quos ferunt ſeorſum quēq;
oſtentādi gratia per celeberrima urbis loca magno hominum conuentu
diſertauiſſe. Fuit (ut relatum eſt) facundia Carneades uiolenta & rapida:
ſcita & tereti Critolaus: modeſta Diogenes etiā ſobria. Sed in ſenatum
ītroducti interprete uſi Celio ſenatore. At hic noſter cum ſectas omnis
aſſecutus: ſed probabiliorem ſecutus ſit: omniaque hæc inter græcos
genera dicēdi ſolus īpleat: inter nos tamen ita ſui locuples interpres eſt:
ut neſcias qua lingua facilius uel ornatius expleat operam diſſerendi.

Probauere omnes Quĩti Aurelii iudicium: quo edecumatos elegit ſodales. Atque his ita conſtitutis primum a prætextato ſimul: deinde a ſe diſcedentes domum quiſque ſuam regreſſi ſunt.

Colloquium inſequentis diei. Cap. iii.

Oſtero die ad ædes Vectii matutini omnes ĩter quos pridie cõuenerat affuerunt: quibus prætextatus in bibliothecam receptis: in qua eos opperiebatur: Præclarum inquit diem mihi fore uideo: cũ & uos adeſtis: & affuturos ſe illi: quos ad conuentus noſtri ſocietatem rogari placuit: ſpoponderunt. Soli Poſthumiano antiquior uiſa eſt ĩſtruẽdaꝝ cura defenſionum: in cuius abnuentis locũ Euſebium graia & doctrina & facundia clarum rhetorem ſurrogauit: ĩſinuauitque omnibus: ut exorto die ſe nobis indulgerent: quando quidẽ nullis hodie officiis publicis occupari fas eſſet. Togatus certe uel trabeatus paludatuſue ſeu prætextatus hac die uidetur nullus. Tũ Auienus ut ei interpellãdi mos erat: Cũ ſacrum mihi ait: ac reipu. nomen prætextate tuum inter uocabula diuerſi habitus refers: admoneor nõ ludicræ: ut extimo quæſtiõis. Cum. n. ueſtitus togæ uel trabeæ ſeu paludamenti nullum de ſe ꝓprii nominis uſũ fecerit: quæro abs te: cur hoc de ſolo prætextæ habitu uſurpauerit uetuſtas: aut huic nomini quæ origo contigerit?

Quæ origo ſit huic nomini quod eſt prætextatus. Cap. iiii.

i Nter hæc Auieni dicta Flauianus & Euſtachius par inſigne amicitiæ ac minimo poſt Euſebius ingreſſi alacriorem fecere cœtum. Acceptaque ac reddita ſalutatione conſederunt: percunctantes quid nã offenderint ſermocinationis. Tũ Vectius peropportune affuiſtis mihi inquit aſſertorem quærenti. Mouet. n. mihi Auienus noſter nominis quæſtionem: & ita originẽ eius flagitat: tanq̃ fides ab eo generis exigẽda ſit. Nam cũ nullus ſit qui appelletur ſuo nomine uel togatus uel trabeatus uel plaudatus: cur prætextatus nomẽ habeat: poſtulat ĩ mediũ proferri. Sed & cum poſti ĩſcriptum ſit delphici tẽpli: & unius e numero ſeptem ſapientum eadem ſit iſta ſententia γνῶθι σ'ἀυτὸν: quid in me ſcire exiſtimandus ſim: ſi nomen ignoro cuius mihi nunc & origo & cã dicenda eſt? Tullius Hoſtilius rex romanorũ tertius debellatis hetruſcis ſellam currulem lictoreſque & togam pictam atque prætextam: quæ ĩſignia magiſtratuum hetruſcorum erant: primus ut romæ haberentur inſtituit. Sed prætextam illo ſæculo puerilis non uſurpabat ætas. Erat. n. ut cætera quæ enumeraui honoris habitus. Sed poſtea Tarquinus Demarati exulis Corinthii filius Priſcus: quẽ quidam Lucumonem uocitatum ferunt: rex tertius ab Hoſtilio: quintus a Romulo de ſabinis egit triumphum. Quo bello filium ſuum annos quattuordecim natũ: ꝙ hoſtem manu percuſſerat: & pro concione laudauit: & bulla aurea prætextaque donauit: inſigniens puerum ultra annos fortem premiis uirilitatis & honoris. Nã ſicut prætexta magiſtratuũ: ita bulla geſtamẽ erat triumphantium: quã in triumpho præ ſe gerebant: incluſis intra eã remediis quæ crederent aduerſus inuidiã ualentiſſima. Hinc deductus mos ut prætexta & bulla in uſum puerorum nobilium uſurparentur ad omen & uota conciliandæ uirtutis ei ſimilis: cui primis ĩ annis munera iſta ceſſerunt. Alii putant eundem Priſcum: cũ is ſtatum ciuium ſolertia prouidi principis ordinaret: cultum quoque ingenuorum puerorum inter præcipua dixiſſe: inſtituiſſeque ut patricii bulla aurea cũ toga: cui purpura prætexitur: uterentur: duntaxat illi quorum patres currulem geſſerant magiſtratum. Cæteris autem ut prætexta tantum uterentur indultũ. Sed uſque ad eos quorum parentes equo ſtipendia iuſta meruiſſent. Libertinis uero nullo iure uti prætextis licebat: ac multo minus peregrinis quibus nulla eſſet cum romanis neceſſitudo: ſed poſtea libertinorum quoque filiis prætexta cõceſſa eſt ex cauſa tali: quã. M. Lælius augur refert: qui bello punico ſecundo duumuiros dicit ex ſenatuſcõſulto propter multa prodigia libros ſibyllinos adiſſe: & inſpectis his nunciaſſe in capitolio ſupplicandum: lectiſterniumque ex collata ſtipe faciendum: ita ut libertinæ quoque quæ longa ueſte uterent' in eam rẽ pecuniam ſubminiſtrarent. Acta igitur obſecratio pueris ingenuis: itéq; libertinis: ſed & uirginibus patrimis: matrimiſque ꝓnũciãtibus carmẽ. Ex quo conceſſum: ut libertinorum quoque filii: qui ex iuſta duntaxat matrefamilias nati fuiſſent: togam prætextam & lorum ĩ collo ꝓ bullæ decore geſtarẽt. Verrius Flaccus ait: Cũ populus ro. peſtilẽtia laboraret: eſſetque reſponſum: id accidere ꝙ dii deſpicerentur: anxiã urbem fuiſſe: quia non intelligeretur oraculum: eueniſſetq; ut circenſium die puer de cœnaculo põpam ſuperne deſpiceret: & matri referret: quo ordine ſecreta ſacrorum in arca pilenti cõpoſita uidiſſet. Qui cum rem geſtam ſenatui nunciaſſet: placuiſſe uelari loca: qua pompa ueheretur: atq; ita peſte ſedata puerum: q ambiguitatẽ ſortis abſoluerat: togæ & prætextæ uſũ munus ĩpetrauiſſe. Vetuſtatis peritiſſimi referũt: in raptu ſabinaꝝ unam mulierem nomine Herſiliam dum adhæreret filiæ ſimul raptã. Quã cum Romulus Oſto cuidam ex agro latino: qui ĩ aſylum eius cõfugerat: uirtute conſpicuo uxorem dediſſet: natum ex ea puerum ante q̃ ulla alia ſabinarum partum ederet: eumque ꝙ primus eſſet in hoſtico procreatus: Hoſtum Hoſtiliũ a matre uocitatum: et eundẽ a Romulo bulla aurea ac prætextæ inſignibus honoratum. Is. n. cum raptas ad cõſolandum uocaſſet: ſpopondiſſe fertur: ſe eius infanti quæ prima ſibi ciuem romanum eſſet enixa: illuſtre munus daturum.

Qua figura ſit bulla. Cap. v.

n Onnulli credunt ingenuis pueris attributum: ut cordis figuram in bulla ante pectus annecterent: quā inſpicientes: ita demū ſe hoīes cogitarēt: ſi corde præſtarēt. Togā quoq; prætextā his additā ut ex purpuræ rubore īgenuitatis pudore regerēt. Diximus unde prætexta: adiecimus & cauſas quibus exiſtimatur conceſſa pueritiæ. Nunc idē habitus quo argumento tranſierit in uſum nominis: paucis explicandū ē. Mos antea ſenatoribus fuit: in curiam cum prætextatis filiis introire. Cum ī ſenatu res maior quæpiam conſultabatur: eaque in diem poſteꝝ ꝓlata eſſet: placuit ut hanc rem ſuper qua tractauiſſent: ne quis enunciaret priuſq̄ decreta eſſet. Mater Papyrii pueri qui cum parente ſuo in curia fuerat: percuntatur filium quidnā ī ſenatu egiſſēt patres. Puer reſpōdit tacendū eſſe: neq; id dici licere. Mulier fit audiendi cupidior ſecretum rei & ſilentium pueri: eius animum ad exquirendum euerberat. Quærit igitur compreſſius uiolentiuſque. Tum puer urgente matre lepidi atq; feſtiui mendacii conſilium capit. Actum in ſenatu dixit: utrum uideret utilius: magiſque ex repu. eſſe: unus ne ut duas uxores haberet: an ut una apud duos nupta eſſet. Hoc ubi illa audiuit: animo cōpaueſcit: domo trepidans egreditur: ad cæteras matronas affert. Poſtridieq; ad ſenatum copioſæ matrūfamilias cateruæ confluunt lachrymantes: atque obſecrantes orant: una potius ut duobus nupta fieret: q̄ uni duæ. Senatores ingredientes curiam: quæ illa mulierum intemperies: & quid ſibi poſtulatio iſtæc uellet: mirabantur. Et non ut paruæ rei prodigium illā uerendi ſexus impudicam inſaniā paueſcebant. Puer Papyrius publicū metum demit. Nam in medium curiæ progreſſus: quid ipſi mater audire inſtitiſſet: quid matri ipſe ſimulaſſet: ſicuti fuerat enarrat. Senatus fidem atque ingenium pueri exoſculatur: conſultumque facit: uti poſthac pueri cum patribus ī curiam non introeāt: præter illū unū Papyriū. Eique puero poſtea cognomētū honoris gratia decreto inditū prætextatus ob tacendi loquendique ī prætexta ætate prudentiā. Hoc cogmentū poſtea familiæ noſtræ ī nomen hæſit. Non aliter dicti Scipiones: niſi ꝙ Cornelius qui patrem luminibus carentem pro baculo gerebat: Scipio cognominatus nomen ex cognomine poſteris dedit. Sic Meſſala tuus Auiene dictus cognomento Valerii' Maximi: qui poſtq̄ meſſanam urbē ſiciliæ nobiliſſimā cœpit: Meſſala cognominatus eſt. Nec mirum ſi ex cognominibus nata ſunt nomina: cum contra & cognomina ex propriis ſint tracta noībus: ut ab Aemilio æmilianus: a Seruio ſeruilianus. Hic ſubiecit Euſebius: Meſſala & Scipio: alter de pietate: de uirtute alter: ut refers cognomina reppererunt: ſed Scropha & Aſina quæ uiris non mediocribus cognomenta ſunt: uolo dicas unde contigerint: cū cōtumeliæ q̄ honori propiora uideantur. Tum ille: Nec honor nec iniuria: ſed



caſus fecit hæc noīa. Nā aſinæ cognōētū Corneliis datū ē: quoniā princeps corneliæ gētis empto fundo ſeu filia data marito: cū ſponſores ab eo ſolēniter poſcerent: aſinā cū pecuniæ onere ꝓduxit ī foꝝ: quaſi ꝓ ſpōſoribus præſēs pignus. Tremellius uero Scropha cognoīatus eſt euētu tali. Is Tremellius cum familia atque liberis in uilla erat. Serui eius cū de uicino ſcropha erraret: ſurreptā cōficiunt. Vicinus aduocatis cuſtodibus omnia circumuenit: ne qua hæc efferri poſſit. Iſque ad dominum appellat reſtitui ſibi pecudem. Tremellius qui ex uillico rem cōperiſſet: ſcrophæ cadauer ſub cētonibus collocat: ſuper quos uxor cubabat. Quæſtionem uicino permittit. Cum uentum eſt ad cubiculū: uerba iuratiōis concipit nullam eſſe in uilla ſua ſcropham: niſi illam inquit quæ in centonibus iacet: lectulū mōſtrat. Ea facetiſſima iuratio Tremellio Scrophæ cognomen dedit. Dum iſta narrantur: unus e famulitio cui prouincia erat admittere uolentes dominū conuenire: Euangelum adeſſe nuntiat cum Dyſario: qui tunc romæ præſtare uidebātur cæteris medendi artem profeſſis. Corrugato indicauere uultu plerique de cōſidentibus Euāgeli interuentum ocio ſuo inamœnum minuſque placido conuentui congruentem. Erat. n. amarulēta dicacitate & līgua proterue mordaci ꝓcax ac ſecurus offenſarum: quas ſine delectu cari uel non amici in ſe paſſim uerbis odia ſerentibus prouocabat. Sed Prætextatus ut erat in omnes æque placidus ac mitis: ut admitterentur miſſis obuiis īperauit. Quos Horus ingredientes Cōmodū cōſecutus comitabatur uir corpore atq; animo iuxta ualidus: qui poſt īter pugiles palmas ad philoſophiæ ſtudia migrauit: ſectamque Anthiſtenis & Cratetis atque ipſius Diogenis ſecutus inter cynicos non incelebris habebat'. Sed Euāgelus poſtq̄ cœtū tantum aſſurgentem ſibi ingreſſus offēdit: caſus ne inquit hos omnes ad te Prætextate contraxit: an altius quiddā cui remotis arbitris opus ſit cogitanti ex diſpoſito cōueniſtis? Quod ſi ita eſt (u exiſtimo) abibo potius q̄ me ueſtris miſcebo ſecretis: a quibus me amouebit uoluntas: licet fortuna feciſſet irruere. Tum Vectius q̄uis ad omnem patientiam conſtanter animi tranquillitate firmus eſſet: non nihil tamen cōſultatione tam proterua motus: Si aut me īquit Euangele: aut hæc innocētiæ luīa cogitaſſes: nullum inter nos tale ſecretum opinareris: quod nō uel tibi: uel & uulgo fieri dilucidum poſſet: quia neque ego ſum immemor: nec horum queq̄ inſciū credo ſācti illius præcepti philoſophiæ: Sic loquēdū eſſe cum hominibus tanq̄ dii audiant: ſic loquendum cum diis tāq̄ homines audiant. Cuius ſecūda pars ſancit: ne quid a diis petamus: quod uelle nos indecorum ſit hominibus confiteri. Nos uero ut & honorem ſacris feriis haberemus: & uitaremus tamen torporem feriandi: atq; ociū in negocium utile uerteremus: conuenimus diem totum doctis fabulis

uelut & ſymbola cōferēdis daturi. Nā ſi p ſacra ſolēnia riuos deducere
religio nulla ꝓhibet: ſi ſalubri fluuio merſare oues fas & iura pmittūt:
cur non religionis honor putetur: dicare ſacris diebus ſacrum ſtudium
litterarum? Sed quia uos quoque deorū aliquis nobis additos uoluit:
facite: ſi uolentibus uobis erit: diem cōmunibus & fabulis & epulis exi-
gamus: quibus ut omnes hodie qui præſentes ſūt acquieſcant: īpetratū
teneo. Tunc ille: Superuenire fabulis non euocatos haud equidē turpe
exiſtimatur: uerum ſponte irruere in conuiuium aliis præparatum:
nec ab Homero ſine nota uel ī fratre memoratum eſt. Et uide ne nimiū
arroganter tres tibi uelis Menelaos contigiſſe: cum illi tanto regi unus
euenerit. Tum omnes Prætextatum iuuantes orare: blandeque ad cōe
inuitare conſortium Euangelum quidē ſæpius & maxime: ſed nōnunq̄
cum eo pariter ingreſſos. Inter hæc Euangelus petitu omnium tēpatus
.M. Varronis īquit libꝝ uobis arbitror nō ignotum ex ſatiris menippeis
qui inſcribitur: Neſcis quid ueſper uehat: in quo conuiuarum numerū
hac lege definit: ut neq; minor q̄ gratiarū ſit: neq; q̄ muſaꝝ numeroſior.
Hic uideo excepto rege conuiuii tot uos eſſe: quot ſunt muſæ. Quid
ergo perfecto numero quæritis adiiciendos? Et Vectius hoc inquit præ-
ſentia ueſtra nobis præſtabit: ut & muſas impleamus: & gratias quas ad
feſtum deorum omnium principis æquum eſt conuenire. Cum igitur
conſediſſent: Horus Auienum intuens: quem familiarius frequentare
ſolitus erat: in hoc inquit Saturni cultu quem deorum principē dicitis:
ritus uidetur ab ægyptiorum religioſiſſima gente in arcana templorum
uſque ad Alexandri Macedonis occaſum: poſt quē tyrannide Ptolemæ-
orum preſſi hos quoque deos in cultum recipere alexandrinorum more
apud quos præcipue colebantur: coacti ſunt. Ita tamen imperio parue-
runt: ut non omnino religionis ſuæ obſeruata confunderent. Nā quia
nunq̄ fas fuit ægyptiis pecudibus aut ſanguine: ſed precibus & thure
ſolo placare deos: his autē duobus aduenis hoſtiæ erant ex more mac-
tandæ: fana eorum extra pomeriū locauerunt: ut & illi ſacrificii ſolēnis
ſibi cruore colerentur: nec tamen urbana templa pecudum morte pol-
luerentur. Nullum itaque ægypti oppidum intra muros ſuos aut Sa-
turni aut Sarapis fanū recipit. Hoꝝ alteꝝ uix ægreq; a uobis admiſſū
audio: Saturnum uero uel maximo inter cæteros honore celebratis. Si
ergo nihil eſt quod me hoc ſcire prohibeat: uolo in medium proferatur.
Hic Auienus ī Prætextatum expectationem conſulentis remittens: Li-
cet omnes ait: qui adſunt pari doctrina polleant: ſacrorū tamen omniū
Vectius unice cōſcius pōt tibi & originē cultus: q huic deo penditur: &
cauſam feſti ſolennis aperire. Quod cum Prætextatus in alios refūdere
tentaſſet: omnes ab eo impetrauerunt: ut ipſe diſſereret. Tūc ille ſilētio

facto ita exortus eſt.

## Saturnaliorum origo. Cap.

S Aturnaliorum originem illam mihi in medium proferre fas eſt:
nō quæ ad arcanā diuinitatis naturā refertur: ſed quæ aut fabulis
admixta diſſeritur: aut a philoſophis in uulgus aperitur. Nam occultas
& manantes ex meri ueri fonte rationes ne in ipſis quidē ſacris enarrari
permittitur. Sed ſiquis illas aſſequitur: continere intra conſcientiam
tectas iubetur. Vnde quæ ſcire fas eſt: Horus noſter licebit mecū reco-
gnoſcat: Regionē iſtam: quæ nunc uocatur italia: regno Ianus obtinuit.
Qui (ut Higinius Protarchū Tralianum ſecutus tradit) cū Cameſe æq;
indigena terram hanc ita participata potentia poſſidebant: ut regio ca-
meſene: oppidum ianiculum uocitaretur. Poſt ad Ianum ſolum regnū
redactum eſt: qui creditur geminā faciem prætuliſſe: ut quæ ante quæq;
poſt tergū eſſent: intueretur. Quod procul dubio ad prudentiam regis
ſolertiamq; referendum eſt: qui & præterita noſſet: & futura ꝓſpiceret:
ſicut Anteuorta & Poſtuorta diuinitatis ſcilicet aptiſſiæ comites apud
romanos coluntur. Hic igitur Ianus: cum Saturnum claſſe peruectum
excepiſſet hoſpitio: & ab eo edoctus peritiam ruris ferum illum & rudē
āte fruges cognitas uictum ī melius redegiſſet: regni eum ſocietate mu-
nerauit. Cum primus quoque æra ſignaret: ſeruauit & in hoc Saturni
reuerentiā: ut quoniā ille naui fuerat aduectus: ex una quidē parte ſui
capitis effigies ex altera uero nauis exprimeret: quo Saturni memoriā
etiam in poſteros propagaret. Aes ita fuiſſe ſignatū hodieque ītelligit
in aleæ luſum: cum pueri denarios in ſublime iactantes: capita aut nauī
luſu teſte uetuſtatis exclamant. Hos una concordes regnaſſe uicinaq;
oppida opera cōmuni condidiſſe: præter Maronem qui refert: ianiculū
huic: illi fuerat ſaturnia nomen: etiā illud in promptu eſt: quod poſteri
quoque duos eis continuos menſes dicarūt: ut december ſacrum Satni:
Ianuarius alterius uocabulum poſſideret. Cum inter hæc ſubito Satur-
nus non cōparuiſſet: excogitauit Ianus honorum eius augmentum. Ac
primum terram omnem ditioni ſuæ parentem ſaturniam nominauit.
Aram deinde cum ſacris tāq̄ deo condidit: quæ ſaturnalia nominauit.
Tot ſæculis ſaturnalia præcedunt romanæ urbis ætatē. Obſeruari igit
eum iuſſit maieſtate religionis quaſi uitæ melioris auctorem. Simula-
crum eius indicio eſt: cui falcē īſigne meſſis adiecit. Huic deo inſertiōes
ſurculorum pomorumq; eductiones & omnium eiuſcemodi fertilium
tribuunt diſciplinas. Cyrenenſes etiā cū rē diuinam ei faciunt: ficis recē-
tibus coronantur: placentaſque mutuo miſitant mellis & fructuum re-
pertorem Saturnum extimantes. Hunc romani etiā Sterculium uocāt:
ꝙ prius ſtercore fœcunditatem agris comparauerit. Regni eius tēpora

fœliciſſima feruntur: cũ propter rerum copiam: tum etiã ꝙ nondũ qſq̃ ſeruitio uel libertate diſcrimĩabatur. Quæ res intelli poteſt: ꝙ ſaturnalibus tota ſeruis licẽtia permittitur. Alia ſaturnaliorum cauſa ſic tradit̃. Qui erant ab Hercule in italia relicti: ut quidam ferunt: irato ꝙ ĩcuſtoditum fuiſſet armentum (ut nonnulli extimant) conſulto eos relĩquente ut aram ſuam atque ædem ab incurſionibus tuerentur. Hi.n. cum a latronibus infeſtarẽtur: occupato edito colle ſaturnios ſe nominauerũt: quo ante nomine etiã idẽ collis uocabatur. Et quia ſe eius dei ſenſerũt nomine ac religione tutos inſtituiſſe ſaturnalia feruntur: ut agreſtes uicinorum animos ad maiorem ſacri reuerentiam ipſa indicti feſti obſeruatio uocaret. Næc illam cauſam quæ ſaturnalibus aſſignatur ignoro: ꝙ pelaſgi (ſicut Varro memorat) cum ſedibus ſuis pulſi diuerſas terras petiſſent: confluxerunt plerique dodonam: & incerti quibus adhærrẽt locis: eiuſmodi accepere reſponſum:

ϛείγετει μαιόμενοι σικέλων σατούρνιον αἶαν.
Τὴνδ᾽ἀβορειγενέων κοτύλην οὗ νᾶσος ὀχεῖται
οἷς ἀναμιχθέντες δεκάτην ἐκπέμπετε φοιβο
καὶ κεφαλὰς ἅδη καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα.

Acceptaque ſorte: cum latium poſt errores plurimos appuliſſent: ĩ lacu cutulienſi natam inſulam deprehenderunt. Ampliſſimus.n. ceſpes ſiue ille continens limus ſeu paludis fuit coacta compage uirgultis & arboribus in ſiluæ licentiam comptus: iactantibus per omne mare fluctibus uagabatur: ut fides ex hoc etiã delo facta ſit: quæ celſa montibus: uaſta campis tamen per maria migrabat. Hoc igitur miraculo deprehẽſo has tibi ſedes prædictas eſſe didicerunt: uaſtatiſque ſicilienſibus incolis occupauere regionem: decima prædæ ſecundum reſponſũ Apollini conſecrata: erectis Diti ſacello & Saturno ara. Cuius feſtum ſaturnalia nominauerunt. Cũq; diu humanis capitibus Ditem & uirorum uictimis Saturnum placare ſe crederent propter oraculum in quo erat:

καὶ κεφαλας ἅδη καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα

Herculem ferunt poſtea cum Geryonis pecore per italiam reuertentem ſuaſiſſe illorum poſteris: ut fauſtis ſacrificiis ĩfauſta mutarent: ĩferẽtes Diti nõ hominum capita: ſed oſcilla ad humanam effigiem arte ſimulata. Et aras ſaturnias non mactando uiro: ſed accẽſis luminibus excolentes: quia nõ ſolum uirum: ſed & lumina φῶτα ſignificãt. Inde mos per ſaturnalia miſſitandis cæreis cœpit. Alii cæreos non ob aliud mitti putant: q̃ ꝙ hoc principe ab incomi & tenebroſa uita quaſi ad lucem & bonarum artium ſcientiam editi ſumus. Illud quoque ĩ litteris ĩuenio: ꝙ cum multi occaſione ſaturnaliorum per auaritiã a clientibus ambitioſe munera exigerẽt: idq; onus tenuiores grauaret: Publicius tribunus plebis tulit: ut non niſi cærei ditioribus miſſitarentur. Hic Albinus Cecinna ſubiecit: Qualem nũc permutationẽ ſacrificii Prætextate memoraſti: inuenio poſtea compitalibus celebratam: cũ ludi per urbẽ ĩ cõpitis agitabant̃. Reſtituti ſcilicet a Tarquino ſuperbo Laribus ac Maniæ ex reſponſo Apollinis. quo præceptum eſt: ut capitibus pro capitibus ſupplicaretur. Idque aliq̃diu obſeruatum: ut pro familiarũ ſoſpitate pueri mactarentur Maniæ deæ matri Larum. Quod ſacrificii genus: Iunius Brutus conſul pulſo Tarquino aliter conſtituit celebrandum. Nã capitibus alii & papaueris ſupplicari iuſſit: ut reſpõſo Apollini ſatiſfieret de nomine capitũ: remoto.ſ. ſcelere infauſtæ ſacrificationis. Factumq; eſt: ut effigies Maniæ ſuſpenſæ pro ſingulorum foribus periculum ſiquod immineret familiis expiarent. Ludoſque ex uiis compitorum in quibus agitabantur: cõpitalia appellitauerunt. Sed perge cætera & Prætextatus Bene & opportune ſimilis emendatio ſacrificiorũ relata eſt. Sed ex his cauſis quæ de origĩe huius feſti relatæ ſũt: apparet ſaturnalia uetuſtiora eſſe urbe romana: adeo ut ante romam in græcia hoc ſolenne cœpiſſe Lucius Accius in annalibus ſuis referat his uerbis:

Maxima pars graium ſaturno & maximæ athenæ
Conficiunt ſacra quæ cronia eſſe iterant̃ ab illis.
Cumq; diem celebrant per agros urbeſq; fere omnes
Exercẽt epulis læti famuloſque procurant
Quiſque ſuos: noſtrique itidem. & mos traditus illinc
Iſte: ut cum dominis famuli epulentur ibidem.

Nũc de ipſo dei tẽplo pauca referẽda ſũt. Tulliũ Hoſtiliũ cũ bis de albanis de ſabinis tertio triũphaſſet: inuenio fanũ Saturno ex uoto conſecrauiſſe: & ſaturnalia tunc primum romæ inſtituta. Quãuis Varro libro .vi. qui eſt de ſacris ædibus: ſcribat ædem Saturni ad forum faciendum locaſſe Lucium Tarquinum regem: Titum uero Largium dictatorẽ ſat̃nalibus eã dedicaſſe. Nec me fugit Gellium ſcribere ſenatum decreſſe: ut ædes Saturni fieret: eique rei Lucium Furium tribunum militũ præfuiſſe. Habet aram & ante ſe cœnaculum. Illic græco ritu capite operto res diuina fit: quia primo a pelaſgis poſt ab Hercule ita eam a principio factitatam putant. Aedem uero Saturni ærariũ romani eſſe uoluerũt: ꝙ tempore quo incoluit italiam: fertur in eius finibus nullum eſſe furtũ cõmiſſum: aut quia ſub illo nihil erat cuiuſque priuatum. Nec ſignare ſolum: aut ptiri limite campum fas erat: ĩ mediũ quærebãt. Ideo apud eum locaretur populi pecunia cõmunis: ſub quo fuiſſẽt cũctis uniuerſa cõmunia. Illud non omiſerim: Tritonas cum buccinis faſtigio Saturni ædis ſuperpoſitas: quoniam ab eius commemoratione ad noſtrã ætatẽ hiſtoria elata & quaſi uocalis eſt: ante uero muta & obſcura & incognita

quod teſtantur caudæ Tritonum humi merſæ & abſconditæ. Cur autẽ Saturnus ipſe ĩ compedibus uiſatur: Verrius Flaccus cauſã ſe ignorare dicit. Verum mihi Apollodori lectio ſuggerit. Saturnum Apollodorus alligari ait per annum laneo uinculo: & ſolui ad diem ſibi feſtũ.i. mẽſe hoc decembri. Atq; inde prouerbium ductũ: Deos laneos pedes habere. Significari uero decimo menſe ſemen inutero animatum in uitã grandeſcere: ꝙ donec erumpat in lucem: mollibus naturæ uinculis detinet᷑. Eſt porro idem κρόνος καὶ χρόνος. Saturnũ.n.ĩ quantũ mythici fictionibus diſtrahunt: in tantum phyſici ad quandã ueri ſimilitudinem reuocant. Hunc aiũt abſcidiſſe Cælii patris pudenda: quibus in mare deiectis Venerẽ procreatam: quæ a ſpuma undæ coaluit ἀφροδίτη nomẽ accepit. Exquo intelligi uolunt: cum chaos eſſet: tempora nõ fuiſſe. Siquidem tẽpus eſt certa dimenſio: quæ ex cæli cõuerſione colligit᷑. Tẽpus cœpit inde. Ab ipſo natus putat᷑ κρόνος: q(ut diximus) χρόνος eſt cũq; ſemina rerum omnium poſt cælum gignendarum de cælo fluerent: et elementa uniuerſa quæ mundo plenitudinẽ facerent: ex illis ſeminibus funderentur: ubi mundus omnibus ſuis partibus membriſq; perfectus eſt. Certo iam tempore finis factus eſt procedẽdi de cælo ſemina ad elementorum conceptionem: quippe quæ iam plena fuerant procreata. Animalium uero æternã propagationem ad Venerẽ generandi facultas ex humore tranſlata eſt: ut per coitum maris fœminæque cuncta deinceps gignerent᷑. Propter abſciſorũ pudendorum fabulam etiam noſtri eũ Saturnũ uocitauerunt παρὰ τὴν σάθην: qui mẽbrũ uirile declarat: ueluti Saturnium. Vnde ſatyros etiã ueluti ſathunos (ꝙ ſint in libidinẽ proni) appellatos opĩantur. Falcem ei quidam putãt attributã: ꝙ tẽpus omnia metat execet & incidat. Hunc aiunt filios ſuos ſolitũ deuorare: eoſdemque rurſus euomere. Per quod ſimiliter ſignificatur eum tẽpus eſſe a quo uicibus cuncta gignãtur abſumãturq;: et eo denuo renaſcãt᷑. Eundem a filio pulſũ: quid aliud eſt q̃ tempora ſeneſcentia ab his quæ poſt ſunt nata depelli? Vinctum autem: ꝙ certa lege naturæ connexa ſit tempora: uel ꝙ omnes fruges quibuſdam uinculis nodiſq; alternet᷑. Nam & falcem uolunt fabulæ ĩ ſiciliam decidiſſe: quod ſit terra iſta uel maxime fertilis. Et quia Ianum cũ Saturno regnaſſe memorauimus: de Saturno autem quid mythici uel phyſici exiſtiment: iam relatum eſt: de Iano quoque quid ab utriſque iactetur: ĩ medium proferemus. Mythici referunt regnante Iano omnium domos religione ac ſanctitate fuiſſe munitas. Iccircoque ei diuinos honores eſſe decretos & ob merita introitus & exitus ædium eidẽ conſecratos. Xenon quoq; primo italicũ tradidit Ianum in italia primum diis templa feciſſe: & ritus inſtituiſſe ſacrorum: ideo eum in ſacrificiis præfationẽ meruiſſe perpetuã. Quidã ideo eum dictum bifrontem putant: ꝙ & præterita ſciuerit: & futura ꝓuiderit. Sed phyſici eum magnis conſecrant argumẽtis diuinitatis. Nã ſunt qui Ianum eundem eſſe atque Apollinem & Dianam dicant: & ĩ hoc uno utrũq; exprimi numen affirmẽt. Et.n. ſicut Nigidius quoque refert: apud græcos Apollo colitur: q θυραῖος uocatur: eiuſq; aras ante fores ſuas celebrant: ipſũ exitus & introitus demonſtrantes potentem. Idem Apollo apud illos & ἀγυιεύς nuncupatur: quaſi uiis præpoſitus urbanis. Illi.n. uias quæ intra pomeria ſunt: ἀγυιάς appellant. Dianæ uero ut triuiæ uiarum omnium iidẽ tribuunt poteſtatẽ. Sed apud nos Ianum omnibus præeſſe ianuis nomen oſtendit: quod ẽ ſimile θυραῖον. Nam & cum claui & cum uirga figuratur: quaſi omnium & portarum cuſtos & rector uiarum. Pronũtiauit Nigidius Apollinem Ianum eſſe: Dianamque Ianam appoſita.d. littera quæ ſæpe ĩ litteræ cauſa decoris apponitur: ut reditur: redhibetur: redintegratur: & ſimilia. Ianũ quidã ſolem demonſtrari uolunt: & ideo geminum quaſi utriuſque ianuæ cæleſtis potentem qui exoriens aperiat diem: occidens claudat. Inuocarique primum: cum alicui deo res diuina cælebratur: ut per eum pateat ad illum cui immolatur acceſſus: quaſi preces ſupplicũ per portas ſuas ad deos ipſe tranſmittat. Inde & ſimulacrum eius plerũq; fingitur manu dextera tercẽtorum: & ſiniſtra ſexaginta & quinque numerũ tenens ad demonſtrandam anni dimenſionẽ: quæ præcipua eſt ſolis poteſtas. Alii mundum.i. cælum eſſe uoluerunt. Ianumque ab eundo dictum: ꝙ mundus ſemper eat: dum in orbem uoluitur: & ex ſe initium faciens ĩ ſe refertur. Vnde Cornificius etymorum libro .iii. Cicero inquit: non Ianum: ſed Eanũ nominat ab eundo. Hinc & phœnices ĩ ſacris imaginẽ eius exprimentes draconem finxerunt in orbem redactũ caudamq; ſuã deuorantem: ut appareat mundum & ex ſe ipſo ali et ĩ ſe reuolui. Ideo & apud nos in quattuor partes ſpectat: ut demonſtrat ſimulacrum eius faleris aduectum. Caius Baſſus in eo libro quẽ de diis compoſuit. Ianũ bifrontem fingi ait: quaſi ſuperum atque inferum ianitorem: eundem quadriformem quaſi uniuerſa climata maieſtate complexũ. Saliorum quoque antiquiſſimis carminibus deorũ deus canit᷑. M. etiã Meſſalla Cnei Domicii in conſulatu collega: idemque per annos quinquaginta & quinq; augur: de Iano ita incipit: Qui cuncta fingit: eademq; regit: aquæ terræque uim ac naturam grauem atque pronam in profundum dilabentem: ignis atq; animæ leuem ĩ immenſum ſublime fugientem copulauit circundato cælo. quæ uis cæli maxima duas uis diſpares colligauit. In ſacriſque ĩuocamus Ianum geminum: Ianum patrem: Ianum iunonium: Ianum conſiuium: Ianum quirinum: Ianum petultium & clauſium. Cur geminum inuocemus: ſupra iam diximus. patrem: quaſi

deorum deum. Iunonium:quaſi non ſolū menſis ianuarii:ſed menſiū omnium ingreſſus tenentem. In ditione autē Iunonis ſūt omnes kalēdæ. Vnde & Varro libro.v. rerum humanarum ſcribit: Iano duodecim aras pro totidem menſibus dedicatas. Conſiuium:a conſerendo.i.ꝓpagine generis humani: quæ a Iano auctore conſeritur. Quirinum:quaſi bellorum potentem : ab haſta quā ſabini curim uocant. Patultium & cluſiuium:quia bello caulæ eius patent:pace clauduntur. Huius autem rei hæc cauſa narratur. Cū bello Sabino:quod uirginū raptarum gratia cōmiſſum eſt:romani portam: quæ ſub radicibus collis uiminalis erat: quæ poſtea ex euentu ianualis uocata eſt:claudere feſtinarēt:quia ī ipſā hoſtes irruebant. Poſtq̄ eſt clauſa:mox ſponte patefacta eſt. Cūq; iterū ac tertio idem contigiſſet:armati plurimi pro limine:quia claudere neq̄bant:cuſtodes ſteterunt. Cumque ex altera parte a cerrimo prælio certaretur ſubito fama pertulit fuſos a Tatio noſtros : quā ob cauſā romani qui aditum tuebantur:territi profugerunt. Cumque ſabini per portam patentem irrupturi eſſent:fertur ex æde Iani per hanc portam magnam uim torrentium undis ſcatentibus erupiſſe:multaſque perduellium cateruas aut exuſtas feruenti aqua:aut deuoratas rapida uoragine depiiſſe. Ea re placitum:ut belli tempore uelut ad urbis auxilium ꝓfecto deo: fores reſerarentur. Hæc de Iano. Sed ut ad ſaturnalia reuertamur:bellū ſaturnalibus ſumere nefas habitum: pœnas a nocente iiſdē diebus exigere:piaculare eſt. Apud maiores noſtros ſaturnalia die uno finiebant: qui erat ad quartumdecimum kalendas ianuarias. Sed poſtq̄.C.Cæſar huic mēſi duos addidit dies.xvi.cœpta celebrari. Ea re factum eſt:ut cū uulgus ignoraret certum ſaturnaliorum diē : nonnullique a.C. Cæſare inſerto die:& alii uetere more celebrarent: plures dies ſaturnalia numerarent. Licet & apud ueteres opinio fuerit ſeptem diebus peragi ſatnalia : ſi opinio uocanda eſt quæ idoneis firmatur auctoribus. Nouius.n. probatiſſimus atellanarum ſcriptor ait: Olī expectata ueniunt ſeptem ſaturnalia. Mummius quoque:qui poſt Nouium & Pomponiū diu iacentem artem atellaniam ſuſcitauit: Noſtri inquit maiores uelut bene multa inſtituere:hoc optime a frigore fecere ſūmo dies ſeptē ſaturnalia. Sed Mallius ait:eos qui ſe ut ſupra diximus Saturni nomine & religione defenderant:per triduū feſtos inſtituiſſe dies:& ſatnalia uocauiſſe. Vnde & Auguſtus huius inquit rei opinionem ſecutus in legibus iudiciariis triduo ferias ſeruari iuſſit. Maſurius & alii uno die.i.xiiii.kalendas ianuarii affuiſſe ſaturnalia crediderūt. Quorum ſentētiā Feneſtella confirmat dicens Aemiliam uirginem.xv. kalendarum ianuarium eſſe dānatam. quo die ſi ſaturnalia gererentur : nec cauſā omnino dixiſſet. Deinde adiecit: Sequebātur eū diem ſaturnalia. Mox ait: Poſtero aūt die qui fuit.xiii.kalendarum ianuariarum Liciniam uirginē ut cauſam diceret iuſſam. Ex quo oſtendit.xiii. kalendas ꝓfeſtum eſſe. Xii. uero feriæ ſunt diuæ Angeroniæ: cui pontifices ī ſacello Volupiæ ſacrum faciunt: quā Verrius Flaccus Angeroniam dici ait: ꝙ angores ac animorū ſolicitudines propiciata depellat. Maſurius adiicit ſimulacrum eius deæ ore obligato atque ſignato ī ara Volupiæ propterea collocatum: ꝙ qui ſuos dolores anxietateſque diſſimulant:perueniant patientiæ beneficio ad maximam uoluptatem. Iulius Modeſtus ideo ſacrificari huic deæ dicit:ꝙ populus romanus morbo:qui anginia dicitur:præmiſſo uoto ſit liberatus. Xi.autem kalend. feriæ ſunt Laribus dedicatæ:quibus eodē bello antiochiæ Aemilius Regilius prætor ī campo martio curandā uouit. X. kalend. feriæ ſunt Iouis:quæ appellantur larētinalia:de quibus quia fabulari libet : hæ ſunt opiniones. Ferunt enim regnante Anco æditiuum Herculis per ferias ociantem deum teſſeris prouocaſſe ipſo utriuſque manum tuente:adiecta conditione ut uictus cœna ſcortoque multaretur. Victore itaque Hercule illum Accam Larentiam nobiliſſimum id tempus ſcortum intra ædem īcluſiſſe cum cœna: eāq; poſtero die diſtuliſſe rumorem: ꝙ poſt cōcubitum dei accepiſſet munus:ne cōmodum primæ occaſionis cum ſe domum reciperet offerendæ aſpernaretur. Eueniſſe itaque ut egreſſa mox templa a Carutio capto eius pulchritudine compellaretur: cuius uoluntatem ſecuta : ſūptaque nuptiis poſt obitum uiri omnium bonorum eius facta compos:cum decederet: .p.romanum nuncupauit hæredem. Et ideo ab Anco in uelabro loco celeberrimo urbis ſculpta eſt:ac ſolenne ſacrificium eidem cōſtitutum: quo diis manibus eius per flaminē ſacrificaretur. Iouiq; feriæ cōſecratæ: quia extimauerunt antiqui animas a Ioue dari:& rurſus poſt mortē eidē reddi. Cato ait:Larentiam meretricio quæſtu locupletatā poſt exceſſū ſuum populo romano agros turacem ſemurium lincerium & ſolinium reliquiſſe: & ideo ſepulchri magnificentia & annuæ parentationis honore dignatam. Macer hiſtoriarū libro primo Fauſtuli coniungē Accā Larentiam Romuli & Remi nutricem fuiſſe confirmat. Hāc regnante Romulo Carutio cuidā Tuſco diuiti denuptam auctamque hæreditate uiri:quam primo Romulo quem educaſſet reliquit:& ab eo parentalia diemque feſtum pietatis cauſa ſtatutum. Ex his ergo omnibus colligi poteſt:& uno die ſaturnalia fuiſſe:& non niſi.xiiii.kalēdaꝝ ianuariarū celebrata:quo ſolo die apud ædem Saturni conuiuio ſoluto ſaturnalia clamitabantur:qui dies nunc opalibus inter ſaturnalia deputatur:cum primum Saturno pariter & Opi fuerit aſcriptus. Hāc autē deā Opem Saturni coniugem crediderunt:& ideo hoc menſe ſaturnalia: itemque opalia celebrari:ꝙ Saturnus eiuſque uxor tā frugū q̄ fructuū reptores

eſſe credantur. Itaque omni iam fœtu agrorum coacto ab hominibus
hos deos coli: quaſi uitæ cultioris auctores: quos etiã nonnullis cælũ &
terram eſſe: perſuaſum eſt: Saturnũque a ſatu dictum: cuius cauſa de
cælo eſt: & terram Opem: cuius ope humanæ uitæ alimenta quærunt̃:
uel ab opere p quod fructus frugeſq; naſcunt̃. Huic deæ ſedentes uota
concipiunt: terramque de induſtria tangunt: demonſtrantes ipſã matrẽ
terram eſſe mortalibus appetendam. Philochorus Saturno & Opi pri/
mum ĩ attica ſtatuiſſe aram Cecropem dicit: eoſq; deos pro Ioue terraq;
coluiſſe: inſtituiſſeque ut patres familiarum & frugibus & fructibus iã
coactis paſſim cum ſeruis ueſcerentur: cum quibus patientiam laboris ĩ
colendo rure tolerauerant: delectari. n. deum honore ſeruorum contẽ/
platu laboris. Hinc eſt: quod ex inſtituto peregrino huic deo ſacrũ apto
capite facimus. Abunde iam probaſſe nos extimo ſaturnalia uno tantũ
die. i. xiiii. kalend. ſolita celebrari. Sed poſt ĩ triduum propagata: primũ
ex adiectis a Cæſare huic menſe diebus: deinde ex edicto Auguſti quo
trium dierum ferias ſaturnalibus addixit. A. xvi. igitur cœpta in. xiiii.
deſinunt: quo ſolo fieri ante conſueuerãt. Sed ſigillariorum adiecta ce/
lebritas in ſeptem dies diſcurſum publicum & læticiã religionis extẽdit.
Tunc Euãgelus: Hoc quidẽ inquit iã ferre nõ poſſũ: quod Prætextatus
noſter in ingenii ſui pompam & oſtentationẽ loquendi uel paulo ante
honori alicuius dei aſſignari uoluit: ꝙ ſerui cum dominis ueſcerentur:
quaſi uero curent diuina de ſeruis: aut ſapiens quiſq̃ domi ſuæ contu/
meliam tam fœdæ ſocietatis admittat: uel nunc ſigillaria quæ luſũ rep/
tanti adhuc infantiæ oſcillis fictilibus præbent: tentat officio religionis
aſcribere. Et quia princeps religioſorum putatur: nonnulla iam & ſup/
ſtitionis admiſcet: quaſi uero nobis fas non ſit Prætextato aliquãdo nõ
credere. Hic cũ omnes exhorruiſſent: Prætextatus renidẽs: Superſtiti/
oſum me Euangele: nec dignũ cui credatur exiſtimes uolo: niſi utriuſq;
tibi rei fidem aſſerta ratio monſtrauerit. Et ut primum de ſeruis loqua/
mur: ioco ne an ſerio putas eſſe hominum genus: quod dii immortales
nec cura ſua nec prouidentia dignentur: an forte ſeruos in hominũ nu/
mero eſſe non pateris? Audi igitur quanta dignatio de ſerui ſupplicio
cælum penetrauerit.

Hiſtoria Atronii de ſeruo punito. Cap. ⁊

a Nno. n. poſt romam conditam quadringẽteſimo quadrageſimo/
quarto Atronius quidam maximus ſeruum ſuum uerberatum
patibuloque conſtrictum ante ſpectaculi cõmiſſionem per circum egit.
Ob hanc cauſam indignatus Iuppiter Annio cuidam per quietem im/
perauit: ut ſenatui nunciaret: non ſibi placuiſſe plenum crudelitatis ad/
miſſũ. Quo diſſimulante filium ipſius mors repentina conſumpſit: ac

poſt ſecundam denunciationem ob eandem negligentiam ipſe quoque
in ſubitam corporis debilitatem ſolutus eſt. Sic demũ ex conſilio ami/
corum lectica delatus ſenatui rettulit: & uix conſumato ſermone ſine
mora recuperata bona ualitudine curia pedibus egreſſus eſt. Ex ſenatus
itaque conſulto & meuia lege ad propiciandum Iouem additus eſt illis
circenſibus dies: iſque inſtauraticius dictus eſt: non a patibulo ut quidã
putant græco nomine ἀπὸ τοῦ σταυροῦ: ſed a redintegratione: ut Var/
roni placet: q inſtaurare ait eſſe inſtar nouare. Vides quãta de ſeruo ad
deorum ſummum cura peruenerit? Tibi autem unde in ſeruos tantum
& tam immane faſtidium: quaſi non ex iiſdem tibi & conſtent & alant̃
elementis: eundemque ſpiritum ab eodem principio carpãt. Vis tu co/
gitare eos: quos ius tuum uocas: iiſdem ſeminibus ortos: eodẽ frui cælo:
æque uiuere: æque mori. Serui ſunt: ĩmo homines. Serui ſũt: ĩmo con/
ſerui. Si cogitaueris tantundem in utroſque licere fortunæ: tam tu illũ
uidere liberum potes: q̃ ille te ſeruũ. Neſcis qua ætate Hecuba ſeruire
cœpit: qua Crœſus: qua Darii mater: qua Diogenes: qua Platon ipſe.
Poſtremo quid ita nomen ſeruitutis horremus? Seruus eſt quidem ſed
neceſſitate. Sed fortaſſe libero aĩo ſeruus eſt. Hoc illi nocebit: ſi oſtẽ/
deris: quis non ſit. Alius libidini ſeruit: alius auaritiæ: alius ambitioni:
omnes ſpei: omnes timori. Et certe nulla ſeruitus turpior: q̃ uolũtaria.
At nos iugo a fortuna impoſito ſubiacentem tanq̃ miſerum uilemque
calcamus. Quod uero nos noſtris ceruicibus inſerimus: non patimur
reprehendi. Inuenies inter ſeruos aliquem pecunia fortiorem. Inuenies
dominum ſpe lucri oſcula alienorum ſeruorum manibus infigentem.
Nõ ergo fortuna homines æſtimabo: ſed moribus. Sibi qſq; dat mores:
Conditionẽ caſus aſſignat. Quemadmodum ſtultus eſt: qui empturus
equum non ipſum inſpicit: ſed ſtratum eius ac frenos: ſic ſtultiſſimus
eſt qui hominẽ aut ex ueſte: aut ex conditione: quæ modo ueſtis nobis
circũdata eſt: æſtimandũ putat. Non eſt mi Euangele ꝙ amicũ tantum
in foro & in curia quæras. Si diligẽter attẽderis: ĩuenies & domi. Tu mõ
uiue cum ſeruo clæmenter: comiter quoque & in ſermonem illum & nõ/
nunq̃ in neceſſariũ admitte conſiliũ. Nam & noſtri maiores omnẽ do/
minis inuidiam: omnẽ ſeruis contumeliam detrahẽtes: dominũ patrẽ/
familias: ſeruos familiares appellauerunt. Colant ergo te potius ſerui
tui (mihi crede) q̃ timeant. Dicet aliquis nunc me dominos de faſtigio
ſuo deiicere: & quodamodo ad pilleum ſeruos uocare: quos debere dixi
magis colere q̃ timere. Hoc qui ſẽſerit: obliuiſcetur id dominis parum
nõ eſſe: quod diis ſatis eſt. Deĩde q colit̃ etiã amat̃. Nõ poteſt amor cũ
timore miſceri. Vnde putas arrogãtiſſimum illud manaſſe prouerbiũ:
quod iactat̃: Totidẽ nobis hoſtes eſſe quot ſeruos. Nõ habemus illos

hoſtes:ſed facimus cũ ĩ illos ſuperbiſſimi cõtumelioſiſſimi crudeliſſimi ſumus:& ad rabiẽ nos cogunt peruenire delitiæ:ut quicquid non ex uoluntate reſpondit:iram furoremque euocet. Domini.n. nobis animos induimus tyrannorum:& non quantũ decet:ſed quantum licet exercere uolumus in ſeruos. Nam (ut cætera crudelitatis genera prætercam) ſũt qui dum ſe menſæ copiis & auiditate diſtendunt:circunſtantibus ſeruis mouere labra:nec in hoc quidem ut loquãtur licere permittunt. Virga murmur omne cõpeſcitur. Et ne fortuita quidẽ uerberibus excepta ſũt. Tuſſis ſternutamentum ſingultus magno malo luit. Sic fit: ut iſti de domino loquantur:quibus coram domino loqui non licet. At illi qbus non tantũ præſentibus dominis:ſed cum ipſis ſermo erat : quorũ os nõ conſuebatur:parati erant pro domino porrigere ceruicem: & periculum imminens in caput ſuum uertere. In conuiuiis loquebantur:ſed in tormentis tacebant. Vis exercitas in ſeruili pectore uirtutes recenſeamus? Primus tibi Vrbinus occurrat: qui cum iuſſus occidi in reatino lateret: latebris proditis unus ex ſeruis annulo eius & ueſte inſignitus in cubiculo:ad quod irruebant qui perſequebantur:pro domino iacuit: militibuſque ingredientibus ceruicem præbuit : & ictũ tãq̃ Vrbinus excepit. Vrbinus poſtea reſtitutus monumentum ei fecit: titulo ſcriptionis qui tantum meritum loqueretur addito. Eſopus Libertus Demoſthenis conſcius adulterii:quod cum Iulia patronus admiſerat:tortus diutiſſie perſeuerauit non prodere patronum donec aliis coarguentibus conſciis Demoſthenes ipſe fateretur. Et ne extimes ab uno facile celari poſſe ſecretum:Labienum ope libertorum latentem ut indicarent liberti nullo tormentorum genere compulſi ſunt. Ac ne quis liberto dicat:hanc fidẽ beneficio potius libertatis acceptæ q̃ ingenio debuiſſe : accipe ſerui in dominum benignitatem : cum ipſe a domino puniretur. Antium.n. Reſtionem proſcriptũ ſolumque nocte fugientem diripientibus bona eius aliis ſeruis compeditus inſcripta fronte:cum poſt dãnationem dñi aliena eſſet ſolutus cuſtodia:fugientem perſecutus eſt:hortatuſque ne ſe timeret ſcientem contumeliam ſuam fortunæ imputandam eſſe nõ domino:abditumque miniſterio ſuo aluit. Cum deinde perſequentes adeſſe ſenſiſſet: ſenem quem caſus obtulit iugulauit:& in conſtructam pyram coniecit.qua accenſa occurrit eis qui Reſtionem quærebãt dicens dãnatum ſibi pœnas luiſſe : multo acrius a ſe uexatum q̃ ipſe uexarat: & fide habita Reſtio liberatus eſt. Cepionem quoque qui in Auguſti necẽ fuerat animatus:poſtq̃ detecto ſcelere dãnatus ẽ: ſeruus ad tyberĩ in ciſta detulit: peruectumque oſtiam in agrum laurentem ad uillam patris nocturno itinere perduxit. Cumis deĩde nauigationis naufragio una expulſum dominum neapoli diſſimulanter occuluit:exceptuſque



a centurione nec precio nec minis ut dominum proderet potuit adduci. Aſinio etiam Pollione acerbe cogente patauinos ut pecuniam & arma conferrent:dominiſque ob hoc latentibus premio ſeruis cum libertate propoſito qui dominos ſuos proderent:cõſtat ſeruorum nullum uictũ premio dominũ prodidiſſe. Audi in ſeruis nõ fidem tantum ſed & facundum bonæ inuẽtionis ingenium. Cum premeret obſidio grumẽtũ: ſerui relicta domina ad hoſtes trãſfugerunt. Capto deĩde oppido ĩpetũ in domum habita conſpiratione fecerunt:& extraxerũt dominam uultu pœnam minante:ac uoce obuiis aſſerẽte:ꝙ tandẽ ſibi data eſſet copia crudelem dominam puniendi. Raptamque quaſi ad ſupplicium obſequiis plenis pietate tutati ſunt. Vide in hac fortuna etiam magnanimitatem exitum mortis ludribio præferentẽ. Cluẽtium Pelignũ italicẽſẽ cõprehẽſũ a cohortibus ſuis:ne Põpeio traderet ſeruus eius occidit: ac ſe ne domino ſupſtes fieret ĩteremit. C. Gracchũ ex auentino fugientẽ Euporus ſeruus:uel(ut quidam tradunt)Philocrates: dum aliqua ſpes ſalutis erat:indiuulſus comes qua potuit ratione tutatus eſt. Super occiſum deinde animam ſciſſis proprio uulnere uiſceribus effudit. Ipſũ Publium Scipionem Africani patrem:poſtq̃ cum Hannibale cõflixerat: ſaucium in equum ſeruus impoſuit:& cæteris deſerentibus ſolus ĩ caſtra perduxit. Parum fuerit dominis præſtitiſſe uiuentibus? Quid ꝙ in his quoque exigendæ uindictæ reperitur animoſitas? Nam Seleuci regis ſeruus : cũ ſeruiret amico eius a quo dominus fuerat ĩteremptus: cœnantem in ultionem domini cõfodit. Quid ꝙ duas uirtutes quæ inter nobiles quoque unicæ claræ ſũt: in uno uideo fuiſſe mancipio:ĩpiũ regendi peritiam:& imperium contemnẽdi magnanimitatẽ? Anaxilaus .n. Meſſenius: qui meſſanam in ſicilia cõdidit : fuit rheginoꝝ tyrãnus. Is cum paruos relinqueret liberos:Mycitho ſeruo ſuo cõmendaſſe contentus eſt. Is tutelam ſancte geſſit:imperiũque tã clæmẽter obtinuit:ut rhegini a ſeruo regi non dedignarentur. Perductis deinde in ætatẽ pueris & bona & imperium tradidit. Ipſe paruo uiatico ſumpto profectus eſt: et olympiæ cum ſumma tranquillitate conſenuit. Quid etiã ĩ cõe ſeruilis fortuna profuerit:non paucis docetur. Bello punico cũ deeſſent qui ſcriberẽtur:ſerui pro dominis pugnaturos ſe polliciti in ciuitatem recepti ſunt: & uolones(quia ſponte hoc uoluerunt)appellati. Ad cannas quoque uictis romanis octomilia ſeruorum empta militauerunt. Cumque minoris captiui redimi poſſent:maluit ſe res.p. ſeruis in tanta tempeſtate comittere. Sed & poſt calamitatem apud thraſumenum nocte cladis acceptam : libertini quoque in ſacramentum uocati ſunt. Bello ſociali cohortium.xii.ex libertinis conſcriptarum opera memorabilis uirtutis apparuit. Cæſarẽ: cũ milites ĩ amiſſorũ locũ ſubſtitueret:

ſeruos quoque ab amicis accepiſſe: & eorum forti opera uſum eſſe cõperimus. Cæſar Auguſtus ĩ germania & illyrico cohortes libertinorum cõplures legit: quas uoluntarias appellauit. Ac ne putes hæc in noſtra tantum contigiſſe rep. boryſtenidæ oppugnante Zopyrione ſeruis liberatis dataq; ciuitate peregrinis & factis tabulis nouis hoſtẽ ſuſtinere potuerunt. Cleomenes lacedæmonius cum mille & quingenti ſoli lacedæmonii qui arma ferre poſſẽt: ſuperfuiſſent: ex ſeruis manumiſſis bellatorum nouem milia conſcripſit. Athenienſes quoq; cõſũptis publicis opibus ſeruis libertatem dederunt. Ac ne ĩ ſolo uirili ſexu extimes inter ſeruos extitiſſe uirtutes: accipe ancillarum factum non minus memorabile: ac ne quo utilius reip. in ulla nobilitate reperias: nonis iuliis diẽ feſtum eſſe ancillarum: tam uulgo notum eſt: ut nec origo nec cauſa celebritatis ignota ſit. Iunoni. n. caprotinæ die illo liberæ pariter ancillæq; ſacrificant ſub arbore caprifico in memoriam benignæ uirtutis: quæ ancillarum animis pro conſeruatione publicæ dignitatis apparuit. Nam poſt urbem captam cum ſedatus eſſet gallicus motus: res uero. p. eſſet ad tenue deducta: finitimi opportunitatem inuadendi romani nominis aucupati: præfecerunt ſibi Poſthumium Liuium fidenatiũ dictatorẽ. Qui mandatis ad ſenatum miſſis poſtulauit: ut ſi uellẽt reliquias ſuæ ciuitatis manere: matreſfamiliæ ſibi & uirgĩes dederẽt. Cũq; patres eſſẽt in ancipiti deliberatione ſuſpenſi: ancilla nomine Tutela ſeu Philotis pollicita eſt: ſe cum cæteris ancillis ſub nomine dominarum ad hoſtes ituram. Habituque matrumfamilias & uirginum ſumpto hoſtibus cum proſequentium lachrymis ad fidem doloris ingeſtæ ſunt. Quæ cũ a Liuio ĩ caſtris diſtributæ fuiſſẽt: uiros plurimo uino prouocauerũt: diẽ feſtũ apud ſe eſſe ſimulãtes. Quibus ſoporatis ex arbore caprifico: quæ caſtris erat proxima: ſignum romanis dederunt. Qui cum repentina ĩcurſione ſuperaſſent: memor beneficii ſenatus omnes ancillas manu iuſſit emitti: dotẽq; eis ex publico fecit: & ornatũ quo tũc erãt uſæ geſtare cõceſſit. Diẽq; ipſũ nonas caprotinas nũcupauit: ab illa caprifico ex q̃ ſignũ uictoriæ ceperũt. Sacrificiũq; ſtatuit annua ſolẽnitate celebrãdũ. Cui lac quod ex caprifico manat: propter memoriam facti præcedentis adhibetur. Sed nec ad philoſophandum ineptum uel impar ſeruile ĩgenium fuit. Phedron ex cohorte ſocratica Socrati & Platoni perfamiliaris adeo: ut Plato eius nomini librum illum diuinũ de ĩmortalitate animæ dicaret: ſeruus fuit forma atque ingenio liberali. Hunc Cebes ſocraticus hortante Socrate emiſſe dicitur: habuiſſeque in philoſophiæ diſciplinis. Atque is poſtea philoſophus illuſtris emerſit: ſermoneſque eius de Socrate admodum elegantes leguntur. Alii quoque non pauci ſerui fuerunt: q poſt philoſophi clari extiterunt. Ex qbus ille Menippus fuit: cuius libros. M. Varro ĩ ſatyris æmulatus eſt: quas alii cynicas: ipſe appellauit menippeas. Sed & Philoſtrati peripatetici ſeruus Polus: & Zenonis ſtoici ſeruus qui Perſeus uocatus ẽ: & Epicuri cui Mys nomen fuit: philoſophi non incelebres illa ætate uixerunt. Diogenes etiã cynicus: licet ex libertate in ſeruitutem uenum ierat: quem cum emere uellet Xeniades corĩthius: & qd artificii nouiſſet pcũtatus ẽ: Noui ĩqt Diogenes hominibus liberis imperare. Tũc Xeniades reſpõſũ eiuſdẽ miratus: emiſit manu: filioſque ſuos ei tradens: accipe inquit liberos meos qbus imperes. De Epicteto autem philoſopho nobili: ꝙ is quoque ſeruus fuit: recentior eſt memoria: q̃ ut poſſit ĩter oblitterata neſciri. Cuius etiã de ſe ſcripti duo uerſus feruntur. Ex quibus aliud latenter intelligas: nõ omnino diis exoſos eſſe: qui in hac uita cum erumnarum uarietate luctant̃: ſed eſſe arcanas cauſas ad quas paucorũ potuit puenire curioſitas.

δοῦλος ἐπίκτητος γενόμην καὶ σώματι πηρός:
καὶ πενίην ἶρος καὶ φίλος ἀθανάτοις.

Habes (ut opinor) aſſertũ non eſſe faſtidio diſpiciendum ſeruile nomẽ: cum & Iouem tetigerit cura de ſeruo: & multos ex his fideles prouidos fortes & philoſophos etiã extitiſſe conſtiterit. Nunc de ſigillaribus: ne ridenda me potius extimes q̃ ſancta dixiſſe: paucis recẽſendũ eſt. Epicadus refert Herculem occiſo Geryone: cũ uictor per italiã armẽta duxiſſet: ponte qui nunc ſublicius dicitur ad tempus inſtructo hominum ſimulacra pro numero ſociorum: quos caſu peregrinationis amiſerat: in fluuium demiſiſſe: ut aqua ſecunda in mare deuecta pro corporibus defunctorũ ueluti patriis ſedibus redderentur: & inde uſum talia ſimulacra fingẽdi inter ſacra manſiſſe. Sed mihi huius rei illa origo uerior extimatur: quã paulo ante memini rettuliſſe: Pelaſgos poſtq̃ fœlicior ĩterpretatio capita non uiuentium: ſed fictilia & φωτὸς æſtimationem non ſolum hominem: ſed etiam lumen ſignificare docuiſſet: cœpiſſe Sat̃no cæreos potius accendere: & ĩ ſacellũ Ditis aræ Saturni cohærens oſcilla quædã pro ſuis capitibus ferre. Ex illo traditum: ut cærei ſaturnalibus miſſitarentur: & ſigilla arte fictili fingerentur: ac uenalia pararent̃: quæ homines pro ſe atque pro ſuis piaculum pro Dite Saturno facerẽt. Ideo ſaturnalibus talium cõmerciorum celebritas cœpta ſeptẽ occupat dies: quos tantum feriatos facit eſſe nõ feſtos omnes. Nã medio id eſt. xiii. kalend. feſtum probauimus: & aliis hoc aſſertionibus ab his probatum eſt: qui rationem anni menſium dierumque & ordinationem a Cæſare digeſtam plenius rettulerunt.

Quo ordine fuerit annus: quoue ſit. Cap. 4

c Vmque hic finẽ loquendi facere uellet: ſubiecit Aurelius Symmachus: Pergin Prætextate eloqo tã dulci de anno quoq; edi[...]

ante q̄ experiatis moleſtiã conſulentis: ſiquis forte de præſẽtibus igno/
rat: quo ordine uel apud priſcos fuerit: uel certioribus poſtea regulis
innouatus ſit: ad quod dicendum ipſe mihi uideris audiẽtium animos
incitaſſe: de diebus menſi additis diſſerẽdo. Tum ille eodẽ ductu orãdi
reliqua contexit. Anni certus modus apud ſolos ſemper ægyptios fuit:
aliarum gentium diſpari numero pari errore nutabat. Et ut contentus
ſim: referendo paucarum morem regionum: arcades annum ſuũ tribus
menſibus explicabant: acarnanes ſex: græci reliqui trecentis.liiii.diebus
annum proprium computabant. Nõ igitur mirum in hac uarietate ro/
manos quoque olim auctore Romulo annum ſuum decem habuiſſe
menſibus ordinatum quia annus a martio incipiebat: & conficiebatur
diebus.ccc.iiii.ut ſex quidem menſes.i.aprilis iunius ſextilis ſeptember
nouember december tricenum eſſent dierum: quattuor uero martius
maius quintilis october tricenis & ſingulis expedirentur.qui hodieque
ſeptimanas habent nonas: cæteri quintanas. Septimanas autem habẽ/
tibus ab idibus reuertebatur: kalendæ ad diem ſeptimũdecimũ. Verum
habentibus quintanas ad.xviii.remeabat initium kalend. Hæc fuit Ro/
muli ordinatio: qui primum anni menſem genitori ſuo Marti dicauit.
quem menſem anni primũ fuiſſe uel ex hoc maxime probatur: ꝙ ab ipſo
quintilis quintus eſt: & deinceps pro numero nominabatur. Huius etiã
die prima ignem nouũ Veſtæ aris accendebant: ut incipiẽte anno: cura
denuo ſeruandi nouati ignis inciperet. Eodem quoque ingrediẽte mẽſe:
tam in regia curiiſque: atque flaminum domibus laureæ ueteres nouis
laureis mutabantur. Eodem quoque menſe & publice & priuatim ad
Annam Perennam ſacrificatum itur: ut annare perannareque cõmode
liceat. Hoc menſe mercedes exoluebant magr̃is: quas completus ãnus
deberi fecit. Comitia auſpicabãtur: uectigalia locabãt. Et ſeruis cœnas
apponebant matronæ: ut domini ſaturnalibus. Illæ ut principio ãni ad
promptum obſequium honore ſeruos inuitarent: hi quia gratiã ꝑfecti
operis exoluerent. Secundum menſem nominauit aprilem: ut quidam
putãt cum aſpiratione: quaſi aphrilẽ a ſpuma quã græci uocant ἄφρον:
unde orta uenus creditur. Et hanc Romuli aſſerunt fuiſſe rationem: ut
primum quidem menſem a patre ſuo Marte: ſecũdum ab Aeneæ ma/
tre Venere nominaret. Et hi potiſſimũ anni principia ſeruarẽt: a quibus
eſſet romani nominis origo: cum hodie quoque in ſacris Martẽ patrem
Venerem genitricem uocemus. Alii putant Romulũ uel altiore pru/
dentia uel certi numinis prouidentia ita primos ordinaſſe menſes: ut
cum præcedens Marti eſſet dicatus deo plerumque hominum necatori:
ut Homerus ait: naturæ conſcius ἄρες ἄρες βροτολοιγὲ μιαιφόνε
τειχεσιβάντα: ſecundus Veneri dicaretur: quæ uim eius quaſi beneficia

leniret. Nã & ĩ.xii.zodiaci ſignis: quoꝝ certa certorũ numinũ domicilia
creduntur: cũ primum ſignum aries Marti aſſignatus ſit: ſequens mox
Venerem idem taurus accepit: et rurſus e regione ſcorpius ita diuiſus
eſt: ut deo eſſet utrique communis. Nec exiſtimatur cæleſti ratione ca/
rere ipſa diuiſio. Siquidem aculeo uelut potentiſſimo tælo pars armata
poſterior domicilium Martis eſt: priorem uero partem: cui ζυγὸς apud
græcos nomen eſt: nos libram uocamus: Venus accepit. quæ uelut iugo
concordi iungit matrimonia: amicitiaſque componit. Sed Cingius ĩ eo
libro quem de faſtis reliquit: ait imperite quoſdam opinari aprilẽ mẽſẽ
antiquos a Venere dixiſſe: cum nullus dies feſtus: nullumque ſacrificiũ
inſigne Veneri per hunc menſem a maioribus inſtitutum ſit. Sed ne in
carminibus quidẽ ſaliorũ Veneris ulla: ut cæterorum cæleſtium: laus ce/
lebratur. Cingio etiã Varro conſentit: affirmans nomen Veneris ne ſub
regibus quidem apud romanos: uel latinum uel græcum fuiſſe: & ideo
non potuiſſe menſem a Venere nominari. Sed cum fere ante æqnoctiũ
uernum triſte ſit cælum & nubibus obductum: ſed & mare nauigãtibus
clauſum: terræ etiã ipſæ aut aqua aut pruina aut niuibus congregant̃:
eaque omnia uerno.i.hoc menſe aperiantur: arbores quoque nec minus
cætera quæ continet terra aperire ſe in germen incipiant: ab his omni/
bus menſem aprilem dici merito credendũ eſt: quaſi aperilẽ: ſicut apud
athenienſes ἀνθεςηρίον idem menſis uocatur: ab eo quod hoc tempore
cuncta floreſcant. Nõ tamen negat Verrius Flaccus hoc die poſtea con/
ſtitutum: ut matronæ Veneri ſacrũ facerẽt. Cuius rei cauſam quia huic
loco non conuenit: prætereundum eſt. Maium Romulus tertium
poſuit. de cuius nomine inter auctores lata diſſenſio eſt. Nam Fuluus
nobilior in faſtis quos in æde Herculis muſarum poſuit: Romulũ dicit
poſtq̄ populum ĩ maiores iunioreſq; diuiſit: ut altera pars cõſilio: altera
armis rempu. tueretur: in honorem utriuſque partis hunc maium: ſe/
quentem iunium menſem uocaſſe. Sunt qui hũc menſem ad noſtros
faſtos a tuſculanis tranſiſſe cõmemorent: apud quos nunc quoq; uocat̃
deus Maius: qui eſt Iuppiter a magnitudĩe.ſ.ac maieſtate dictus. Cin-
gius menſem nominatũ putat a Maia: quã Vulcani dixit uxorem. Ar/
gumentoque utitur: ꝙ flamem uulcanalis kalend. maiis huic deæ rem
diuinã facit. Sed Piſo uxorẽ Vulcani Maieſtã non Maiam dicit uocari.
Contendunt alii Maiam Mercurii matrem menſi nomen dediſſe: hinc
maxime porbantes: ꝙ hoc mẽſe mercatores omnes Maiæ pariter Mer/
curioque ſacrificant. Affirmant quidã: quibus Cornelius Labeo cõſẽtit:
hanc Maiam cui menſe maio res diuina celebratur: terrã eſſe hoc adeptã
nomen a magnitudine: ſicut & mater magna in ſacris uocatur: aſſertio/
neq; æſtimationis ſuæ etiã hinc colligunt: ꝙ ſus prægnans ei mactatur:

quæ hoſtia eſt propria terræ: & Mercurium ideo illi in ſacris adiungi dicunt: quia uox naſcenti homini terræ contactu datur. Scimus autem Mercurium uocis & ſermonis potentem. Auctor eſt Cornelius Labeo huic Maiæ id eſt terræ ædem kalend. maiis dedicatā ſub nomine Bonæ deæ: et eandem eſſe Bonam deam & terrā ex ipſo ritu occultiore ſacrorū doceri poſſe confirmat. Hāc eandē etiā Bonam Faunāque Opem & Fatuā pontificū libris indigitari. Bonam: ꝙ omniū nobis ad uictū bonorꝝ cauſa eſt: Faunam ꝙ omni uſui animantium fauet: Opem ꝙ ipſius auxilio uita conſtet: Fatuam a fando: ꝙ (ut ſupra diximus) infantes partu editi non prius uocem edunt: q̄ attigerint terram. Sunt ꝗ dicant hanc deam potentiam habere Iunonis: ideoque regale ſceptrū ī ſiniſtra manu ei additum. Eandem alii Proſerpinam credunt: porcaque ei rem diuinam fieri: quia ſegetē quā Ceres mortalibus tribuit: porca depaſta ē. Alii χθονίαν ἑκάτην βοιώτιοι Semelā credunt: nec nō eādē Fauni filiā dicunt: obſtitiſſeque uoluntati patris in amorem ſuum lapſi: ut & uirga myrtea ab eo uerberaretur. Cū deſiderio patris nec uino ab eodē preſſa ceſſiſſet: tranſfiguraſſe ſe tamen in ſerpentem pater creditur: & coiſſe cū filia. Horum omnium hoc proferunt indicii: ꝙ uirgam myrteam in templo haberi nefas ſit: ꝙ ſuper caput eius extendatur uitis: q̄ maxime eam pater decipere tentauit: ꝙ uinum in templum eius non ſuo nomine ſoleat inferri: ſed uas ī quo uinum inditum ſit: mellarium nominetur: & uinum lac nuncupetur: ſerpenteſque in templo eius nec terrentes nec timentes indifferenter appareant. Quidam Medeam putāt: ꝙ in ædem eius omne genus herbarum ſit: ex quibus antiſtites dant plerunque medicinas: & ꝙ templum eius uirum introire non liceat: propter iniuriam quam ab ingrato uiro Iaſone perpeſſa eſt. Hæc apud græcos θεὸς γυναικεία dicitur: quā Varro filiā Fauni tradidit adeo pudicam: ut extra γυναικωνῖτιν nunq̄ ſit egreſſa: nec nomē eius ī publico fuerit auditum: nec uirum unq̄ uiderit uel a uiro uiſa ſit: ꝓpter quod nec uir templum eius ingreditur. Vnde & mulieres in italia ſacro Herculis nō licet intereſſe: quia Herculi (cū boues Geryonis per italiæ agros duceret) ſitienti reſpondit mulier: aquam ſe non poſſe præſtare: ꝙ fœminarum deæ celebraretur dies: nec ex eo apparatu uiris guſtare fas eſſet. Propter quod Hercules facturus ſacrum deteſtatus eſt præſentiā fœminarum: & Potitio ac Pinario ſacrorum cuſtodibus iuſſit: ne mulierem intereſſe permitterent. Ecce occaſio nominis: quo Maiam eſſe eādē & terram & Bonam deam diximus: coegit nos de bona dea quæcunque comperimus protuliſſe.

## Iunius. Cap. 9

i Vnius maiū ſeqᵗ: aut ex parte populi ut ſupra diximus noīatus: aut (ut Cingius arbitratur) ꝙ iunonius apud latinos ante uocitatus: diuque apud aricinos præneſtinoſque hac appellatione ī faſtos relatus ſit: adeo ut ſicut Niſus in cōmētariis faſtorū dicit: apud maiores quoq; noſtros hæc appellatio menſis diu manſerit. Sed poſt detritis quibuſdā litteris ex iunonio iunius dictus ſit. Nam & ædes Iunonis monetæ kal. iuniis dedicata eſt. Nonnulli putauerunt iunium mēſem a Iunio Bruto: qui primus romæ conſul factus eſt nominatum: ꝙ hoc menſe .i. kalend. iuniis pulſu Tarquino ſacrum Carnæ deæ ī celio mōte uoti reus fecerit. Hanc deam uitalibus humanis præeſſe credunt. Ab ea denique petitur: ut iecinora & corda quæque ſūt intrinſecus uiſcera ſalua cōſeruet. Et qa cordis beneficio cuius diſſimulatiōe Brutus habebatᶜ idoneus: emendationi publici ſtatus extitit: hāc deā quæ uitalibus præeſt: tēplo ſacrauit. Cui pulte fabacia & larido ſacrificatur: ꝙ uires maxime his rebus corporis roborentur. Nam & kalend. iuniæ fabariæ uulgo uocātur: quia hoc menſe adultæ fabæ diuinis rebus adhibentur.

## Iulius. Cap. 10

ſ Equitur iulius: qui cum ſecundum Romuli ordinationē martio anni tenente principiū quītilis a numero uocaretur: nihilominus tamen etiam poſt præpoſitos a Nūma ianuarium ac februariū retinuit nomen: cum nō uideretur iā quintus eſſe: ſed ſeptimus. Sed poſtea in honorem Iulii Cæſaris dictatoris legem ferente. M. Antonio Marci filio conſule iulius appellatus eſt: ꝙ hoc menſe ad quartum idus quintilis Iulius procreatus ſit.

## Auguſtus. Cap. 11

a Vguſtus deinde eſt qui ſextilis antea uocabatur: donec honori Auguſti daretur ex ſenatuſconſulto: cuius uerba ſubieci. Cum imperator Cæſar Auguſtus menſe ſextili & primum cōſulatum inierit: & triumphos tres intulerit in urbem: & ex ianiculo legiones deductæ ſecutæque ſint eius auſpicia ac fidem: & ægyptus hoc mēſe in poteſtatem populi romani redacta ſit: finiſq; hoc menſe bellis ciuilibus impoſitus ſit: atque ob has cauſas hic mēſis huic imperio fœliciſſimus ſit ac fuerit: placere ſenatui ut hic menſis auguſtus appelletur. Idē plebiſcitū factū ob eandem rem Sexto Pacubio tribuno plebem rogante.

## September. Cap. 12

m Enſis ſeptember principalem ſui nominis retinet appellationē: quæ germanici appellatione.

## October. Cap. 13

o Ctobrē uero ſuo nomine Domitianus īuaſerat. Sed ubi īfauſtū uocabulum ex omni ære uel ſaxo placuit eradi: menſes quoque uſurpatione tyrannicæ appellationis exuti ſunt: cautio poſtea principū

cæterorum diri ominis infauſta uitantium menſibus a ſeptẽbri uſque ad decembrem priſca nomina reſeruauit. Hæc fuit a Romulo annua ordinata dimenſio: qui(ſicut ſupra iã diximus) annum.x.menſiũ:dieꝝ uero.iiii. & trecentorum habendũ eſſe conſtituit:mẽſeſq; ita diſpoſuit: ut quattuor ex his tricenos & ſingulos: ſex uero tricenos haberent dies. Sed cum is numerus neq; ſolis curſui neq; lunæ rationibus conueniret: nonnunq̃ uſuueniebat:ut frigus anni æſtiuis menſibus : & contra calor hyemalibus proueniret. Quod ubi cõtigiſſet:tantũ dieꝝ ſine ullo mẽſis nomine patiebantur aſſumi:quantũ ad id anni tempus adduceret:quo cæli habitus inſtãti menſi aptus inueniretur.

Diuiſio anni per Nummam. Cap. 14

ſ Ed ſecutus Numma quantum ſub cælo rudi & ſæculo adhuc im/polito ſolo ingenio magiſtro comprehendere potuit:uel quia græ/corum obſeruatione forſan inſtructus eſt:quinquaginta dies addidit:ut in trecentos.liiii.dies quibus.xii.lunæ curſus confici credidit:annus ex/tẽderet᷑. Atque his.l.a ſe additis:adiecit alios ſex retractos illis mẽſibus ſex:qui triginta habebant dies.i. de ſingulis ſingulos:factoſque.l.&.vi. dies in duos nouos mẽſes pari ratione diuiſit. Ac de duobus priorem ia/nuarium nuncupauit: primumque anni eſſe uoluit: tanq̃ bicipitis dei menſem reſpicientem ac proſpicientem tranſacti anni finem:futurique prĩcipia. Secũdũ dicauit Februo deo q luſtrationũ potẽs credit᷑. Luſtrari autem eo menſe ciuitatem neceſſe erat:quo ſtatuit ut iuſta diis manibus ſoluerentur. Nũmæ ordinationem finitimi mox ſecuti totidem diebus totidemque menſibus(ut Pompilio placuit) annum ſuum computare cœperunt. Sed hoc ſolo diſcrepabant:ꝙ menſes undetricenũ:tricenũq; in numero alternauerunt. Paulo poſt Nũma in honorem imparis nu/meri ſecretum hoc & ante Pythagoram parturiente natura unũ adiecit diem:quẽ ianuario dedit:ut tam in anno q̃ in menſibus ſingulis præter unum februarium impar numerus ſeruaretur. Nam quia.xii. menſes ſi ſinguli aut pari aut impari numero putarent᷑: conſumationem parẽ facerent:unus pari numero inſtitutus unius amputationem imparem fecit. Ianuarius igitur aprilis iunius ſextilis ſeptember nouember decẽ/ber undetricenis cenſebantur diebus:& quintanas nonas habebant: ac primo idus in omnibus ad.xvii.kalend. computabantur. Martius uero maius quintilis & october dies tricenos ſingulos poſſidebant. Nõ ne in his ſeptimanæ erãt᷑ Similiterque poſt idus.x.&.vii. dies ĩ ſingulis uſq; ad ſequentes kalend. computabantur. Sed ſolus februarius.xx. &.viii. retinuit dies:quaſi inferis & diminutio & par numerus conueniret.

De intercalatione. Cap. 15

c Vm ergo romani ex hac diſtributione Pompilii ad lunæ curſum ſicut græci annum proprium computarẽt:neceſſario & intercalare mẽſẽ inſtituerunt more græcorum. Nam & græci cum animaduerterent te/mere ſe .cccliiii. diebus ordinaſſe annum : quoniam appareret de ſolis curſu: qui .ccclxv. diebus & quadrante zodiacum conficit: deeſſe anno ſuo .xi. dies & quadrantem: intercalares ſtatuta ratione cõmenti ſunt. Ita ut.viii. quoque anno.lxxxx.dies: ex quibus tres mẽſes tricenũ dieꝝ compoſuerunt:intercalarent. Id græci fecerunt: quoniam erat operoſũ atque difficile omnibus annis.xi.dies & quadrantem intercalare. Itaq; maluerunt hunc numerum octies multiplicare : et nonaginta dies qui naſcuntur: ſi quadrans cum diebus.xi. octies componatur : inſerere:in tres menſes ut diximus diſtribuẽdos. Hos dies ὑπερβαίνοντας: mẽſes uero ἐμβολισμοὺς appellitabant. Hunc ergo ordinem romanis quoq; imitari placuit:ſed fruſtra: quippe fugit eos diem unum ſicut ſupra ad/monuimus additum a ſe ad græcum numerum ĩ honorem imparis nu/meri. Ea re per octennium cõuenire numerus atque ordo non poterat. Sed nundum hoc errore comperto per.viii. annos nonagĩta quaſi ſup/fũdendos græcorum exemplo computabant dies. Alterniſq; ãnis binos uicenos : alternis ternos uicenoſque intercalantes expenſabant interca/lationibus.iiii. Sed octauo quoque anno intercalatores octo affluebant dies ex ſingulis:quibus uertentis anni numerum apud romanos ſuper græcum abundaſſe iam diximus. Hoc quoque errore iam cognito : hæc ſpecies emendationis inducta eſt. Tertio quoque octennio ita interca/landos diſpenſabant dies:ut non nonaginta: ſed.lxvi. intercalarent cõ/penſatis.xxiiii.diebus pro illis qui per totidem annos ſupra græcoꝝ nu/merum creuerant. Omni autem intercalationi menſis februarius depu/tatus eſt:quoniam is ultimus anni erat. Quod etiã ipſum de græcorum imitatione faciebant. Nam & illi ultimo anni ſui menſi ſuperfluos ĩter/ſerebant dies:ut refert Glaucippus:qui de ſacris athenienſium ſcripſit. Verum una re a græcis differebant. Nam illi confecto ultimo menſe: romani non confecto februario : ſed poſt.xx. &.iii. diem intercalabant terminalibus.ſ. iam peractis. Deinde reliquos februarii menſis dies:qui erant quinq;: poſt intercalationem ſubiungebãt(credo)uetere religionis ſuæ more:ut februarium omnino martius ſequeretur.

DE Nundinis. Cap. 16

ſ Ed cum ſæpe eueniret:ut nundinæ modo in anni principem diem: modo in nonas caderent(utrunque autem pernicioſum reipu.pu/tabat᷑)remedium quo hoc auerteret᷑ excogitatũ eſt. Quod aperiemus: ſi prius oſtenderimus:cur nundinæ uel primis kalend. uel nonis omnibus cauebantur. Nam quotiens incurrente anno dies cœpit qui adiectus eſt nundinis:omnis ille annus infauſtis caſibus luctuoſus fuit:maximeque

lepidiano tumultu opinio iſta firmata eſt.

DE Nonis. Cap. 18

n Onis autem conuentus uniuerſæ multitudinis uitandus exiſti/
mabatᷣ: quoniam populus romanus exactis etiam regibus diem
hūc nonarum maxime celebrabat: quē natalē Seruii Tullii exiſtimabāt:
quia cum incertum eſſet: quo menſe Seruius Tullius natus eſſet: nonis
tantum natum eſſe conſtaret: omnes nonas celebri notitia frequētabāt.
Veritos ergo: qui diebus præerant: ne quid nundinis collecta uniuerſitas
ob regis deſideriū nouaret: cauiſſe: ut nonæ a nūdinis ſegregarētᷣ. Vnde
dies ille quo abundare annum diximus: eorum eſt permiſſus arbitrio: q̄
faſtis præerant: ut cum uellent intercalarent: dūmodo eum in medio ter/
minaliorū uel menſis intercalaris ita locarent: ut a ſuſpecto die celebri/
tatem auerterent nundinarum. Atque hoc eſt quod quidā ueteꝝ rettu/
lerunt: non ſolum menſē apud romanos: uerum etiā diem intercalarem
fuiſſe. Quādo autem primū intercalatum ſit: uarie refertur. Et Macer
quidem Licinius eius rei originē Romulo aſſignat. Antias libro ſecūdo
Nummam Pompilium ſacrorum cauſa id inueniſſe contendit. Iunius
Seruium Tullium regem primum intercalaſſe commemorat: a quo &
nundinas īſtitutas Varroni placet. Tuditanus refert libro. iii. magiſtra/
tum decēuiros qui. x. tabulis. ii. addiderunt: de intercalando populū ro/
gaſſe. Caſſius eoſdem ſcribit auctores. Fuluius id egiſſe. M. cōſulē dicit
ab urbe cōdita anno quingenteſimo ſexageſimo ſecūdo inito mox bello
ætolico. Sed hoc arguit Varro ſcribendo antiquiſſimam legem fuiſſe
inciſam in columna ærea a Lucio Pinario & Furio conſulibus: cui mētio
intercalaris aſcribitur. Hæc de intercalandi principio ſatis relata ſint.
Verum fuit tempus: cū propter ſuperſtitionē intercalatio omnis omiſſa
eſt. Nonnunq̄ uero per gratiam ſacerdotum: qui publicanis proferri:
uel imminui conſulto anni dies uolebāt: modo auctio: modo retractio
dierum proueniebant: & ſub ſpecie obſeruationis emergebat maior cō/
fuſionis occaſio. Sed poſtea. C. Cæſar omnem hanc incōſtantiā tēpoꝝ
uagam adhuc & incertā ī ordinem ſtatutæ deffinitionis coegit adnitente
ſibi. M. Flauio ſcriba: qui ſcriptos dies ſingulos ita ad dictatorē rettulit:
ut & ordo eoꝝ inueniri facillime poſſit: & inuento certus ſtatus perſeue/
raret. Ergo. C. Cæſar exordiū nouæ ordinationis initurus dies omnes:
qui confuſionem adhuc poterāt facere: cōſumpſit. Eaque re factum ē:
ut annus confuſionis ultimus in quadringentos quadraginta tres dies
protenderetur. Poſt hoc imitatus ægyptios ſolos diuinarū rerū omniū
conſcios ad numerum ſolis: qui diebus. ccclxv. & quadrante curſū con/
ficit: annum dirigere contendit. Nam ſicut lunaris ānus menſis eſt: q̄a
luna paulo minus q̄ menſem in zodiaci circuitione conſumit: ita ſolis

annus hoc dierum numero colligēdus eſt: quem peragit: dū ad id ſignū
ſe denuo uertit: ex quo digreſſus eſt. Vnde ānus uertens uocatur. & ha/
betur magnus: cum lunæ annus breuis putetur. Horum Virgilius
utrumque complexus:

Interea magnum ſol circum uoluitur annum.

Hinc Ateius Capito annum a circuitu temporis putat dictum: quia ue/
teres an pro circū ponere ſolebant: ut Cato in originibus oratorum: An
terminum: id eſt circum terminum: & ambire pro circumire. Iulius ergo
Cæſar decem dies obſeruationi ueteri ſuperadiecit: ut annum trecenti &
.lxv. dies quibus ſol luſtrat zodiacum: efficerent. Et ne quadrās deeſſet:
ſtatuit ut quarto quoque anno ſacerdotes qui curabant mēſibus ac die/
bus unum intercalarent diem: eo. ſ. menſe ac loco: quo etiam apud uete/
res menſis intercalabatur. i. ante quinque ultimos februarii menſis dies.
Idque biſſextum cenſuit nominandum. Dies autem decem: quos ab eo
additos diximus: hac ordinatione diſtribuit. In ianuarium & ſextilem &
decembrem binos dies inſeruit. In aprilem autem iunium ſeptembrem
nouembrem ſingulos. Sed neque menſi februario addidit diem: ne deū
inferum religio imitaretur. Et martio maio quintili octobri ſeruauit pri/
mum ſtatum: ꝙ ſatis pleno erat numero. i. dierū ſingulorū tricenoꝝq́.
Ideo & ſeptimanas nonas ſic Numma conſtituit: quia nihil ī his Iunius
mutauit. Sed ianuarius ſextilis december: quibus Cæſar binos dies ad/
didit: licet tricenos ſingulos habere poſt Cæſarem cœperint: quintanas
tamen habent nonas. Et ab idibus illis ſequētes kalend. ī undeuiceſimū
reuertūtur: quia Cæſar quos addidit dies: neque ante nonas neque ante
idus inſerere uoluit: ne nonarum aut iduum religionem: quæ ſtatuto
erat die: nouella competēdinatione corrūperet. Sed nec poſt idus mox
uoluit inſerere: ne feriarum quaꝝq́ uiolaretur īdictio. Sed peractis cu/
iuſque menſis feriis locum diebus aduenis fecit. Et ianuario quidē dies
quos dicimus quartum & tertium kalendas februarias dedit: aprili. vi.
kalendas maias: iunio. iii. kalendas iulias: auguſto quartum & tertium
kalendas ſeptembris: ſeptembri tertium kalendas octobris: nouembri
tertium kalend. decembris: decembri uero quartum & tertium kalend.
ianuarias. Ita factum eſt: ut cum omnes hi menſes: quibus dies addidit
ante hanc ordinationem habuiſſent menſis ſequentis kalēdas ad ſepti/
mum decimum reuertentes: poſtea ex augumento additorum dierū hi
qui duos acceperunt ad nonumdecimum: qui uero unū ad octauūdeci/
mum haberent reditū kalendaꝝ. Feriarum tamen cuiuſque mēſis ordo
ſeruatus eſt. Nam ſi cui feriæ tertius ab idibus dies feſtus aut feriatus
fuit: & tunc ad ſextumdecimū dicebatur. Etiam poſt augumentū dieꝝ
eadē religio ſeruata ē: ut tertio ab idibus die celebraretᷣ: licet ab īcremēto

non iã ad.xvi.kalendas: ſed ad.vii.ſi unus aut ad.xviii.ſi duo ſũt additi dicentur. Nam ideo nonos dies circa finem cuiuſque mẽſis ĩſeruit. Vbi finem omnium quæ in menſe erant reperit feriarum: adiectoſq; omnis a ſe dies faſtos notauit: ut maiorem daret actionibus libertatem. Et nõ ſolum nullum nefaſtum: ſed nec comitialem quenq̃ de adiectis diebus inſtituit: ne ambitionem magiſtratuum augeret adiectio. Sic annũ ciuilem Cæſar habitis ad lunam dimenſionibus conſtitutum edicto palã poſito publicauit. Et hucuſq; error ſtare potuiſſet: ni ſacerdotes ſibi errorem nouũ ex ipſa emendatione feciſſent. Nam cum oporteret diem qui ex quadrantibus confit: quarto quoque anno cõfecto ante q̃ qntus inciperet intercalare: illi quarto non peracto: ſed incipiẽte intercalabãt. Hic error.vi.&.xxx.annis permanſit: quibus annis intercalati ſunt dies .xii.cum debuerint intercalari nouem. Sed hunc quoque errorem ſero deprehenſum correxit Auguſtus: qui ãnos.xii.ſine intercalari die trãſigi iuſſit: ut illi tres dies qui per annos.xxx.&.vi. uitio ſacerdotalis feſtinationis excreuerant: ſequentibus annis.xii. nullo die intercalato deuorarentur. Poſt hoc unum diem ſecundum ordinationem Cæſaris quinto quoque incipiente anno intercalari iuſſit. Et omnem hunc ordinẽ æreæ tabulæ ad æternam cuſtodiam inciſione mandauit. Tunc Horus: Dies qdẽ hic ĩquit intercalaris ante q̃ quintus annus incipiat ĩſerendus: cum ægypti matris artium ratione conſentit: ſed nihil in illorũ menſibus explicandis uidetur operoſum: quos tricenum dierum omnes habent: eo ꝙ explicitis.xii. menſibus .i.tricentis .lx. diebus exactis: tunc inter auguſtum atque ſeptembrem reliquos quinque dies anno ſuo reddũt: adnectentes quarto quoque anno exacto intercalarẽ: qui ex quadrantibus confit. At hic non a primo in ultimum menſis diem ad incrementum continuum numerus accedit: ſed poſt kalendas dirigitur ĩ nonas. Inde ad quaſdam idus deflecti audio. Poſt rurſus ni fallor: immo ut nunc quoq; rettuliſti: in ſequẽtes kalẽdas. Quæ omnia quid ſibi uelint: ſcire equidẽ uellem. Nam illud ne conſequi poſſe me ſpero: ut uocabula cõprehendam: quæ ſingulis apud uos diebus adduntur: dum alios faſtos uariiſque aliis nominibus nuncupatis. Nundinas quoque ueſtras neſcire me fateor: de quibus obſeruatio tam diligens tam cauta narratur. Hæc ne mihi erubeſcendum eſt ignorare peregrino: a te uero Prætextate diſcere nec ciuem puderet. Tunc Prætextatus: Non ſolum tibi inquit horæ cum ſis ægypto oriundus: ſed ne nobis quidem quibus origo romana eſt erubeſcendum puto quærere: quod quæſitu dignum omnes ueteres putauerunt. Nã de kalẽdis nonis & idibus: deque feriarum uariis obſeruationibus innumeros auctores cura quæſtionis exercuit. Et ideo nos quæ de his ab omnibus dicta ſũt: ĩ unum breuiter colligimus.



Romulus: cum ingenio acri quidẽ ſed agreſti ſtatum proprii ordinaret imperii: initium cuiuſque menſis ex illo ſumebat die: quo nouam lunã contigiſſet uideri: quia non continuo euenit: ut eodem die ſemper appareat: ſed modo tardius modo celerius ex certis cauſis uideri ſolet. Sic cõtingit: ut dum tardius apparuit: præcedenti menſi plures dies: aut cum celerius pauciores darentur: & ſingulis quibuſque menſibus perpetuã numeri legem primus caſus addixit. Sic factũ eſt: ut alii trigĩta & unũ: alii undetrigĩta ſortirent̃ dies. Omnibus tamen mẽſibus ex die nonarũ: idus nono die repræſentari placuit. Et inter idus ac ſequentes kalendas conſtitutum eſt .xvi.dies eſſe numerandos. Ideo menſis uberior duos illos quibus augebatur dies inter kalendas ſuas & nonas habebat. Hinc aliis quintus a kalendis dies aliis ſeptimus nonas facit. Cæſar tamen (ut ſupradiximus) ſtata ſacra cuſtodiens nec in illis menſibus quibus binos adiecit dies: ordinem uoluit mutare nonarum: quia peractis totius mẽſis feriis dies ſuos rei diuinæ cautus inſeruit. Priſcis ergo temporibus ante q̃ faſti a Cn. Flauio ſcriba inuitis patribus in omnium notitiam proderentur: pontifici minori hæc prouincia delegabatur: ut nouæ lunæ primum obſeruaret aſpectum: uiſamq; regi ſacrificulo nunciaret. Itaq; ſacrificio a rege & minore pontifice celebrato idem pontifex calata.i.uocata in capitolium plebe iuxta curiam calabram: quæ caſæ Romuli ꝓxĩa eſt: quot numero dies a kalẽdis ad nonas ſupeſſent: pronũciabat: & qntanas quidẽ dicto quinquies uerbo καλῶ: ſeptimanas repetito ſepties prædicabat. Verbum autem καλῶ græcum eſt.i.uoco. Et hunc diem q ex his diebus qui calarentur primus eſſet: placuit kalendas uocari. Hinc & ipſi curiæ: ad quam uocabãtur: calabræ nomen datum eſt & claſſi: ꝙ omnis in eã populus uocaretur. Ideo autem minor pontifex numerum dierum qui ad nonas ſupereſſent: calando prodebat: ꝙ primus nouam lunam oportebat nonarum die populares qui in agris eſſent: confluere in urbem accepturos cauſas feriarũ a rege ſacrorũ: ſciturosq; quod eſſet eo menſe faciendum. Vnde quidam hinc nonas æſtimant dictas: quaſi nouæ initium obſeruationis: uel quod ab eo die ſemper ad idus nouem dies putentur: ſicut apud tuſcos nonæ plures habebantur: ꝙ hi nono quoq; die regẽ ſuũ ſalutabant: & de propriis negociis conſulebant.

Idus unde. Cap. 19.

i Duum porro nomen a tuſcis: apud quos is dies itis uocat̃: ſũptũ eſt. Item autem illi interpretabantur Iouis fidutiam. Nã cũ Iouẽ accipiamus lucis auctorem: unde & Lucetiũ ſalii in carminibus canũt: & cretẽſes Δία τὴν ἡμέραν uocãt: ipſi quoq; rõani Dieſpitrẽ appellãt: ut diei patrẽ: iure hic dies Iouis fidutia uocatur: cuius lux cũ ſolis occaſu non finitur: ſed ſplendorẽ diei & noctis continuat illuſtrãte luna: quod

ſemper ī plenilunio.i. medio mēſe fieri ſolet. Diē uero ꝗ uel nocturnis caret tenebris: Iouis fidutiā tuſco nomine uocauerunt. Vnde & omnes idus Iouis ferias obſeruandas ſanxit antiquitas. Alii putant idus : ꝙ ea die plena luna uideatur:a uidendo uidus appellatos:mox litteram.u. detractam. Sicut contra quod græcii λεῖν dicunt:nos .u.littera addita uidere dicimus. Nonnullis placet idus dictas uocabulo græco ἀπὸ τοῦ εἴδους quod eo die plenam ſpeciem luna demonſtret. Sunt qui exiſtiment idus ab oue iduli dictas: quā hoc nomine uocāt tuſci: & omnibus idibus Ioui immolatur a flamine. Nobis illa ratio nominis uero ꝓpior extimatur:ut idus uocemus diem qui diuidit menſē. Iduare.n.hetruſca lingua diuidere eſt:unde uidua quaſi ualde idua.i. ualde diuiſa:aut uidua.i. a uiro diuiſa. Vt autē idus omnes Ioui:ita omnes kalēdas Iunoni tributas & Varronis & pontificalis confirmat auctoritas. Quod etiā laurētes patriis religionibus ſeruāt: qui & cognomen deæ ex cerimoniis addiderunt kalendarem Iunonem uocātes. Sed & omnibus kalendis a menſe martio ad decembrem huic deæ kalendarū die ſupplicāt. Romæ quoque kalendis omnibus præterq̄ pontifex minor in Curia Calabrā rem diuinam Iunoni facit etiā regina ſacrorū .i.regis uxor porcam uel agnā in regia Iunoni immolat:a qua etiā Ianum iunoniū cognominatū diximus : ꝙ illi deo omnis ingreſſus: huic deæ cūcti kalendarum dies uidēt aſcripti. Cum.n.initium mēſium maiores noſtri ab exortu lunæ ſeruauerint:iure Iunoni kalendas addixerunt lunam ac Iunonem eandem putantes:uel quia luna per aerem meat : unde & græci lunam ἄρτεμιν nuncupauerunt ἀεροτόμιν: ꝙ aera ſecat. Iuno autem aeris arbitra eſt:merito initia menſium.i.kalendas huic deæ conſecrauerūt. Nec hoc prætermiſerim:quod nuptiis copulandis kalendas nonas & idus religioſas .i. deuitandas conſuerunt. Hi.n.dies præter nonas feriati ſunt. Feriis autem uim cuiq̄ fieri piaculare eſt:ideo tunc uitantur nuptiæ:in quibus fieri uis uirginibus uidetur. Sed Verium Flaccum iuris pōtificii peritiſſimum dicere ſolitū refert Varro:quia feriis tergere ueteres foſſas liceret:nouas facere ius nō eſſet:ideo magis uiduis q̄ uirginibus idoneas eſſe ferias ad nubēdum. Subiiciet aliquis:Cur ergo nonis ſi feriatus dies non eſt:prohibetur celebritas nuptiarum? Huius quoque rei in aperto cauſa eſt. Nā quia primus nuptiarum dies uerecūdiæ datur: poſtridie autem nuptam in domo uiri dominium incipere oportet adipiſci : & rē facere diuinam. Omnes autem poſtriduani dies ſeu poſt kalendas: ſeu poſt nonas iduſue ex æquo atri ſūt:ideo & nonas inhabilis nuptiis eſſe dixerunt:ne nupta aut poſtera die libertatem auſpicaretur uxoriā: aut atro immolaret : quo nefas eſt ſacra celebrari. Sed quia nos ad commemorationem dierū ordo deduxit:de hoc quoque quod Hori noſtri conſultatio continet:pauca dicenda ſunt.

DE Diuiſione dierum. Cap. 16

n Vmma ut in menſes annū:ita in dies menſem quēque diſtribuit: dieſque omnes aut feſtos : aut profeſtos: aut interciſos uocauit. Feſti diis dicati ſūt. Profeſti hominibus ob adminiſtrandam rē priuatā publicamque conceſſi. Interciſi deoꝝ hominūq; cōmunes ſunt. Feſtis inſūt ſacrificia epulæ ludi feriæ. Profeſtis faſti comiciales comperendini ſtati præliares. Interciſi in ſe non alia diuiduntur. Illorum.n.dieꝝ quibuſdam horis fas eſt:quibuſdā fas non eſt ius dicere. Nam cum hoſtia cæditur:fari nefas eſt. Intercæſa & porrecta fari licet. Rurſus cū adolet̄ non licet. Ergo de diuiſione feſtorum & profeſtorū dieꝝ latius diſſerēdum eſt. Sacra celebritas eſt:uel cum ſacrificia diis offeruntur: uel cum diis diuinis epulationibus celebratur:uel cum ludi in honorem aguntur deorum : uel cū feriæ obſeruantur. Feriarum autem publicarū genera ſunt quattuor. Aut.n.ſtatiuæ ſunt:aut conceptiuæ:aut imperatiuæ:aut nundinæ. Et ſunt ſtatiuæ uniuerſi populi cōmunes certis & conſtitutis diebus ac menſibus & in faſtis ſtatis obſeruationibus annotatæ:in q̄bus præcipue ſeruantur agonalia carmentalia lupercalia. Conceptiuæ ſunt: quæ quot annis a magiſtratibus uel ſacerdotibus concipiuntur in dies uel certos uel etiā īcertos : ut ſūt latinæ ſementinæ paganalia cōpitalia. Imperatiuæ ſunt quas conſules uel prætores pro arbitrio poteſtatis indicunt. Nundinæ ſunt paganoꝝ.i.ruſticorum:quibus conueniunt qui negociis propriis uel mercibus prouiſuri. Sūt præterea feriæ propriæ familiarum:ut Claudiæ familiæ:uel Aemiliæ:ſeu Iuliæ: ſiue Corneliæ:& ſiquas ferias proprias quæque familia ex uſu domeſticæ celebritatis obſeruat. Sunt ſingulorum:ut in natalium fulgurumq; ſuſceptiones. Itē funerum atq; expiationum apud ueteres quoq; quiſq; qui nominaſſet ſalutem ſemoniam:ſeiam:ſegetiā:tutilinā ferias obſeruabat. Item Flaminica quotiēs tonitrua audiſſet: feriata erat: donec placaſſet deos. Affirmabant autem ſacerdotes pollui ferias:ſi indictis conceptiſque opus aliquod fieret. Præterea regē ſacroꝝ flamineſq; non licebat uidere feriis opus fieri: & ideo ꝑ præconem denunciabāt: ne quid tale ageret̄: & præcepti negligens mulctabat̄. Præter mulctā uero affirmabāt eū qui talibus diebus īprudens aliquid egiſſet:porco piaculū dare debere:prudētē expiare non poſſe Scæubla pontifex aſſeuerabat. Sed Vmbro negat eū pollui:qui opus uel ad deos pertinēs ſacrorūue cauſa feciſſet:uel aliq̄d ad urgentem uitæ utilitatē reſpiciēs actitaſſet. Scæuola deniq; cōſultus quid feriis agi liceret:reſpondit: quod prætermiſſū noceret. Quaꝓpter ſi bos in ſpecus decidiſſet:eūq; paterfamilias adhibitis operis liberaſſet: non eſt uiſus ferias polluiſſe: nec ille qui trabem tecti fractam fulciēdo

ab imminenti uindicauit ruina. Vnde & Maro omnium diſciplinarum
peritus ſciens lauari oué aut lanæ purgãdæ aut ſcabiæ curandæ gratia:
ꝓnũtiauit:tunc oué per ferias licere merſari:ſi hoc remedii cauſa fieret:
Balantumque gregem fluuio merſare ſalubri. Adiiciendo enim ſalubri:
oſtẽdit auertẽdi morbi gratia tãtũmodo nõ etiã ob lucrũ purgãdæ lanæ
cauſa fieri conceſſum. Hæc de feſtis & qui inde naſcũť:qui etiã nefaſti
uocãtur. Nũc de profeſtis & qui ex his procedũt loquamur:id ẽ faſtis:
comitialibus:cõperendinis:ſtatis:præliaribus. Faſti ſũt quibus licet fari
prætori tria uerba ſolennia:do:dico:addico. His contrarii ſunt nefaſti.
Comitiales ſũt: quibus cũ populo agi licet. Et faſtis qdẽ lege agi poteſt:
cum populo non poteſt: comitialibus utrunque poteſt. Comperẽdini
quibus uadimoniũ licet dicere. Stati q iudicii cauſa cũ peregrino inſti⸗
tuuntur:ut Plautus ĩ Gurgulione: Status condictus cũ hoſte ĩterceſſit
dies. Hoſtem nunc more uetere ſignificat peregrinũ. Præliares ab iuſtis
nõ ſegregauerĩ: ſiqdẽ iuſti ſũt continui.xxx.dies qbus exercitui impato
uexillum ruffi coloris in arce poſitum eſt. Præliares autẽ omnes quibus
fas eſt res repetere: uel hoſtẽ laceſſere. Nã cũ latiarum hoc eſt latinaꝝ
ſolenne concipitur:item diebus ſaturnalioꝝ:ſed & cum mundus patet:
nefas eſt præliũ ſumere. Quare nec latinaꝝ tẽpore quo publice quõdã
induciæ inter romanum populũ latinoſq; firmatæ ſunt:inchoari bellũ
decebat:nec Saturni feſto qui ſine ullo tumultu bellico creditur ĩpaſſe:
nec patente mundo quod ſacrũ Diti patri & Proſerpinæ dicatũ eſt:me⸗
liuſque occluſa Plutonis fauce eundum ad præliũ putauerunt. Vnde
& Varro ita ſcribit: Mũdus quom patet:deoꝝ triſtium atque infeꝝ q̃ſi
ianua patet:propterea non modo prælium committi: ueꝝ etiã delectũ
rei militaris cauſa habere:ac militẽ proficiſci:nauem ſoluere:uxorẽ libeꝝ
quærendorum cauſa ducere religioſum eſt. Vitabant ueteres ad uiros
uocandos etiã dies:qui eſſent notati rebus aduerſis. Vitabãt etiã feriis
ſicut Varro in augurum libris ſcribit ĩ hæc uerba: Viros uocare feriis nõ
oportet:ſi uocauit piaculum eſto. Sciendum eſt tamen eligendi ad pu⸗
gnãdum diem romanis tunc fuiſſe licentiam:ſi ipſi inferrent bellum:at
cum exciperent:nullum obſtitiſſe diem:quo minus uel ſalutem ſuã uel
publicam defenderẽt dignitatem. Quis.n. obſeruationi locus:cum eli⸗
gendi facultas non ſuperſit? Dies autẽ poſtriduanos ad omnia maiores
noſtri cauendos putarunt: quos etiã atros uelut infauſta appellatione
dãnarunt. Eoſdem tamẽ nonnulli cõmunes uelut ad emẽdationẽ nõis
uocitauerunt. Horum cauſã Gellius annalium libro.xv.& Caſſius He⸗
mina hiſtoriarum libro.ii. referunt anno ab urbe condita tricenteſimo
ſexageſimotertio a tribunis militum Virgulo Mallio Eolio Poſthumio
collegiſque eorum ĩ ſenatu tractatum: quid eſſet:propter quod totiens



inter paucos ãnos male eſſet afflicta reſpu.& ex præcepto patrũ Liciniũ
Aquinium auruſpicem in ſenatum uenire iuſſum religionũ reqrendaꝝ
gratia dixiſſe: Quintũ Sulpicium tribunum militum ad aliam aduerſũ
gallos pugnaturum rem diuinam dimicandi gratia feciſſe poſtridie idus
quĩtilis. Item apud cremeram multiſque aliis temporibus & locis poſt
ſacrificium die poſtero celebratum male ceſſiſſe conflictum. Tũc patres
iuſſiſſe:ut ad collegium pontificum de his religionibus referretur: pon⸗
tificeſque ſtatuiſſe poſtero die omnes kalendas: nonas: idus:atros dies
habendos:ut hi dies neque præliares neque puri neq; comitiales eſſent.
Sed & Fabius Maximus Seruilianus põtifex in libro.xii.negat oportere
atro die parentare:quia tunc quoque Ianum Iouemque præfari neceſſe
eſt:quos nominari atro die non oportet. Ante diem quoque quartum
kalẽdas uel nonas uel idus tanq̃ inominalem diem plerique uitãt. Eius
obſeruationis an religio ulla ſit tradita:quæri ſolet. Sed nos nihil ſup
ea re ſcriptum inuenimus:niſi quod Quĩtus Claudius annalium qnto
cladẽ illam uaſtiſſimam pugnæ cannẽſis factam refert ante diẽ q̃rtum
nonas ſextilis. Ad rem ſane militarem nil attinere notat Varro:utrum
faſtus uel nefaſtus dies ſit:ſed ad ſolas hoc actiones reſpicere priuatas.
Quod autem nũdinas ferias dixi:poteſt argui:quia Titus de feriis ſcri⸗
bens nundinarum dies non inter ferias rettulit:ſed tantum ſolẽnes uo⸗
cauit. Et quod Iulius Modeſtus affirmat: Meſſala augure cõſulẽte põ⸗
tifices:an nundinarum romanarum nonarumque dies feriis tenerẽtur:
reſpõdiſſe eos: nundinas ſibi ferias nõ uideri. Et quod Trebatius ĩ libro
primo religionũ ait: nũdinis magiſtratũ poſſe manu mittere: iudiciaq;
adiicere. Sed contra Iulius Cæſar.xvi.auſpiciorum libro negat nũdinis
concionem aduocari poſſe.i.cum populo agi:ideoque nundinis roma⸗
norum haberi comitia nõ poſſe. Cornelius etiã Labeo primo faſtorum
libro nundinis ferias eſſe pronuntiat. Cauſã uero huius uarietatis apud
Granium Licinianum libro.ii.diligens lector inuenit. Ait.n.nundinas
Iouis ferias eſſe:ſiquidem flamminica omnibus nundinis in regia Ioui
arietẽ ſoleat immolare. Sed lege hortenſia effectum:ut faſtæ eſſent:uti
ruſtici qui nundinandi cauſa in urbem ueniebant: lites componerent.
Nefaſto.n.die prætori fari non licebat. Ergo qui ferias dicũt:a mẽdacio
uindicantur patrocinio uetuſtatis:qui contra ſentiunt:æſtimatu ætatis
quæ legem ſecuta eſt:uera depromunt. Harum originem quidam Ro⸗
mulo aſſignãt: quẽ coĩcato regno cũ Tito Tatio ſacrificiis & ſodalitati⸗
bus inſtitutis nundinas quoque adieciſſe commemorant:ſicut Tudita⸗
nus affirmat. Sed Caſſius Seruium Tullum feciſſe nundinas dicit: ut
& ĩ urbẽ ex agris cõuenirẽt:urbanas ruſticaſq; res ordinaturi. Geminus
ait: diem nũdinarum exactis iam regibus cœpiſſe celebrari:quia pleriq;

de plebe repetita Seruii Tulli memoria parentarent ei nundinis. Cui rei etiam Varro conſentit. Rutilius ſcribit romanos inſtituiſſe nundinas: ut octo quidē diebus in agris ruſtici opus facerent: nono autē die intermiſſo rure ad mercatum legeſque accipiendas romā uenirent: & ut ſcita atque conſulta frequentiore populo referrentur: quæ trinundino die propoſita a ſingulis atque uniuerſis facile naſcebantur. Vnde etiā mos tractus: ut leges trinundino die promulgarentur. Ea re etiā candidatis uſus fuit in comitium nundinis uenire & in colle cōſiſtere: unde coram poſſent ab uniuerſis uideri. Sed hæc omnia negligentius haberi cœpta: & poſt abolita: poſtq̄ trinundino etiā ob multitudinē plebis frequētes adeſſe cœperunt. Eſt etiam Nūdina romanorum dea a nono die naſcētium nuncupata: qui luſtricus dicitur. Eſt autem dies luſtricus: quo infantes luſtrantur: & nomē accipiunt: ſed is maribus nonus: octauus eſt fœminis. Plene (ut arbitror) anni ac menſiū conſtitutione digeſta: habet Horus quoque noſter quod de dierū uocabulis & obſeruatiōe cōſuluit. Et ſcire equidē uelim: nūquid ſit: quod argutus niligena & gētis accola numerorum potentis ex hoc ordine romanæ diſpenſationis irrideat: an tuſcum quoque tyberim aliquid ex diſciplinis ſuis hauſiſſe conſentiat. Subiecit Euſtachius: Nō ſolum Horus noſter grauis uir & ornatus: ſed nec quiſq̄ alius (ut extimo) tam futilis poſſet eſſe iudicii: qui romani āni ſic ad unguem (ut aiunt) emendatum ordinem nō probaret. Cui maiorē gratiam & tenax memoria & luculenta oratio referētis adiecit. Nec mirꝝ ſi hæc digeries morſum reprehēſionis euaſit: cui accerſita eſt ab ægypto poſtremæ correctionis auctoritas. Nā Iulius cæſar ut ſyderum motus: de quibus non indoctos libros reliquit: ab ægyptiis diſciplinis hauſit: ita hoc quoque ex eadem inſtitutione mutuatus eſt: ut ad ſolis curſum finiendi anni tempus extenderet. Latii uero ueteres incolæ: quia nihil iā tū diſcere ab ægyptiis licebat: ad quam nullus illis cōmeatus patebat: morem græciæ in menſiū numerandis diebus ſecuti ſunt: ut retrouerſū cedentē numero ab augumento in diminutionem computatio reſoluta deſineret. Ita enim nos decimum diem deinde nonum & poſtea octauum dicimus: ut athenienſes Δεκάτην καὶ εἰνάτην φθίνοντος μηνός ſoliti ſunt dicere. Homerus quoque cum ait τοῦ μὲν φθίνοντος μηνός τοῦ δὲ ἱςαμειvοιο: quid aliud niſi illum ἱςάμενον dicit: cuius paulatim deficientis ſupputatio in nomen deſinit ſecuturi: & φθίνοντα illum qui præcedit numerum ſucceſſurus priori in defectū meanti. Quod & Homerus noſter mantuanus intelligēs illud ſtare dici: ad quod acceditˢ ait: Stat ſua cuique dies: extremum diem ſtare dicens: quaſi ad quem per omnes eatur. Idem poeta doctrina ac uerecundia iuxta nobilis ſciens romanos ueteres ad lunæ curſū: & ſequētes ad ſolis anni tēpora digeſſiſſe

utriuſque ſæculi opinioni reuerentiam ſeruans: Vos o clariſſima mūdi Lumina inquit: labētem cælo quæ ducitis annum Liber & alma ceres: tā lunā q̄ ſolem duces anni hac inuocatione deſignās. Hic Auienus: Hoc equidem mecum multum ac frequenter agitaui: quid ſit: quod ſolem modo Apollinem: modo Liberū: modo ſub aliarū appellationū uarietate ueneremur. Et q͞a ſacrorū omniū præſulē eſſe te Vecti Prætextate diuina uoluerunt: perge quæſo rationem mihi tantæ ſub uno nomine ī nominibus diuerſitatis aperire. Tū Vectius: Caue extimes mi Auiene poetarum gregem: cum de diis fabulantur: nō ab adytis plerumq; philoſophiæ ſemina mutuari. Nam: ꝙ omnes pene deos duntaxat qui ſub cælo ſunt: ad ſolem referunt: non uana ſuperſtitio ſed ratio diuina commendat. Si.n. ſol (ut ueteribus placuit) dux & moderator eſt reliquorum luminum: & ſolus ſtellis errantibus præſtat: ipſaꝝ uero ſtellaꝝ curſus ordinem rerum humanaꝝ (ut quibuſdam uidetur) pro poteſtate diſponunt: uel (ut Plotino conſtat placuiſſe) ſignificant: neceſſe ē ut ſolē qui moderatˢ noſtra moderantes: omniū quæ circa nos geruntˢ fateamur auctorem. Et ſic Maro cum de una Iunone diceret: quo numine læſo: oſtendit unius dei effectus uarios pro uariis cenſendos eſſe numinibus: ita diuerſæ uirtutes ſolis nomina diis dederūt. Vnde ἓν τὸ πᾶν ſapiētū principes prodiderunt. Virtutem igitˢ ſolis quæ diuinationi curatiōiq; præeſt: Apollinē uocauerunt. Quæ ſermonis auctor eſt: Mercurii nomē accepit. Nā quia ſermo interpretatur cogitationes latentes: ἑρμῆς ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν propria appellatiōe uocitatus ē. Virtus ſolis quæ fructibus effectus eiuſdem eſt: qui frugibus præeſt. Et hīc natæ ſunt appellationes deorum: ſicut cæterorum qui ad ſolem certa & arcana ratione referuntur. Et ne tanto ſecreto nuda præſtetur aſſertio: auctoritates ueteꝝ de ſingulis conſulamus. Apollinis nomen multiplici interpretatiōe ad ſolem refertur: cuius rei ordinē pergā pādere. Plato ſolē ἀπόλλωνα cognoīatū ſcribit: ἀπὸ τοῦ πάλλειν τὰς ἀκτῖνας: id ē a iactu radiorum. Chryſippus Apollinem ὡς οὐχὶ τῶν πολλῶν καὶ φαύλων οὐσιῶν τοῦ πυρὸς ὄντα. Primā.n. nominis litterā retinere ſignificationē negādi. ἢ ὅτι μόνος ἐςὶ καὶ οὐχὶ πολλοί. Nam & latinitas eum: quia tantam claritudinem ſolus optinuit: ſolem uocauit. Speuſippus: ꝙ ex multis ignibus conſtet uis eius ὡς ἀπὸ πολλῶν οὐσιῶν πυρὸς αὐτοῦ συνεςῶτος κλεάνθης ὡς ἀπάλλων τὰς ἀνατολὰς ποιουμένου: quod ab aliis atque aliis locorum declinationibus faciat ortus. Cornificius arbitratur Apollinem nominatum ἀπὸ τοῦ ἀναπολεῖν: ideſt quia intra circuitum mundi quem græci πόλον appellant impetu latus ad ortus refertur. Alii cognominatum Apollinem putant ὡς ἀπολλύντα τὰ ζῶα. Exanimat.n. & perimit animantes: cum peſtem ītēperie caloris īmittit:

ut Euripides ĩ phaethõte ὦ χρυσόφεγγες ἥλιος ὥς μ᾽ ἀπώλεσας, ὅθεν ἀπόλλων ἐμφανῶς κλῄζει βροτός. Idẽ Archilochus ἄναξ ἄπολλον καὶ σὺ τοὺς μὲν αἰτίους σήμαινε καὶ σφᾶς ὄλλυ ὥσπερ ὀλλύεις. Deniq; inustus morbo ἀπολλωνοβλήτους καὶ ἡλιοβλήτους appellant. Et quia similes ſunt ſolis effectibus effectus lunæ in iuuando nocendoq;: ideo fœminas certis afflictas morbis σεληνοβλήτους καὶ ἀρτεμιδοβλήτους uocant. Hĩc eſt quod arcu & ſagittis Apollinis ſimulacra decorantur: ut per ſagittas intelligatur uis emiſſa radiorum αὐτὰρ ἔπειτ᾽ αὐτοῖσι βέλος ἐχεπευκὲς ἐφιεὶς βάλλε. Idẽ auctor eſt & publicæ ſoſpitatis quã creditur ſol animantibus præſtare temperie. Sed qa ppetuã præſtat ſalubritatem:& peſtilens ab ipſo caſus rarior eſt: ideo Apollinis ſimulacra manu dextera gratias geſtant: arcum cum ſagittis ſiniſtra:ꝙ ad noxam ſit pigrior:& ſalutem dextera manus promptior largiat᷑. Hĩc eſt: ꝙ eidem attribuitur medendi poteſtas: quia temperatus ſolis calor morborum omnium fuga eſt. Nã tam ὡς ἀπελαύνοντα τὰς νόσους ἀπόλλωνα q̃ ἀπελλῶνα cognominatum putant. Quæ ſententia latini quoq; nominis enuntiationi cõgruens: fecit:ne huius dei nomen ueteremus: ut Apollinẽ appellãtẽ mala ĩtelligas: quẽ athenieſes ἀλεξίκακον appellant. Sed & lindii colunt Apollinẽ λοίμιον hoc cognomine finita peſtilentia nũcupatum. Eadem opinio ſoſpitalis & medici dei ĩ noſtris quoq; ſacris fouet᷑. Nãq; uirgines ueſtales ita indigitãt: Apollo medice: Apollo pæan. Cũ ergo ſĩt huiuſce ſyderis.i.ſolis duo maximi effectus: alter quo calore temperato mortalium uitam iuuat: alter quo iactu radiorum nonnunq̃ peſtiferum immittit uirus: duo eademq; cognomina circa ſingulos effectus propriis enuntiationibus ſignant: appellãtes deũ ἰήιον atq; παιᾶνα: quæ cognomina utriq; effectui ſunt apta: ut ſit ἰήιος ἀπὸ τοῦ ἰᾶσθαι: id eſt a ſanãdo: & παιὰν ἀπὸ τοῦ παύειν τὰς ἀνίας: & rurſus ἀπὸ τοῦ ἱέναι ab immittendo: βέλος ἐχεπευκὲς ἐφιεὶς καὶ παιὰν ἀπὸ τοῦ παίειν a feriendo. Optinuit tamen: ut cum ſanitatẽ dari ſibi precantur: ἰὴ ιε παιὰν p η litteram enuntient.i.medere παιάν. Cũ aũt ἱὲ παιὰν per e litteram dicunt cum aſpiratione prioris litteræ: ſignificãt hoc dici in aliquẽ aduerſa precatione βάλλε παιάν: id eſt immitte feriẽdo: qua uoce ferunt Latonam uſam: cũ Apollinem hortaretur ĩpetũ Pythonis inceſſere ſagittis. Cuius rei naturalem rationẽ ſuo loco reddã. Hanc uocem.i.ἱὲ παιὰν confirmaſſe fert᷑ oraculũ delphicũ athenieſibus petentibus opẽ dei aduerſus amazonas Theſeo regnante. Nãq; ĩturos bellũ iuſſit his ipſis uerbis ſemetipſũ auxiliatorem inuocari hortariq;. Apolodorus ĩ libro.xiiii. περὶ θεῶν ἰήιον ſolẽ ſcribit ita appellari Apollinem ἀπὸ τοῦ κατὰ κόσμον ἵεσθαι καὶ ἰέναι: ꝙ ſol per orbem impetu fertur. Sed Tymotheus ita σύ τε ὦ τὸν ἀεὶ πόλον οὐράνιον ἅμα τοῖς

ἀκτῖσιν ἥλιε βάλλων πέμψον ἑκάβολον ἐχθροῖς βέλος σᾶς ἀπὸ νευρᾶς ὦ παιάν. Eundẽ deum præſtantẽ ſalubribus cauſis οὔλιον appellãt .i.ſanitatis auctorem: ut ait Homerus οὖλέ τε καὶ μάλα χαῖρε. Menãdrus ſcribit mileſios ἀπόλλωνι οὐλίῳ ꝓ ſalute ſua ĩmolare. φερεκύδης refert Theſea: cũ ĩ cretam ad Minotaurũ duceret᷑: uouiſſe ꝓ ſalute atq; reditu ſuo ἀπόλλωνι οὐλίῳ καὶ ἀρτέμιδι οὐλίᾳ. Nec mir᷑: ſi gemini effectus uariis noĩbus celebrãtur: cum alios quoq; deos ex cõtrario in eadẽ re duplici cẽſeri & poteſtate accipiamus & nomine: ut Neptunũ quem alias ἐνοσίχθονα: id eſt terram mouentem: alias ἀσφαλίωνα: id ẽ ſtabilientem uocant. Itẽ Mercurius hominum mentes oculos & excitat & ſopit: ut ait poeta: εἵλετο δὲ ῥάβδον τῇ τ᾽ ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει. Vnde & Apollinem: id eſt ſolem modo ſoſpitatem modo peſtẽ ſignificantibus cognominibus adoramus: cum tamen peſtis quæ ab eo noxiis immittitur: aperte hunc deum bonis propugnare ſignificet. Hinc eſt: ꝙ apud pachynnũ ſiciliæ promontoriũ Apollo libyſtinus eximia religiõe celebratur. Nam cum libyci inuaſuri ſiciliam claſſem appuliſſẽt ad id promontoriũ: Apollo qui ibi colit᷑ inuocatus ab incolis ĩmiſſa hoſtibus peſte & pene cunctis ſubita morte ĩterceptis libyſtinus cognominatus eſt. Noſtris quoq; continetur annalibus ſimilis eiuſdem dei præſentiæ maieſtas. Nam cum ludi primo romæ Apollini celebrarẽt: ex uaticinio Martii uatis carmineq; ſibyllino repentino hoſtis aduentu plebes ad arma excitata hoſti occurrit: eoque tempore nubes ſagittarum ĩ aduerſos uiſa ferri: & hoſtem fugauit: & uictores romanos ad ſpectacula dei ſoſpitalis reduxit. Hinc intelligit᷑ prælii cauſa non peſtilentiæ (ſicut quidã exiſtimant) ludos inſtitutos. Hæc eſt autem huius extimatiõis ratio: ꝙ tunc ſol ſuper ipſum noſtræ habitationis uerticem fulget. Nam cancer in æſtiuo tropico eſt: in quo meante ſole radii temperatam noſtram non eminus ſed ſupne demiſſi rectis fulgoribus luſtrãt. Vnde extimatũ eſt a nonnullis ad ꝓpitiandũ tunc maxime deum caloris apollinaribus litari: ſed inuenio in litteris hos ludos uictoriæ nõ ualitudinis cauſa (ut quidam annalium ſcriptores memorant) inſtitutos. Bello.n.punico hi ludi ex libris ſibyllinis primum ſunt inſtituti ſuadente Cornelio Ruffo decẽuiro: qui ꝓpterea Sibylla cognominatus ẽ: & poſtea corrupto noĩe primus Sylla cœpit uocitari. Fert᷑ autẽ ĩ carminibus Martii uatis: cuius duo uolumina illata ſunt in ſenatũ: inuentum eſſe ita ſcriptum: Hoſtẽ romani ſi ex agro pellere uultis: uomicãque: quæ gentium uenit longe: Apollini cenſeo uouẽdos ludos: q quot annis cõmuniter Apollini fiãt. His ludis faciẽdis præſit is prætor: qui ius populo plebiq; dabit. Sũmũ decẽuiri græco ritu hoſtiis ſacra faciant. Hoc ſi recte facietis: gaudebitis ſemper: fietque reſpu. melior. Nã is diuus extinguet pduellos ueſtros:

qui ueſtros campos paſcunt placide. Ex hoc carmine cum procurandi gratia dies unus rebus diuinis impenſus eſſet: poſtea ſenatuſconſultū factum: uti decēuiri (quo magis inſtruerentur de ludis Apollini agūdis reque diuina recte facienda) libros ſibyllinos adirent. In quibus cū eadē reperta nunciatum eſſet: cenſuerunt patres Apollini ludos uouendos faciendoſque. Inq; eam rē duodecim milia æris prætori & duas hoſtias maiores dari: decemq; uiris præceptum eſt ut græco ritu hiſ e hoſtiis ſacrum facerent Apollini boue aurato & capris duabus albis auratis: Latonæ boue fœmina aurata: ludos in circo populus coronatus ſpectare iuſſus. Hæc præcipue traditur origo ludorum apollinarium. Nunc ex aliis quoque huius dei nominibus eundem eſſe Apollinem & ſolem ꝓbemus. Loxias cognominatur: ut ait Aenopides: ὅτι ἐκπορεύεται τὸν λοξὸν κύκλον ἀπὸ δυσμῶν ἐπ᾽ ἀνατολὰς κινούμενος. Id eſt ꝙ obliquum circulum ab occaſu ad orientem pergit. Aut ut Cleantes ſcribit ἐπειδὴ καθ᾽ ἕλικας κινεῖται λοξαὶ γάρ εἰσι καὶ αὗται: ꝙ flexuoſum pergit iter. ἢ ὅτι τὰς λοξὰς ἀκτῖνας ἵησιν ἐφ᾽ ἡμᾶς βορείους ὄντας νότιος ὤν: uel ꝙ tranſuerſos in nos a meridie immittit radios: cum ſimus ad ipſum ſeptētrionales. Delius cognominatur ἀπὸ τοῦ δῆλα καὶ φανερὰ πάντα ποιεῖν τῷ φωτί: ꝙ illuminando oĩa clara demonſtret. φοῖβος appellat̃ (ut ait Cornificius) ἀπὸ τοῦ φοιτᾶν βίᾳ: ꝙ ui fertur. Plerique autem a ſpecie & nitore Phœbum .i. καθαρὸν καὶ λαμπρὸν dictū putant. Item Phaneta appellāt ἀπὸ τοῦ φαίνειν ἐπειδὴ φαίνεται νέος: quia ſol quotidie renouat ſeſe: unde Virgilius Mane nouū. Camerīēſes qui ſacrā ſoli incolunt inſulam ἀειγενέτην Apollini immolāt τῷ τὸν αὐτὸν ἀεὶ γίγνεσθαι καὶ ἀεὶ γεννᾶν: id eſt ꝙ ſemper exoriens gignitur: quiq; ipſe generat uniuerſa: ſeminādo: fouendo: producendo: alendo: augendoque. Apollinis lycii plures accipimus cognominis cauſas. Antipater ſtoicus lycium Apollinem nuncupatum ſcribit ἀπὸ τοῦ λευκαίνεσθαι πάντα φωτίζοντος ἡλίου. Cleanthes lycium Apollinem appellatum notat: ꝙ ueluti lupi pecora rapiunt: ita ipſe quoq; humorē eripit radiis. Priſci græcorum primā lucem quæ præcedit ſolis exortus: λύκην appellauerunt ἀπὸ τοῦ λύκου: id eſt tēporis: hodieq; lycophos cognominant: de quo tempore ita poeta ſcribit: ἦμος δ᾽ οὔτ᾽ ἄρ πω ἠώς ἔστι δ᾽ ἀμφιλύκη νύξ. Idem Homerus εὔχεο δ᾽ Ἀπόλλωνι λυκηγενέτῃ κλυτοτόξῳ: quod ſignificat τῷ γεννῶντι τὴν λύκην: dies q generat exortu ſuo lucem. Radiorum .n. ſplendor propinquantem ſolem longe lateque præcedens atque caliginem paulatim extenuans tenebraꝝ: parit lucē. Neque minus romani: ut pleraque alia ex græco: ita & lucē uidentᷓ a lyce figuraſſe. Annum quoq; uetuſtiſſimi græcorum λυκάβαντα appellāt τὴν ἀπὸ τοῦ λύκου id ē ſole. βαινόμενον καὶ μετρούμενον λύκον autem ſolem uocari etiam lycopolitana thebaidos ciuitas teſtimonio ē: quæ pari religione Apollinem: itemq; lupū hoc eſt λύκον colit ĩ utroq; ſolem uenerans: ꝙ hoc animal rapit & conſumit omnia in modū ſolis: ac plurimum oculorum acie cernens tenebras noctis euĩcit. Ipſos quoq; λύκους a lyce: id eſt a luce prima appellatos quidam putant: quia hæ feræ maxime id tempus aptum rapiendo pecori obſeruant: ꝙ antelucanum poſt nocturnam famem ad paſtum ſtabulis expellitur: & Apollinem πατρῷον cognominauerunt nō propria gentis unius ac ciuitatis religione: ſed ut auctorem progenerandarum omnium rerum: ꝙ ſol humoribus exiccatis progenerandarum omnibus præbuit cauſam: ut ait Orpheus: πατρὸς ἔχοντα νόον καὶ ἐπίφρονα βουλήν. Vnde nos quoque Ianum patrem uocamus ſolem ſub hac appellatione uenerantes. νόμιον Ἀπόλλωνα cognominauerūt: nō ex officio paſtorali: ut fabula per quā fingitur Admeti regis pecora pauiſſe: ſed quia ſol paſcit omnia quæ terra ꝓgenerat. Vnde non unius generis: ſed omniū pecoꝝ paſtor canitur: ut apud Homerum Neptuno dicente φοῖβε σὺ δ᾽ εἰλίποδας ἕλικας βοῦς βουκολέεσκες: atque idem apud eundem poetam equarū paſtor ſignificatur: ut ait.

τὰς ἐν Πιερίῃ θρέψ᾽ ἀργυρότοξος Ἀπόλλων

ἄμφω θηλείας φόβον Ἄρηος φορεούσας.

Præterea ædes ut omnium paſtorum ſūt apud camirenſes ἐπιμηλίου: apud naxios ποιμνίου: itemque deus ἀρνοκόμης colitur: et apud leſbios ναπαῖος. Et multa ſunt cognomina per diuerſas ciuitates ad dei paſtoris officiū tendentia. Quapropter uniuerſi pecoris antiſtes & uere paſtor agnoſcitur Apollo ἐλελεὺς appellat̃ ἀπὸ τοῦ ἑλίττεσθαι περὶ τὴν γῆν: ꝙ æterno circa terrā meatu ueluti uolui uidet̃. Vt ait Euripides ἥλιε θοαῖς ἵπποισιν εἱλίσσων φλόγα πολλοῦ πυρός: ut ait Empedocles οὕνεκα ἐλιχθεὶς μέγαν οὐρανὸν ἀμφιπολεύει ὑπαλλάττων ἀπὸ τοῦ συνηλέσκειν καὶ συναθροίζειν τοὺς ἀνθρώπους ὅταν ἀνατείλῃ: ꝙ exoriens homines conducit in cœtum. Apollo chryſocomos cognominat̃ a fulgore radiorum: quos uocat comas aureas ſolis: unde & ἀκερσεκόμης: ꝙ nunq̃ radii poſſunt a fronte lucis auelli. Item argyrotoxus: ꝙ enaſcēs per ſummum orbis ambitum uelut arcus quidā figuratur alba & argentea ſpecie. ex quo arcu radii in modum emicant ſagittarum. σμινθεὺς cognominatur ὅτι ζέων θεῖ: quia feruens currit: κάρνειος ὅτι καιόμενος ὁρᾶται νέος: uel ꝙ cū omnia ardentia conſumantur: hic ſuo calore candens ſemper nouus conſtat. Item Ἀπόλλων σκιάλλιος ὅτι τὰς κυνήσεις ἀλλοίας ποιεῖ: nobis ab auſtro currens. ευμβραῖος ὅτι τοὺς ὄμβρους θεῖς: ꝙ eſt deus imbricitor. Ἀπόλλων φιλήσιος: ꝙ lumē eius exoriens amabile amiciſſima ueneratione oculorum cōſalutamus.

ἀϖόλλων ϖύθιος οὐκ ἀϖὸ τῆς ϖυσεως: id eſt non a cõſultatione oculorum dictus a phyſicis extimatur: ſed ἀϖὸ τοῦ πύθειν: id eſt σήϖειν: ꝙ nunq̃ ſine ui caloris efficitur. Hinc ergo ϖύθων dictum extimant: licet hoc nomen ex nece draconis inditum deo græci fabulentur. Quæ tamẽ fabula nõ abhorret ab intellectu natalis arcani: quod apparebit: ſi pcurratur ordo: qui de Apolline naſcẽte narratur: ſicut paulo ſuperius enarraturum me eſſe promiſi. Latonæ Apollinem Dianamq; parituræ Iuno dicitur obſtitiſſe. Sed ubi quãdoq; partus effuſus eſt: draconem ferunt: qui ϖύθων uocitabatur deorum cunas inuaſiſſe: Apollinemq; in prima infantia ſagittis belluam confeciſſe. Quod ita intelligendum naturalis ratio demonſtrat. Nanq; poſt chaos ubi primum cœpit confuſa deformitas in rerum formas & elementa niteſcere: terraque adhuc humida ſubſtantia in molli atque inſtabili ſede nutaret: conualeſcente paulatim æthereo calore atque inde ſeminibus in eam igneis defluentibus hæc ſydera edita eſſe creduntur & ſolem maxima caloris ui in ſuperna raptũ. Lunam uero humidiore et uelut fœmineo ſexu naturali quodã preſſam tepore ĩferiora tenuiſſe: tãq̃ ille magis ſubſtãtia patris conſtet: hæc matris. Siquidem Latona phyſici uolũt terram uideri. Cui diu interuenit Iuno: ne numina quæ diximus ederentur. Hoc eſt aer qui tũc humidus adhuc grauiſq; obſtabat ætheri: ne fulgor luminum per humoris aerei denſitatem tanq̃ ex cuiuſdam partus progreſſione fulgeret. Sed diuinæ Prouidẽtiæ uicit ĩſtãtia: quæ creditur iuuiſſe partum. Ideo ĩ inſula delo ad confirmandam fidem fabulæ ædes Prouidẽtiæ: quã ναὸν ϖρονοίασ appellant: apta religione celebratur. Propterea in inſula dicunt nati: ꝙ ex mari nobis oriri uidẽtur. Hæc inſula ideo delos uocatur: quia ortus & quaſi partus luminum omnia facit δῆλα: id eſt aperta clareſcere. Hæc eſt autem de nece draconis ratio naturalis: ut ſcribit Antipater ſtoicus. Nam terræ adhuc humidæ exhalatio meãdo in ſuperna uolubili ĩpetu atque inde ſeſe poſtq̃ calefacta eſt: inſtar ſerpentis mortiferi ĩ inferiora reuoluendo corrumpebat omnia ui putredinis: quæ non niſi ex calore & humore generatur: ipſumque ſolem denſitate caliginis obtegendo nebula uidebatur quodammodo lumen eius eximere. Sed diuino feruore radiorum tandem uelut ſagittis incidentibus extenuata exiccata enecta interempti draconis ab Apolline fabulã fecit. Eſt & alia ratio draconis perempti. Nam ſolis meatus licet ab ecliptica linea nunq̃ recedat: ſurſũ tamẽ ac deorſum uentorum uices certa deflexione uariando iter ſuum uelut flexum draconis inuoluit. Vnde Euripedes ϖυργέννης δὲ δράκων ὄλον ἡγεῖται τοῖς τετραμόρφοις ὥραις ζεύγην ἁρμονία ὄπλου τοῦ ϖολυκαρποῦ ὄχημα. Sub hac ergo appellatione cæleſtis itineris ſol cum confeciſſet ſuum curſum: draconẽ cõfeciſſe dicebatur. Inde fabula



exorta eſt de ſerpentis nece. Sagittarum autẽ nomine non niſi radiorũ iactus oſtenditur: qui tunc longiſſimi intelliguntur: quo tempore altiſſimus ſol diebus longiſſimis ſolſtitio æſtiuo conficit annuũ curſum: unde ἑκηβόλος dictus καὶ ἑκατηβόλος e longiſſimo altiſſimoq; radios in terram uſq; dimittẽs. De Pythii cognomine ſufficere iſta potuiſſent: ni hæc quoq; ratio eiuſdem appellationis ingereret. Cum.n.ſol ĩ ſigno cancri æſtiuum ſolſtitium facit: in quo eſt longiſſimi diei terminus: & inde retrogreſſum agit ad diminutionem dierum: Pythius eo tempore appellatur ὧς πύματον θέων ὃ ἐςὶ τελευταῖος δρόμον τρέχων. Idem ei nomen conuenit: & cum capricornum rurſus ingrediens ultimum breuiſſimi diei curſum intelligit peregiſſe: & ideo in alterutro ſignorum peracto annuo ſpatio draconem Apollo.i.flexuoſum iter ſuũ cõfeciſſe memoratur. Hanc opinionem Cornificius in etymis rettulit. Ideo autẽ his duobus ſignis: quæ portæ ſolis uocantur: cancro & capricorno hæc omnia contigerunt: ꝙ cancer aĩal retro atq; oblique cedit. Eademque ratione ſol in eo ſigno obliquũ ut ſolet incipit agere retrogreſſũ. Capræ uero conſuetudo hæc in paſtu uidetur: ut ſemper altum paſcẽdo petat. Sed & ſol in capricorno ĩcipit ab imis ĩ alta remeare. ἀϖόλλωνα διδυμαῖον uocant: ꝙ geminã ſpeciem ſui numinis præfert ipſe illuminando formandoque lunã. Et.n.ex uno fonte lucis gemino ſydere ſpatia diei & noctis illuſtrat. Vnde & romani ſolem ſub nomine & ſpecie anni didymati Apollinis apellatione uenerantur. ἀϖόλλωνα δελφιὸν uocãt: ꝙ quæ obſcura ſũt: claritudine lucis oſtẽdit ἐκ τοῦ δηλοῦν ἀφανῆ. Aut ut Numenio placet: quaſi unum & ſolum. Ait.n. priſca græcoꝝ lingua δελφον unum uocitari: unde & frater inquit ἄδελφος dicitur: quaſi iã nõ unus. Hieropolitani præterea qui ſunt gẽtes aſſyriorũ: omnes ſolis effectus atq; uirtutes ad unius ſimulacri barbati ſpeciẽ redigũt: eundẽq; Apollinem appellant. Huius facies prolixa in acutum barba figurata eſt eminente ſuper caput calatho. Simulacrum thorace munitum eſt. Dextera erectã tenet haſtam ſupſtãte uictoriæ paruulo ſigno. Siniſtra floris porrigit ſpeciem: ſummiſque ab humeris gorgoneum uelamentũ redimitum anguibus tegit ſcapulas. Aquilæ propter exprimunt inſtar uolatus. Ante pedes imago fœminea eſt: cuius dextera leuaque ſunt ſigna fœminarum. Ea cingit flexuoſo uolumine draco. Radios ĩ terrã ſupne iaci barba demiſſa ſignat. Calathus aureus ſurgẽs ĩ altũ mõſtrat ætheris ſũmum: unde ſolis creditur eſſe ſubſtantia. Haſtæ atq; loricæ argumento imago adiungitur Martis: quem eundem ac ſolem eſſe procedens ſermo patefaciet. Victoria teſtatur cuncta ſummitti huius ſyderis poteſtati. Floris ſpecies florẽ rerum proteſtatur: quas hic deus inſeminat progenerat: nutrit: fouet: maturatq;. Species fœminea terræ

imago eſt:quā ſol deſuper illuſtrat. Signa duo æque fœminea quibus ambitur: hylem naturamq; ſignificāt conſamulantes. Et draconis effigies fluxuoſū iter ſyderis mōſtrat. Aquilæ propter altiſſimā uelocitatē uolatus altitudinem ſolis oſtēdunt. Addita eſt gorgonea ueſtis: ꝙ Minerua quā huius præſidē accipimus:ſolis uirtus ſit. Sicut et Porphirius teſtatur Mineruā eſſe uirtutem ſolis: quæ humanis mentibus prudētiā ſubminiſtrat. Nam ideo hæc dea Iouis capite prognata memoratur: id eſt de ſumma ætheris parte edita:unde origo ſolis eſt.

DE Libero patre:ꝙ idem ſol & Liber pater. Cap. 21

h Aec quæ de Apolline diximus: poſſunt etiam de Libero dicta exiſtimari. Nam Ariſtoteles:qui thelogumena ſcripſit: Apollinē & Liberum patrem unum eundemq; deum eſſe cū multis aliis argumētis aſſeuerat:tum etiam apud ligyreos ait in thracia eſſe adytū Libero conſecratum. Ex quo redduntur oracula. Sed ī hoc adyto uaticinant̃ plurimo mero ſumpto:uti apud Clariū aqua pota effantur oracula. Apud lacedæmonios & ſacris: quæ Apollini celebrant hyacinthia uocantes hædera coronātur bacchico ritu. Item Boetii parnaſſū montē Apollini conſecratum eſſe memorantes:ſimul tamē in eodē & oraculū delphicū & ſpeluncas bacchicas uni deo conſecratas colunt. Vnde & Apollini & Libero patri ī eodē mōte res diuina celebrat̃. Quod cū & Varro & Granius Flaccus affirmēt: etiā Euripides his docet: διόνυσος θύρσοις καὶ νέβρων δοραῖς καθαπτος ἐν πεύκαισι πάρναστον καταπηδᾶ χορευων. In hoc monte parnaſſo bacchanalia alternis annis aguntur: ubi & ſatyrorum(ut affirmāt)frequens cernitur cœtus: & plerumq; uoces propriæ exaudiuntur. Itemque cymbalorum crepitus ad aures hominum ſæpe perueniunt:& ne quis opinetur diuerſis diis parnaſſum montē dicatū: idem Euripides in licinio Apollinem Liberumq; unum eundēq; deum eſſe ſignificans ſcribit δέσποτα φιλόδαφνε βάκχε παιὰν ἄπολλον εὔλυρε. Ad eādem ſententiā Aeſchylus ὠ κιστεὺς ἄπολλον ὠ βάκχε ὠ μάντις. Sed licet illo prius aſſerto eundem eſſe Apollinem ac ſolem: edoctoque poſtea ipſum eſſe Liberum patrem qui Apollo eſt: nulla ex his dubitatio fit ſolem ac Liberum patrem eiuſdē numinis habendū. Abſolute tamē hoc argumentis liquidioribus aſtruetur. In ſacris enim hæc religioſi arcani obſeruatio tenetur:ut cum ſol in ſupero.i.in diurno hemiſpærio ē: Apollo uocitetur: cum ī infero.i.nocturno Dionyſius q eſt Liber pater habeatur. Itē Liberi patris ſimulacra partī puerili ætate partim iuuenis fingūt. Præterea barbata ſpecie ſenili quoque uti græci eius quē Bacchapæan: item quem Briſſea appellant:& ut in campania neapolitani celebrāt Ebona cognominantes. Hæ autem ætatū diuerſitates ad ſolem referuntur:ut paruulus uideatur hyemali ſolſtitio:qualē ægyptii proferunt ex adyto die certa:ꝙ tūc breuiſſimo die ueluti paruus & infans uideatur. Exinde autem procedētibus augumētis æquinoctio uernali ſimiliter atque adoleſcentis adipiſcitur uires: figuraq; iuuenis ornat̃. Poſtea eius ætas ſtatuit̃ pleniſſima effigie barbæ ſolſtitio æſtiuo: quo tempore ſummum ſui conſequitur augmentum. Exinde per diminutiones ueluti ſeneſcenti quarta forma deus figuratur. Itē ī thracia eundē haberi ſolē atque Liberū accipimus:quem Sebadium nūcupātes magnifica religiōe celebrāt:ut Alexander ſcribit:eiq; deo ī colle zilmiſſo ædes dicata eſt ſpecie rotūda:cuius mediū īter patet tectū. Rotunditas ædis mſtrat huiuſce ſyderis ſpēm:ſūmoq; tecto lumē admittit̃:ut appeat ſolē cūcta uertice ſūmo luſtrare lucis īmiſſu:& qa oriēte eo ūiuerſa pate fiūt. Orpheus quoq; ſolē uolēs ītelligi ait īter cætera τήκων αἰθέρα δῖον ἀκίνητον πρὶν ἐόντα ἐξανέφηνε θεοῖσι ὁρᾶν καλαῖς τὸν ἰδέσθαι ὃν δὴ νῦν καλέουσι φάνητά τε καὶ διονυσὸν εὐβουλῆα τ' ἄνακτα καὶ ἀνταύτὴν ἀρδῆλον ἀμοιδαλλοκαλοῦσιν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων: πρῶτος δ' ἐς φάος ἦλθε διόνυσος δ' ἐκλήθη οὕνεκα δινεῖται κατ' ἀπείρονα μακρὸν ὄλυμπον ἀλλαχθεὶς ὄνομα ἔσχε προσωνυμίας πρὸς ἕκαστον παντοδαπὰς κατὰ καιρὸν ἀμειβομένοιο χρόνοιο. Phaneta dixit ſolē ἀπὸ τοῦ φωτός: id eſt a lumine atq; illuminatione: quia cunctis uiſit̃ cuncta conſpiciens. Dionyſius ut ipſe uates ait ἀπὸ τοῦ δινεῖσθαι καὶ περιφέρεσθαι: id eſt ꝙ circunferatur in ambitum: unde Cleanthes ita cognominatum ſcribit ἀπὸ τοῦ διανῦσαι:quia quotidiano impetu ab oriente ad occaſum diem noctemq; faciendo cæli conficit curſū. Phyſici διόνυσον διὸς νοῦν:quia ſolem mundi mentem eſſe dixerunt. Mundus autem uocatur cælum quod appellāt Iouem. Vnde Aratus de cælo dicturus ait: ἐκ διὸς ἀρχόμεσθα. Liber a romanis appellatur:ꝙ liber & uagus ē:ut ait Neuius: Hac qua ſol uagus igneas habenas īmitit ꝓpius iungatq; terræ. Iidem uerſus orpheici ἀυβουλῆα uocantes boni conſilii hunc deum præſtitem monſtrant. Nam ſi conceptu mentis cōſilia naſcuntur:mundi autem mentem ſolem opinantur auctores: a quo ī hoīes manat intelligendi principium:merito boni conſilii ſolem antiſtitē crediderūt. Solem Liberum eſſe manifeſte pronūciat Orpheus hoc uerſu: ἥλιος ὃν διονυσον ἐπίκλησιν καλέουσιν. Is quidē uerſus abſolutior: ille uero eiuſdem uatis operoſior: εἷς ζεὺς εἷς ἀήδης εἷς ἥλιος εἷς διόνυσος. Huius uerſus auctoritas fūdatur oraculo Apollinis Clarii:ī quo aliud quoq; nomen ſoli adiicitur:qui in iiſdē ſacris uerſibus inter cætera uocatur ὑαω. Nam conſultus Apollo Clarius quis deorū habēdus ſit: qui uocatur ὑαω:ita effatus eſt ὄρπαμεν. Huius oraculi uim numinis: nominiſque interpretationem qua Liber pater & ſol ὑαω ſignificatur: executus ē Cornelius Labeo ī libro cuius titulus ē:De oraculo Apollinis

Clarii. Item Orpheus Liberum atque ſolem unum eſſe deũ eundemq;
demonſtrans: de ornatu ueſtituque eius in ſacris liberalibus ita ſcribit:
αὐτάτε πάντα. Hinc & Virgilius ſcribens Liberum patrem ſolem eſſe
& Cererẽ lunã: qui pariter fertilitatibus glebæ & maturãdis frugibus uel
nocturno temperamento uel diurno calore moderantur: Veſtro ait ſi
munere tellus: Chaoniã pĩgui glãdẽ mutauit ariſta. Solẽ uero terrenæ
eſſe fœcunditatis auctorem idẽ poeta profano mox docuit exemplo: cũ
ait. Sæpe etiã ſteriles incendere profuit agros. & reliqua. Si. n. hominũ
cõmento ignis adhibitus multiplex præſtat auxilium: quid aſcribendũ
eſt æthereo ſolis calori?

DE Marte. Ca. 22

q Væ de Libero patre dicta ſunt: hæc Martem eundem ac ſolẽ eſſe
demonſtrãt: ſiquidẽ plerique Liberum cũ Marte coniungũt unũ
deũ eſſe monſtrantes. Vnde Bacchus ἐνυάλιος cognominatur: quod ẽ
ĩter propria Martis nomina. Colit' etiã apud lacedæmonios ſimulacꝝ
Liberi patris haſta inſigne non thyrſo. Sed cum thyrſũ tenet: qd aliud
q̃ latens telum geritur: cuius mucro hedera labente protegitur. Quod
oſtendit uinculo quodam patientiæ obligãdos impetus belli. Habet. n.
hedera uinciendi obligandique naturam. Nec non & calor uini: cuius
Liber pater auctor eſt: ſæpe homines ad furorem bellicum uſq; ꝓpellit.
Igitur propter cognatum utriuſque effectus calorem Martem ac Liberꝝ
unum eundemque deũ eſſe uoluerunt. Certe romani utrũque patris
appellatione uenerantur. Alterum Liberum patrem: alterũ Marſpitrẽ
.i. Martem patrem cognominantes. Hinc etiam Liber pater bellorum
potens probatur: ꝙ eum primum ediderunt auctorem triumphi. Cũ
igitur Liber pater idem ac ſol ſit: Mars uero idem ac Liber pater:
Martem ſolem eſſe quis dubitet. Acitani etiam hiſpana gens ſimulacꝝ
Martis radiis ornatũ maxima religiõe celebrant necyn uocãtes. Et certe
ratio naturalis exigit: ut dii caloris cæleſtis parentes magis nominibus q̃
re ſubſtantiaque diuerſi ſint. Feruorem autem quo animus excãdeſcit
excitaturque alias ad iram alias ad uirtutes non nunq̃ ad tẽporalis fu-
roris exceſſũ: per quas res etiã bella naſcuntur: Martẽ cognominauerũt.
Cuius uĩ poeta exprimẽdo & ſimilitudini ignis applicando: ait μάινετο-
δ'ὡς ἄρης ἐγχέσπαλος ἢ ὀλοὸν πῦρ. In ſũma pronunciandum eſt: ef-
fectum ſolis de quo feruor animorum de quo calor ſanguinis excitatur:
Martem uocari.

DE Mercurio Cap. 23.

u T uero Mercurius ſol probetur: ſuperius edocta ſuffragia ſunt.
Eundem. n. eſſe Apollinem atque Mercurium uel hinc apparet:
ꝙ apud multas gentes ſtella Mercurii ad Apollinis nomẽ refertur. Et ꝙ



Apollo muſis præſidet: Mercurius ſermonem quod eſt muſaꝝ munus
impartit. Præter hoc quoq; Mercuriũ pro ſole cenſeri multa documẽta
ſunt. Primum: ꝙ ſimulacra Mercurii pennatis alis adornantur: quæ res
monſtrat ſolis uelocitatem. Nam quia mentis potentem Mercuriũ cre-
dimus: appellatũq; ita ĩtelligimus & ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν. Et ſol mũdi
mẽs ẽ. Sũma autem eſt uelocitas mentis: ut ait Homerus: ὡσεὶ πτερὸν
ἠὲ νόημα. Ideo pĩnis Mercurius q̃ſi ipſa natã ſolis ornat'. Hoc argumẽ-
tũ lucidius ægyptii abſoluũt ipſius ſolis ſimulacra pinnata fĩgẽtes: qbus
color apud illos non unus eſt. Alterum enim cærulea ſpecie: alteꝝ claꝝ
fingunt. Ex his clarum ſuperum & cæruleum inferũ uocant. Inferi aũt
nomen ſoli datur: cum inferiore hemiſpærio. i. hyemalibus ſignis curſũ
ſuum peragit: ſuperi cum partem zodiaci ambit æſtiuam. Eandẽ circa
Mercurium ſub alia fabula fictio eſt: cum inter ſuperos & inferos de-
os adminiſter ac nuncius exiſtimatur. Argiphontes præterea cognomi-
natur: non ꝙ argũ peremerit: quem ferunt per ambitũ capitis multorũ
oculorum luminibus ornatum cuſtodiſſe Iunonis imperio Inachi filiã
eius deæ pellicem conuerſam in bouis formã: ſed ſub huiuſmodi fabula
Argus eſt cælum ſtellarum luce diſtinctũ: quibus ĩeſſe quædam ſpecies
cæleſtium uidetur oculorum. Cælum autem argũ uocari placuit a can-
dore & uelocitate παρὰ τὸ λευκὸν ταχύ. Et uidet' terrã deſup obſeruare:
quã ægyptii hieroclíphicis litteris quom ſignificare uolũt: ponũt bouis
figuram. His ergo ambitus cæli ſtellarum luminibus ornatus tunc exi-
ſtimatur enectus a Mercurio: cum ſol diurno tempore obſcurãdo ſydera
ueluti enecat ui luminis ſui conſpectum eorum auferendo mortalibus.
Pleraque etiã ſimulacra Mercurii quadrato ſtatu figurantur ſolo capite
inſignita & uirilibus erectis. Quæ figura ſignificat ſolẽ mũdi eſſe caput:
& rerum ſatorem: omnẽq; uim eius non ĩ quodam diuiſorũ miniſterio
membroꝝ: ſed in ſola mente conſiſtere: cuius ſedes ĩ capite ẽ. Quattuor
latera eadem ratione finguntur: qua & tetrachordum Mercurio credit'
attributũ. Quippe ſignificat hic numerus uel totidẽ plagas mũdi: uel
quattuor uices temporum quibus annus includitur: uel ꝙ duobus æq-
noctiis duobuſque ſolſtitiis zodiaci ratio diſtincta eſt: ut lyra Apollinis
chordarum ſeptem tot cæleſtiũ ſpærarum motus præſtat ĩtelligi: qbus
ſolem moderatorem natura conſtituit. In Mercurio ſolem coli etiã ex
caduceo claret: ꝙ ægyptii in ſpecie draconum maris & fœminæ cõiũctoꝝ
figurauerũt Mercurio cõſecrãdũ. Hi dracones parte media uoluminis
ſui inuicem in nodum quem uocant Herculis obligãtur: primæq; ꝑtes
eorum reflexæ in circulum preſſis oculis ambitum circuli iungunt. Et
poſtmodum caudæ reuocantur ad capulum caducei: ornanturque aliis
ex eadem capuli parte naſcentibus. Argumentum caducei ad geniturã

quoq; hominũ:quæ geneſis appellatur:ægyptii ꝓtendũt deos præſtites
homini naſcenti quattuor adeſſe memorantes Δαίμονα τύχην ἔρωτα
ἀνάγκην: & duos priores ſolem ac lunam intelligi uolunt:ꝙ ſol auctor
ſpiritus caloris ac luminis humanæ uitæ genitor & cuſtos ē: & ideo na/
ſcētis dæmon.i. deus credit᷑. Luna τύχη:quia corporum præſul eſt:quæ
fortuitoꝝ uarietate iactantur. Amor oſculo ſignificat᷑: neceſſitas nodo.
Cur pinnæ adiiciantur:iam ſuperius abſolutum eſt. Ad huiuſmodi ar/
gumenta draconum præcipue uolumen lectũ eſt propter iter utriuſq;
ſyderis flexuoſum.

DE Aeſculapio. Cap. 24

h Inc eſt:ꝙ ſimulacris & Aeſculapii & Salutis draco ſubiũgitur:q hi
ad ſolis naturam lunæq; referuntur. Et eſt Aeſculapius uis ſalu/
bris de ſubſtantia ſolis ſubueniens animis corporibuſque mortalium.
Salus autem naturæ lunaris effectus eſt : quo animantium corpora
iuuantur ſalutifero firmata temperamento. Ideo ergo ſimulacris eoꝝ
iunguntur figuræ draconum: quia præſtant:ut humana corpora uelut
infirmitatis pelle depoſita ad priſtinum reuireſcant uigorē:ut reuireſcũt
dracones per ānos ſingulos pelle ſenectutis exuta. Propterea & ad ipſũ
ſolem ſpecies draconis refertur: quia ſol ſemper uelut a quadam imæ
depreſſionis ſenecta in altitudinem ſuam ut in robur reuertit᷑ iuuētutis.
Eſſe autem draconem inter præcipua ſolis argumenta etiam nominis
fictione monſtratur:ꝙ ſit nuncupatus ἀπὸ τοῦ δέρκειν : id eſt uidere.
Nam ferunt hunc ſerpentem acie acutiſſima & peruigili naturā huius
ſyderis imitari: atque ideo ædium adytorum oraculorum theſaurorum
cuſtodiam draconibus aſſignari. Aeſculapium uero eundem eſſe atque
Apollinem:non ſolum hinc probatur:ꝙ ex illo natus creditur: ſed ꝙ ei
& ius diuinationis adiungitur. Nam Apollodorus in libris:qbus titulus
eſt περὶ θεῶν: ſcribit ꝙ Aeſculapius diuinationibuis & auguriis præſit.
Nec mirum:ſiquidē medicinæ atque diuinationis conſociatæ ſũt diſci/
plinæ. Nam medicus uel commoda uel incommoda in corpore futura
prænoſcit. Sicut ait Hippocrates : oportet medicum dicere de ægroto
τατ'εόντα τατ'εσσόμενα καὶ προτ'εόντα:id eſt quæ ſint:quæ fuerint:quæ
mox uentura ſequentur. Quod congruit diuinationibus: quæ ſciunt
τατ'εόντα τατ'εσσόμενα καὶ προτ'εόντα.

DE Hercule. Cap. 25

ſ Ed nec Hercules a ſubſtantia ſolis alienus eſt. Quippe Hercules
ea eſt ſolis poteſtas:quæ humano generi uirtutem ad ſimilitudinē
præſtat deorum. Nec exiſtimes Alcumena apud thebas boetias natum
ſolum uel primum Herculem nuncupatum:immo poſt multos atque
poſtremos ille hac appellatione dignatus eſt honoratuſq; hoc nomine:



quia nimia fortitudine meruit nomen dei uirtutem regentis. Cæterum
deus Hercules religioſe quidē & apud tyron colitur. Verũ ſacratiſſima
& anguſtiſſima ægyptii eum religione uenerantur:ultraque memoriam
quæ apud illos retro longiſſima eſt:ut carentē initio colunt. Ipſe credit᷑
& gigantes interemiſſe:cum cælo propugnaſſet quaſi uirtus deoꝝ. Gi/
gantes autem quid aliud fuiſſe credendum eſt : q̄ hominum quandam
impiam gentem deos negantem:& ideo extimatā deos pellere de cæleſti
ſede uoluiſſe? Horum pedes in draconum uolumina deſinebant:quod
ſignificat nihil eos rectũ nihil ſuperũ cogitaſſe : totius uitæ eorũ greſſu
atque proceſſu in inferna mergente. Ab hac gēte ſol pœnas debitas ui
peſtiferi caloris exegit:& re uera Herculem ſolem eſſe uel ex noīe claret.
Heracles.n. qui aliud eſt: niſi heras.i.aeris cleos? quæ porro alia aeris
gloria eſt:niſi ſolis illuminatio:cuius receſſu profunditate ſpũs occulit᷑
tenebrarum? Præterea ſacrorum adminiſtrationes apud ægyptios mul/
tiplici actu multiplicem dei aſſerunt poteſtatem ſignificantes Herculē
τὸν ἐν πᾶσι καὶ διὰ πάντων ἥλιον. Ex re quoq; alibi terrarũ geſta ar/
gumentum non uile colligitur. Nam Theron rex hiſpaniæ citerioris cũ
ad expugnandum Herculis templum ageretur furore inſtructus:exer/
citui nauium gaditani ex aduerſo uenerũt ꝓuecti nauibus longis:com/
miſſoque prælio adhuc æquo marte conſiſtente pugna:ſubito in fugam
uerſæ ſunt regiæ naues:ſimulq; improuiſo igne correptæ cõflagrauerũt.
Pauciſſimi qui ſuperfuerant hoſtium capti indicauerũt apparuiſſe ſibi
leones proris gaditanæ claſſis ſuperſtantes:ac ſubito ſuas naues īmiſſis
radiis:quales in ſolis capite pinguntur exuſtas.

DE Sarapi. Cap. 26

e Idem ægypto adiacens ciuitas : quæ conditorē Alexandrũ Mace/
donem gloriatur:Sarapin atque Iſin cultu pene attonitæ uenera/
tionis obſeruat. Omnem tamē illā uenerationem ſoli ſe ſub illius noīe
teſtatur impendere:uel dum calathum capiti eius infingunt: uel dum
ſimulacro ſignum tricipitis animantis adiũgũt:quod exprimit medio
eodēq; maximo capite leonis effigiē: Dextera parte caput canis exoritur
manſueta ſpecie blandientis. Pars uero leua ceruicis rapacis lupi capite
finitur:eaſque formas animaliũ draco conectitur uolumine ſuo capite
redeunte ad dei dexteram qua compeſcitur mõſtrũ. Ergo leonis capite
monſtratur præſens tempus:quia conditio eius inter præteritũ futuꝝq;
actu præſēti ualida feruenſque eſt. Sed & præteritum tēpus lupi capite
ſignatur:ꝙ memoria rerum tranſactarum rapitur & aufertur. Itē canis
blandientis effigies futuri temporis deſignat euentũ:de quo nobis ſpes
licet incerta blandit᷑. Tempora autē cui niſi proprio famularēt᷑ auctori?
Cuius uertex inſignitus calatho & altitudinē ſyderis mõſtrat: & potētiā

capacitatis oſtendit:quia in eum omnia terrena redeunt:dum immiſſo
calore rapiuntur. Accipe nũc quod de ſole uel Sarapi ꝓnũtiet̃ oraculo.
Nam Sarapis quem ægyptii deum maximum prodiderunt: oratus a
Nicochreonte cypriorum rege quis deoꝝ haberetur:his uerſibus ſolicitã
religionem regis inſtruxit:εἰμὶ θεὸς τοιόσδε μαθεῖν οἷον κἀγω εἴπω
ὀυράνιος κόσμος κεφαλὴ γαςὴρ δὲ θάλασσα γαῖα δέ μοι πόδες εἰσὶ
τὰ δ᾽ ὄυατα ἐν αἰθέρι κεῖται ὄμματε τηλαυγὲς λαμπρὸν φάος ἠελοῖο.
Ex his apparet Sarapis & ſolis unam eſſe & indiuiduam naturam. Iſis
cuncta religione celebratur: quæ eſt uel terra uel natura rerum ſubiacẽs
ſoli. Hinc eſt ꝙ continuatis uberibus corpus deæ omne denſetur: quia
uel terræ uel rerum naturæ altu nutritur uniuerſitas.

DE Adone Attine & Oſiri. Cap. 27.

a Donin quoq; ſolem eſſe non dubitatur inſpecta religiõe aſſyrioꝝ:
apud quos Veneris Architidis & Adonis maxĩa olĩ ueneratio ui-
guit:quã nũc phœnices tenent. Nã phyſici terræ ſuperius hemiſpæriũ:
cuius partem incolimus: Veneris appellatione coluerunt. Inferius uero
hemiſpærium terræ Proſerpinam uocauerunt. Ergo apud aſſyrios ſiue
phœnicas lugẽs induci᷑ dea:ꝙ ſol ãnuo greſſu per duodecim ſignorum
ordinem pergens:partem quoque hemiſpærii inferioris ingredi᷑: quia
de.xii.ſignis zodiaci ſex ſuperiora ſex inferiora cenſentur: & cum eſt in
inferioribus & ideo dies breuiores facit: lugere creditur dea: tanq̃ ſole
raptu mortis tẽporalis amiſſo & a Proſerpina retento: quã numẽ terræ
inferioris circuli & antipodum diximus. Rurſumque Adonin redditũ
Veneri credi uolunt: cum ſol euictis ſex ſignis annuis inferioris ordinis
incipit noſtri circuli luſtrare hemiſpærium cum incremento luminis &
dierum. Ab apro autem tradunt interemptũ Adonin:hyemis imaginẽ ĩ
hoc animali fingentes:ꝙ aper hiſpidus & aſper gaudet locis humidis &
lutoſis pruinaque contectis:proprieque hyemali fructu paſci᷑ glande.
Ergo hyems ueluti uulnus ẽ ſolis quæ & lucẽ eius nobis minuit & calo-
rẽ: quod utrũq; aĩantibus accidit morte. Simulacrũ huius deæ ĩ mõte
libano fingitur capite obnupto ſpecie triſti faciem manu læua intra
amictum ſuſtinẽs: lachrymæ uiſione conſpicienum manare creduntur.
Quæ imago præter ꝙ lugẽtis eſt(ut diximus)deæ:terræ quoq; hyemalis
eſt:quo tempore obnupta nubibus ſole uiduata ſtupet:fonteſq; ueluti
terræ oculi uberius manant: agrique interim ſuo cultu uidui mœſtam
faciem ſui monſtrant. Sed cum ſol emerſerit ab inferioribus partibus
terræ: uernaliſque æquinoctii trãſgreditur fines augendo diem: tũc eſt
Venus læta: & pulchra uirẽt arua ſegetibus: prata herbis: arbores foliis.
Ideo maiores noſtri aprilem mẽſẽ Veneri dicauerũt. Similiter phryges
fabulis & ſacrorum adminiſtrationibus immutatis circa matrem deũ



& Attinem eadem intelligi præſtat. Quis.n.ambigat matrem deũ terrã
haberi? Hæc dea leonibus uehitur ualidis impetu atq; feruore aĩalibus:
quæ natura cæli eſt:cuius ambitu aer continetur qui uehit terrã. Solem
uero ſub nomine Attinis ornant & fiſtula & uirga. Fiſtula ordinẽ ſpũs
inæqualis oſtendit:quia uenti in quibus nulla æqualitas eſt:propriam
ſumunt de ſole ſubſtantiam. Virga ſolis poteſtatem aſſerit:qui cuncta
moderatur. Præcipuam autem ſolis in his cerimoniis uerti rationẽ hinc
etiam poteſt ĩtelligi:ꝙ ritu eorum καταβάσει finita ſimulatiõeq; luctus
peracta celebratur læticiæ exordiũ ad octauũ kalendas aprilis: quẽ diem
hilaria appellant: quo primum tempore ſol diem longiorem nocte
protendit. Idẽ ſub diuerſis nominibus religiõis effectus eſt apud ægyp-
tios. Cum Iſis Oſirĩ luget:hæc in occulto eſt. Neq; aliud eſſe Oſirim q̃
ſolem:nec Iſim aliud eſſe q̃ terrã ut diximus naturamue rerum. Eadẽq;
ratio quæ circa Adonin & Attinen uertitur:in ægyptia quoque religione
luctum & læticiam uicibus annuæ adminiſtrationis alternat. Hĩc Oſirĩ
ægyptii ut ſolem eſſe aſſerunt:quotiens hieroglyphicis litteris ſuis expri-
mere uolunt: inſculpunt ſceptrum:inque eo ſpeciem oculi exprimunt:
& hoc ſigno Oſirim monſtrant ſignificantes hũc deũ ſolẽ eſſe: regaliq;
poteſtate ſublimẽ cuncta deſpicere:quia ſolem Iouis oculum appellat
antiquitas. Apud eoſdem Apollo qui eſt ſol:Horus uocatur. Ex quo &
Horæ .xxiiii.quibus dies noxque conficitur: nomen acceperunt:&.iiii.
tempora quibus annuus orbis impletur:horæ uocantur. Idem ægyptii
uolentes ipſius ſolis nomine dicare:ſimulacrum figurauere raſo capite:
ſed dextera parte crine remanẽte. Seruatus crinis docet ſolẽ naturæ rerũ
nũq̃ eſſe in operto. Dempti autem capilli reſidente radice mõſtrãt hoc
ſydus etiam tempore: quo non uiſitur a nobis: rurſum emergendi uti
capillos habere ſubſtantiam. Eodem argumento ſignificatur & tempus
quo anguſta lux eſt:cum uelut abraſis incrementis anguſtaque manẽte
extantia ad minimũ diei ſol perueĩt ſpatium:quod ueteres appellauere
brumale ſolſtitium: brumam a breuitate dierum cognominãtes: id eſt
βραχὺ ἦμαρ. Ex quibus latebris uel anguſtiis rurſus emergẽs ad æſtiuũ
hemiſpærium tanq̃ enaſcens in augmenta porrigi᷑: & tunc ad regnum
ſuum perueniſſe iã creditur. Propterea ægyptii animal in zodiaco con-
ſecrauere ea cæli parte:qua maxime annuo curſu ſol ualido efferuet ca-
lore:leoniſque inibi ſignum domicilium ſolis appellãt: quia id animal
uidetur ex natura ſolis ſubſtantiam ducere:primumq; impetu & calore
præſtat aĩalia:uti præſtat ſol ſydera:ualiduſque eſt leo pectore & priore
corporis parte:ac degenerat poſterioribus mẽbris. æque ſolis uis prima
parte diei ad meridiem increſcit:uel prima parte anni a uere ĩ æſtatem
mox elangueſcens deducitur:uel ad occaſum qui diei uel ad hyemẽ quæ

anni pars uidetur eſſe inferior: idemque oculis patentibus atque igneis cernitur ſemper: ut ſol patenti igneoque oculo terrã conſpectu ppetuo atque īfatigabili cernit. Nec ſolus leo: ſed ſigna quoq; uniuerſa zodiaci ad naturam ſolis iure referuntur. Et ut ab ariete incipiam: magna illi cõcordia eſt. Nã & is per ſex menſes hybernales ſiniſtro incubat lateri: ab æquinoctio uerno ſuper dextrum latus ſicut & ſol ab eodem tempore dextrum hemiſpærium: reliquo ambit ſiniſtrum. Ideo & Hãmonẽ quẽ deum ſolem occidentem libyes exiſtimant: arietinis cornibus fingunt: quibus maxime id animal ualet: ſicut radiis ſol. Nam & apud græcos ἀπὸ τοῦ κάρα κριός appellatur. Taurum uero ad ſolẽ referri multiplici ratione ægyptius cultus oſtendit: uel quia apud heliopolim taurũ ſoli conſecratum quem Neriton cognominant maxime colunt: uel qa bos apis in ciuitate mẽphi ſolis inſtar excipitur: uel quia in oppido hermīti magnifico Apollinis templo conſecratum ſoli colunt taurum Bacchim cognominantes inſignẽ miraculis conuenientibus naturæ ſolis. Nam & per ſingulas horas mutare colores affirmatur: & hirſutus ſetis dicitur in aduerſum naſcentibus contra naturam omniũ animalium: unde habet̃ ueluti imago ſolis in aduerſam mundi partem nitentis. Gemini autem qui alternis mortibus uiuere creduntur: quid aliud niſi ſolẽ unũ eũdẽq; ſignificant? modo deſcendentem in ima mundi: modo mundi in ſũmã altitudinem reſurgẽtem? Cãcer obliquo greſſu quid aliud niſi iter ſolis oſtendit? qui uiam nunq̃ rectam ſed per illam ſemper meare ſorittus ẽ obliquus: qua ſe ſignorum uerteret ordo? maximeq; ĩ illo ſigno ſol a curſu ſupero incipit obliquus inferiora iam petere. De leone iam ſupra dictũ eſt. Virgo autem: quæ manu ariſtam refert: quid aliud q̃ δύναμις ἡλιακή? quæ fructibus curuat? & ideo iuſtitia credit̃: quæ ſola facit naſcẽtes fructus ad hominum uſus peruenire. Scorpius totus in quo libra ẽ: naturam ſolis imaginatur: qui hyeme torpeſcit: & tranſacta hac aculeum rurſus erigit ui ſua: nullum natura damnũ ex hyberno torpore ppeſſa. Sagittarium qui omnium zodiaci domiciliorum imus atq; poſtremus eſt: ideo ex homine in ferã per mẽbra poſteriora degenerat: q̃ſi poſtremis partibus ſuis a ſuperis in inferna detruſus. Sagittam tamen iacit: quod indicat tunc quoq; uniuerſorum conſtare uitam radio ſolis uel ab ima parte ueniẽtis. Capricornus ab infernis partibus ad ſupera ſolẽ reducẽs capræ naturam uidet̃ imitari: quæ dum paſcitur: ab imis partibus ſemp prominentium ſcopulorum alta depoſcit. Aquarius non ne ipſam uim ſolis oſtendit? Vnde.n. imber caderet ĩ terras: niſi ſolis calor ad ſupera traheret humorem? cuius refuſio pluuialis eſt copia? Iu ultimo ordine zodiaci piſces locati ſunt: quos conſecrauit ſoli: non aliqua naturæ ſuæ imaginatio ut cætera: ſed oſtentatio potẽtiæ ſyderis: a quo uita nõ ſolũ



aereis terreniſq; animalibus datur: ſed illis quoq; quorum conuerſatio aquis merſa uelut aſpectu ſolis exulat. Tanta eſt uis ſolis: ut abſtruſa quoque penetrando uiuicet.

DE Nemeſi. Cap. 28

e T ut ad ſolis multiplicẽ poteſtatem reuertat̃ oratio: Nemeſis quæ contra ſuperbiã colitur: quid aliud eſt q̃ ſolis poteſtas? cuius iſta natura eſt: ut fulgentia obſcuret & cõſpectui auferat: quæq; ſunt in obſcuro illuminet offeratque conſpectui?

DE Inuo. Cap. 29

p An ipſe: quẽ uocant Inuum: ſub hoc habitu quo cernitur: ſolem ſe eſſe prudentioribus permittit intelligi. Hũc deũ Arcades colũt appellantes τὸν τῆς ὕλης κύριον: non ſiluarum dominũ ſed uniuerſæ ſubſtantiæ materialis dominatorem ſignificari uolẽtes. Cuius materiæ uis uniuerſorum corporum: ſeu illa diuina ſiue terrena ſint: componit eſſentiã. Ergo Inui cornua barbæq; prolixa demiſſio naturã lucis oſtẽdũt: quia ſol & ambitũ cæli ſuperioris illuminat: & ĩferiora colluſtrat. Vnde Homerus de eo ait: ὤρνυθ᾽ ἵν᾽ ἀθαντοισι φόως φέρη ἠδε βροτοῖσι. Quid fiſtula uel uirga ſignificent: ſuperius in habitu Attinis expreſſimus. Quod in capræ pedes deſinit: hæc argumenti ratio eſt: quia materia quæ in omnem ſubſtantiam ſole diſpenſante porrigitur: diuinis de ſe corporibus effectis in terræ finitur elemẽtum. Ad huius ergo extremitatis ſignum pedes huius animalis electi ſunt: quod & terrenum eſſet & tamen ſemper peteret alta paſcendo: ſicut ſol uel cum radios ſuperne dimittit in terras: uel cum ſe recolligit in montibus uiſitur. Huius Inui amor & delitiæ ἠχώ creditur nullius oſculis obnoxia: quæ ſignificat armoniam cæli: quæ ſoli amica eſt: quaſi ſpærarum omnium de qbus naſcit̃ moderatori: nec tamen noſtris unq̃ ſenſibus deprehendi.

DE Saturno. Cap. 30

ſ Aturnus ipſe: qui auctor eſt temporum & ideo a græcis immutata littera κρόνος quaſi χρόνος uocat̃: quid aliud niſi ſol ĩtelligẽdus eſt? cum tradatur ordo elementorũ temporum numeroſitate diſtĩctus: luce patefactus: nexus æternitate traductus: uiſione diſcretus: quæ oĩa actum ſolis oſtendunt.

DE Ioue. Cap. 31.

n Ec ipſe Iupiter rex deorum ſolis naturam uidetur excedere: ſed eundem eſſe Iouem ac ſolẽ claris docetur indiciis. Nã cũ ait Homerus ζεὺς γὰρ ἐς ὠκεανόν: Iouis appellatione ſolẽ ĩtelligi Cornificius ſcribit: cui unda Oceani uelut dapes miniſtrat. Ideo.n. ſicut & Poſidonius & Cleantes affirmant: ſolis meatus a plaga: quæ uſta dicitur nõ recedit: quia ſub ipſa currit oceanus: qui terrã & ambit & diuidit. Omniũ

autem phyſicorū aſſertione cōſtat calorē humore nutriri. Nā quod ait θεοὶ δ᾽ ἅμα πάντες ἕποντο: ſydera intelliguntur: quæ cum eo ad oc/
caſus ortuſque quotidie impetu cæli feruntur: eodemq; alunt̃ humore.
θεοὺς.n.dicunt ſydera & ſtellas ἀπὸ τοῦ θεῖν.i.τρέχειν: ꝙ ſēper in curſu
ſit ἢ ἀπὸ τοῦ θεωρέυεσθαι. Addit poeta δωδεκάτη γενετήως: nō dieꝶ
ſed horaꝶ ſignificans numerū: quibus referūt̃ ad hemiſpærii ſuperioris
exortū. Intellectū noſtꝶ in eandē ſentētiā ducūt etiā de Timeo Plato/
nis hæc uerba: ὁ μὲν δὰ ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ ὀξεὺς ἐλαύνων πτηνὸν
ἅρμα πρῶτος πορέυεται διακοσμῶν πάντα καὶ ἐπιμελούμενος
τῷ δὲ ἕπεται ϛρατία θεῶν καὶ δαιμόνων κατὰ δώδεκα μέρη κεκοσμ/
ημένη μένει δὲ ἑϛία ἐν θεῶν οἴκῳ μόνη. His.n.uerbis magnū in cælo
ducem ſolē uult ſub appellatione Iouis intelligi: alato curru uelocitatē
ſyderis mōſtrans. Nam quia in quocūq; ſigno fuerit: præſtat oīa ſigna
& ſydera ſignorumq; præſtites deos uidet̃ cunctos deos ducatu præire
ordinando cuncta ornandoque: atque ideo uelut exercitum eius cæteros
deos haberi per.xii.ſignoꝶ ꝑtes diſtributos: quia ipſe duodecimi ſigni ī
quocunq; ſigno fuerit locum occupat. Nomē autem demonū cū deoꝶ
appellatione coniungit: aut quia dii ſunt δάιμονες: id eſt ſciētes futi:
aut(ut Poſſidonius ſcribit in libris quibus titulus eſt περὶ ἡρώων καὶ
δαιμόνοον)quia ex ætherea ſubſtantia parta atque diuiſa qualitas illis
eſt: ſiue ἀπὸ τοῦ δάιυν: id eſt κάιυν: ſeu ἀπὸ τοῦ δαιομένου: hoc eſt
μεριζομένου. Quod autem addit μένει δ᾽ ἑϛία ἐν θεῶν οἴκῳ μόνη: ſigni/
ficat: quia hæc ſola quā terrā eſſe accipimus: manet īmobilis ītra domū
deorum.i.intra mūdum: ut ait Euripides καὶ γαῖα μὲν πάντες οἱ βρο/
τοὶ οἰκοῦσι ἡ μὲν ἐν αἰθέρει. Hinc quoque oſtenditur quid de ſole &
Ioue ſit ſentiendum: cum alibi dicitur πάντα δ᾽ ἴδων δίος καὶ πάντα
νοήσας: & alibi ἠέλιος θὸς πάντ᾽ ἐφόροις καὶ πάντ᾽ ἐπακούεις. Vnde
utrūq; una poteſtate cenſendū. Aſſyrii quoque ſolē ſub Iouis nomine
quem diaheliopolitem cognominant: maximis ceremoniis celebrant in
ciuitate: quæ heliopolis nuncupatur. Eius dei ſimulacrum ſumptū eſt
de oppido ægypti: quod heliopolis appellatur regnante apud ægyptios
Senemure ſeu idē Senepos nomine fuit: perlatumque eſt primum ī eā
per Oppiā legatum Delebois regis aſſyriorum: ſacerdoteſque ægyptios
quorum princeps fuit Parmetis: diuque habitum apud aſſyrios poſtea
helipolin commigrauit. Cur ita factum quaque ratione ægypto ꝓfectū
in hæc loca ubi nunc eſt poſtea uenerit: rituque aſſyrio magis q̄ ægyptio
colatur: dicere ſuperſedi: quia ad præſentem non attinet cauſam. Nūc
uero eundem Iouem ſolemque eſſe: cum ex ipſo ſacrorum ritu: tum ex
habitu dignoſcitur. Simulacrum.n. aureū ſpecie imberbi inſtat dextra
eleuata cum flagro in aurigæ modum læua tenet fulmē & ſpicas. Quæ



cuncta Iouis ſoliſque conſociatam potentiā demonſtrant. Huius tēpli
religio etiam diuinatione præpollet: quæ ad Apollinis poteſtatē refert̃:
qui idem atque ſol eſt. Vehitur.n.ſimulacrū dei heliopolitani ferculo:
ueluti uehuntur in pompa ludorum circenſium deorum ſimulacra: &
ſubeunt pleraq; prouinciæ proceres raſo capite longi tēporis caſtimonia
puri: feruntque diuino ſpiritu non ſuo arbitrio: ſed quo deus propellit
uehentes: ut uidemus apud antium promoueri ſimulacra fortunarum
ad danda reſponſa. Conſulunt hunc deum & abſentes miſſis diploma/
tibus conſignatis: reſcribitque ordine ad ea quæ conſultatione addita
cōtinentur. Sic & imperator Traianus iturus ex ea prouīcia parthiā cū
exercitu conſtantiſſimæ religionis hortātibus amicis: qui maxīa huiuſce
numinis cœperant experimenta: ut de euentu conſuleret rei cœptæ: egit
romano conſilio prius explorando fidem religionis: ne forte fraus ſub/
eſſet humana. Et primū miſit ſignatos codicillos: ad quos ſibi reſcribi
uellet. Deus iuſſit afferri chartā eāq; aſſignari purā & mitti ſtupētibus
ſacerdotibus ad eiuſmodi factum. Ignorabant quippe conditionem co/
dicillorū. Hos cū maxima admiratione Traianus excepit: ꝙ ipſe quoq;
puris tabellis cum deo egiſſet. Tunc aliis codicillis conſcriptis ſignatiſq;
conſuluit: an romam perpetrato bello rediturus eſſet. Vitē centurialē
deus ex muneribus ī ædē dedicatis deferri iuſſit: diuiſāq; ī ꝑtes ſudario
condi: ac perinde ferri. Exitus rei obitu Traiani apparuit oſſibus romā
relatis. Nā fragmentis ſpecies reliquiarum uitis argumēto caſus futuri
tempus oſtēſum eſt. Et ne ſermo per ſingulorum nomina deoꝶ uaget̃:
accipe quid aſſyrii de ſolis potentia opinentur. Deo enim quem ſūmū
maximumque uenerātur Adad nomen dederunt. Eius noīs interpreta/
tio ſignificat unus. Hunc ergo ut potentiſſimum adorant deum. Sed
ſubiungunt eidem deam nomine Adargatim: omnemque poteſtatem
cunctarū rerum his duobus attribuunt ſolem terramque ītelligētes: nec
multitudine nominum enuntiantes diuiſam eorum per omnes ſpecies
poteſtatem: ſed argumentis quibus ornantur ſignificantes multiplicem
præſtantiam duplicis numinis. Ipſa autem argumenta ſolis rationem
loquuntur. Nanq; ſimulacrum Adad inſigne cernitur radiis inclinatis:
quibus monſtratur uim cæli in radiis eſſe ſolis: qui demittuntur ī terrā.
Adargatis ſimulacrum ſurſum uerſum reclinantis radiis inſigne ē mō/
ſtrando radiorum ui ſuperne miſſorū enaſci quæcunq; terra ꝓgenerat.
Sub eodem ſimulacro ſpecies leonum ſunt: eadem ratione terram eſſe
monſtrantes: qua phryges finxere matrem deum id eſt terram leonibus
uehi. Poſtremo potentiam ſolis ad omnium poteſtatū ſūmitatē referri
indicāt theologi: qui in ſacris hoc breuiſſīa precatiōe demōſtrāt: dicētes
ἥλιε παντοκράτωρ κόσμου πνεῦμα κόσμου δύναμις κόσμου φῶς.

Solem eſſe omnia : & Orpheus teſtatur his uerſibus : κέκλυθι πόρου
κύκλον ὀρανίαις ςροφίηγξι περὶ δρομὸν ἤλιε ἢ έλιος ὢν ἀγλαὲ ζεὺς
διόνυσε πατερ πόντοιο πάτερ ἄιης ἥελιε παγγενέτωρ παντάιολε
χρυσεόφεγγες.

h Ic cum Prætextatus feciſſet loquendi finem: omnes ĩ eum affixis
uultibus admirationem ſtupore prodebant. Deinde laudare hic
memoriam: ille doctrinam: cuncti religionem affirmantes hũc eſſe unũ
arcanæ deorum naturæ conſcium: qui ſolus diuina & aſſequi animo: &
eloqui poſſet ingenio. Inter hæc Euangelus equidẽ inquit: miror potu⸗
iſſe tantorum poteſtatem numinum comprehendi. Verũ ꝗ mantuanũ
noſtrum ad ſingula: cũ de diuinis ſermo eſt: teſtem citatis: gratioſius ẽ
q̄ ut iudicio fieri putetur. An ego credam ꝗ ille cũ diceret: Liber & alma
ceres: pro ſole & luna non hoc in alterius poetæ immitationem poſuerit:
ita dici audiens: cur tamen diceretur ignorans. Niſi forte ut græci omnia
ſua in immenſum tollunt: nos quoque poetas etiam noſtros uolumus
philoſophari: cũ ipſe Tullius qui non minus ꝓfeſſus eſt philoſophãdi
ſtudium q̄ loquendi: quotiens aut de natura deorum aut de fato aut
de diuinatione diſputat: gloriam quã oratione conflauit: incondita rerũ
relatione minuat. Tum Symmachus: De Cicerone Euangele: q̄ cõuitiis
impenetrabilis eſt: poſt uidebimus. Nunc quia cum Marone nobis ne⸗
gocium eſt reſpondeas uolo: utrũ poetæ huius opera inſtituendis tantũ
pueris idonea iudices: an alia illis altiora ineſſe fatearis. Videris.n.mihi
ita adhuc uirgilianos habere uerſus: qualiter eos pueri magiſtris præle⸗
gẽtibus canebamus. Immo pueri cum eſſemus Symmache ſine iudicio
mirabamur : inſpicere autẽ uitia nec per magiſtros nec p ætatẽ licebat:
quæ tamen non pudenter quiſq̄ negabat: cũ ipſe cõfeſſus ſit. Quis.n.
moriens poema ſuũ legauit igni? quid niſi famæ ſuæ poſteritati ſubtra⸗
hẽda curauit? nec immerito erubuit: quippe de ſe futura iudicia ſi legẽt
petitio deprecantis filio arma a marito: cui ſoli nupſerat: nec ex eo prolẽ
ſuſcepiſſe ſe nouerat: uel ſi mille alia multũ pudenda ſeu ĩ uerbis modo
græcis: modo barbaris ſeu in ipſa diſpoſitione operis deprehenderent.
Cũq; adhuc dicente omnes exhorruiſſent: ſubtexuit Symmachus: Hæc
eſt quidẽ Euangele Maronis gloria: ut nullius laudibus creſcat: nullius
uituperatione minuatur. Verꝝ iſta quæ proſcindis: defendere quilibet
poteſt ex plebeia grãmaticorum cohorte: ne Seruio noſtro qui priſcos:
ut mea fert opinio: præceptores doctrina præſtat: in excuſandis talibus
quæratur iniuria. Sed quæro utrum cũ poetica tibi ĩ tanto poeta diſpli⸗
cuerit: nerui tamen oratorii : qui in eodẽ ſũt ualidiſſimi placere uideãt.
Hæc uerba primum Euangeli riſus excepit. Deinde ſubiecit: Id hercule

reſtat denique: ut & oratorem Virgilium renuntietis: nec mirum cũ ad
philoſophos ambitus ueſter paulo ante prouexerit. Si in hac opinione
es Symmachus inquit: ut Maro tibi nihil niſi poeticũ ſẽſiſſe exiſtimet:
licet hoc quoque eidẽ nomẽ inuideris: audi quid de operis ſui multiplici
doctrina ipſe pronuntiet. Ipſius.n.Maronis epiſtola qua cõpellat Au⸗
guſtum: ita incipit. Ego uero frequẽtes a te litteras accipio. Et ĩfra: De
Aenea quidem meo ſi me hercle iam dignũ auribus haberẽ tuis libẽter
mitterem: ſed tanta inchoata res eſt: ut pene uitio mentis tantum opus
ingreſſus mihi uidear: cum præſertĩ (ut ſcis) alia quoq; ſtudia ad id opus
multoque potiora ĩpertiar. Nec his Virgilii uerbis copia reꝝ diſſonat:
quam pleriq; pene omnes litteratores pedibus illotis prætereunt : tanq̄
nihil ultra uerborũ explanationẽ liceat noſſe grãmatico. Ita ſibi belli iſti
homines certos ſciẽtiæ fines & uelut quædã pomeria & effata poſuerũt:
ultra quæ ſiquis egredi audeat : introſpexiſſe in ædem deæ a qua mares
abſterrent̃ exiſtimandus ſit. Sed nos quos craſſa minerua dedecet: non
patiamur abſtruſa eſſe adyta ſacri poematis : ſed arcanorum ſenſuum
inueſtigato auditu doctorum cultu celebranda præbeamus recluſa pe⸗
netralia. Et ne uidear uelle omnia unus amplecti: ſpõdeo uiolentiſſima
inuenta uel ſenſa rhetoricæ in uirgiliano me opere demonſtraturum.
Euſebio autem oratorũ eloquentiſſimo non præripio de oratoria apud
Maronem arte tractatum: quem & doctrina & docendi uſus melius ex⸗
equetur. Reliquos omnes: qui adeſtis impenſe precatus ſim: ut quid
ueſtrum quiſq; præcipuum ſibi annotauerit: de Maronis ingenio uelut
ex ſymbolo conferamus. Mirum in modum alacritatem omnibus qui
aderant: hæc uerba pepererunt. Et aſſurgẽs quiſque ĩ deſiderium alios
audiendi non uidit & ſe in idẽ munus uocãdum. Itaq; hortatu mutuo
concitati in aſſenſum facile ac libenter aĩati ſunt. Intuenteſque omnes
Prætextatum orabant: ut iudiciũ ſuũ primus aperiret: cæteris per ordinẽ
quem caſus ſedendi fecerat ſecuturis. Et Vectius: Equidẽ inter omnia
quibus eminet laus Maronis: hoc aſſiduus lector admiror: quia doctiſ⸗
ſime ius pontificũ tãq̄ hoc ꝓfeſſus ĩ multa & uaria operis ſui parte ſer⸗
uauit. Et ſi tãtæ diſertationis ſermo non ceſſerit: promitto fore ut Vir⸗
gilius noſter pontifex maximus aſſeratur. Poſt hunc Flauianus apud
poetam noſtrum inquit: tantã ſcientiã iuris angularis ĩuenio: ut ſi aliaꝝ
diſciplinarum doctrina deſtitueretur : hæc illum uel ſola profeſſio ſub⸗
limaret. Euſtachius deinde maxime inquit prædicarem: quãta de græcis
cautus & tanq̄ aliud agens modo artifici diſſimulatione modo ꝓfeſſa
imitatione tranſtulerit: ni me maior admiratio de aſtrologia totaq; phi⸗
loſophia teneret: quã parcus & ſobrius operi ſuo nuſq̄ reprehendendus
aſperſit. Furius Albinus alterũ fouens Prætextati latus : iuxtaque eum

Cecinna Albinus ambo uetuſtatis affectationem ĩ Virgilio prædicabãt:
alter in uerſibus:alter in uerbis. Auienus non aſſumam mihi inquit:ut
unã aliquã de uirgilianis uirtutibus audeã prædicare:ſed audiẽdo quæ-
cunque dicetis:ſiquid uel de his mihi uidebitur:uel iam dudum legenti
annotandũ uiſũ eſt: opportunius proferã: modo memineritis a Seruio
noſtro exigendũ:ut quicq̄d obſcurũ uidebitur quaſi litteratoꝝ omniũ
longe maximus palam faciat. His dictis & uniuerſo cœtui complacitis
Prætextatus cũ in ſe cõuerſa omniũ ora uidiſſet: Philoſophia īq̄t quod
unicũ ẽ munus deoꝝ & diſciplĩa diſciplĩaꝝ:honorãda ẽ anteloq̄o. Vnde
meminerit Euſtachius primũ ſibi locũ ad diſſerendũ omni alia ꝓfeſſi-
one cedente conceſſum. Huic tu mihi Flauiane ſuccedes: ut & auditu
ueſtro recreer:& aliquanto ſilentio inſtaurem uires loquendi. Inter hæc
ſeruilis moderator obſequii: cui cura uel adolendi penates uel ſtruendi
penũ & domeſticoꝝ actuũ miniſtros regẽdi:admonet dominũ familiã
ꝓ ſolẽnitate annui moris epulatam. Hoc.n.feſto religioſæ domus prius
famulos inſtructis tanq̄ ad uſũ domini dapibus honorant:& ita demũ
patriſfamilias menſæ apparatus nouatur. Inſinuat ergo præſul famuli
cui cœnæ tempus & dominos iã uocare. Tũ Prætextatus reſeruãdus er-
go eſt Virgilius noſter ad meliorẽ partẽ diei: ut mane nouũ ĩſpiciendo
per ordinem carmini deſtinemus. Nũc hora nos admonet: ut honore
ueſtro hæc menſa dignetur. Sed & Euſtachius & poſt hũc Nicomachus
meminerint craſtina diſertatione ſeruari ſibi anteloquii functionem:&
Flauianus ex placita iã uos lege conuenio: ut ſequenti die penates mei
beari ſe tanti cœtus hoſpitio glorientur. His cum omnes aſſenſi eſſent:
ad cœnam alio aliud de his quæ inter ſe contulerant reminiſcẽte appro-
banteque cum magna alacritate animi conceſſerunt.

## MACROBII AVRELII THEODOSII VIRI CONSVLA-RIS ET ILLVSTRIS SATVRNALIORVM LIBER. 2

h Ic ubi modeſtus edendi modus ceſſare fecit ca-
ſtimoniã ferculo:& cõuiualis læticia minuſculis
poculis oriebat᷑: Auienius ait: Bene ac ſapien-
ter Maro noſter tumultuoſum ac ſobrium uno
eodemque uerſu deſcripſit ſub paucoꝝ uerboꝝ
mutatione cõuiuium. Nam ubi ſub apparatu
regio procedere ſolet luxus ad ſtrepitũ: Poſtq̄
prima ĩquit quies epulis. At cum heroes caſti-
gatis dapibus aſſidunt:nõ reducit quietem:q̄a nec præceſſit tumultus.
Sed Poſtq̄ exempta fames epulis. Noſtrũ hoc cõuiuiũ quod & heroici



ſæculi pudicitiam:& noſtri conduxit elegantiam:in quo ſplẽdor ſobrius
& diligens parſimonia Agathonis cõuiuio: uel poſt magniloquentiam
Platonis non componere tantum:ſed nec præferre dubitauerim. Nam
ipſe rex menſæ nec in moribus Socrate minor: & in repu. philoſopho
efficacior. Cæteri qui adeſtis eminentiores eſtis ad uirtutũ ſtudia: q̄ ut
poetis comicis & Alcibiadi: qui tantum fuit fortis ad crimina: aliiſque
quibus frequens illud conuiuium fuit:uos quiſq̄ extimet comparãdos.
Bona uerba quæſo Prætextatus ait circa reuerentiam tantum ſocraticæ
maieſtatis. Nam reliquis qui in illo fuerunt ſympoſio: hæc lumina q̄s
non præponenda cõſentiat. Sed quorſũ tibi Auiene hoc tendit exẽplũ?
Quia ſub illorum inquit ſupercilio non defluit:qui pſaltriã intromitti
peteret: ut puella ex induſtria ſupra naturam mollior canora dulcedĩe
& ſalutatiõis lubrico exerceret illecebris philoſophãtes. Illic hoc fieri tẽ-
tatũ ẽ:ut Agathonis uictoria celebraret᷑. Nos honorẽ dei:cuius hoc feſtũ
eſt:nullo admixtu uoluptatis augemus. Neque ego ſũ neſcius nos nec
triſticiam nec nubilum uultum in bonis ducere: nec Craſſum illũ quem
auctore Lucilio Cicero ſemel ĩ uita riſiſſe ſcribit:magnopere mirari. Ad
hæc cum Prætextatus diceret ludicras uoluptates nec ſuis penatibus aſ-
ſuetas nec ante cœtum tam ſerium producendas:excepit Symmachus.
Quia ſaturnalibus optimo dierũ:ut ait ueronenſis poeta: nec uoluptas
nobis ut ſtoicis tanq̄ hoſtis repudianda eſt: nec ut epicureis ſummum
bonum in uoluptate ponendum:excogitemus alacritatẽ laſciuia carẽtẽ.
Et ni fallor inueni:ut iocos ueterum ac nobilium uirorum edecumatos
ex multiiugis libris relatiõe mutua proferamus. Hæc nobis ſit litterata
læticia:& docta cauillatio uicem planipedis & ſabulonis ĩpudica & præ-
textata uerba iaciẽtis: at pudorẽ ac modeſtiã uerſus imitatã. Hæc res &
cura & ſtudio digna ueteribus uiſa eſt. Etiã primũ aĩaduerto duos quos
eloquentiſſimos antiqua ætas tulit: comicum Plautum: & oratorem
Tullium:eos ambos etiam ad iocorum uenuſtatem cæteris præſtitiſſe.
Plautus quidem ea re clarus fuit:ut poſt mortem eius comœdiæ: quæ
incertæ ferebantur:plautinæ tamen eſſe de iocorum copia noſcerentur.
Cicero autem quantum in ea re ualuerit: quis ignorat? qui uel liberti
eius libros:quos is de patroni iocis compoſuit:quos quidam ipſius pu-
tant eſſe:legere curauit. Quis item neſcit conſularem eum ſcurram ab
inimicis appellari ſolitum? Quod in oratione etiã ſua Vatinius poſuit.
Atque ego(ni longum eſſet)referrem in quibus cauſis quom nocentiſſi-
mos reos tueretur: uictoriam iocis adeptus ſit:ut ecce pro Lucio Flacco
quẽ repetundarũ reũ ioci opportunitate de manifeſtiſſimis criminibus
exemit. Is iocus ĩ oratione nõ extat: mihi ex libro Fuſii Viuaculi notus
eſt:& inter alia eius dicteria celebratur. Sed in hoc uerbo nõ caſu ĩcidi:

uolens feci. Iocus enī hoc genus ueteres noſtri dicteria dicebant. Teſtis
idem Cicero: qui ī libro epiſtolarum ad Cornelium Nepotem ſecundo
ſic ait: Itaque noſtri cum omnia: quæ dixiſſemus dicta eſſēt: quæ facete
& breuiter & acute locuti eſſemus: ea proprio nomine appellari dicteria
uoluerunt. Hæc Cicero. Nouius uero Pomponiuſque iocos non raro
dicteria nominant. Marcus etiā Cato ille cēſorius argute iocari ſolitus ē.
Horum nos ab inuidia muniret auctoritas: etiā ſi noſtris cauillaremur.
At cum a ueteribus dicta referamus: ipſa utique auctorum dignitate de⸗
fendimur. Si ergo ꝓbatis īuentum: agite quod cuiq; de dictis talibus in
mentem ueniet: uiciſſim memoriam noſtrā excitando referamus. Pla⸗
cuit uniuerſis læticiæ excogitata ſobrietas: & ideo ut Prætextatus incipi⸗
endo auctoritatem de exemplo præberet: hortati ſunt.

t Vum ille: Dictum uolo hoſtis referre ſed uicti: & cuius memoria
inſtaurat romanorum triumphos. Hānibal carthaginenſis apud
regē Antiochum profugus facetiſſime cauillatus eſt. Ea cauillatio hu⸗
iuſcemodi fuit. Oſtendebat Antiochus in campo copias ingentes: quas
bellum populo romano facturas comparauerat: conuertebatq; exercitū
inſignibus argenteis & aureis florentem. Inducebat etiam currus cum
falcibus & elephantos cum turribus equitatumque frenis & ephippiis
mobilibus ac phaleris præfulgentē. Atq; ibi rex cōtemplatione tanti &
tam ornati exercitus gloriabundus Hānibalē aſpicit. Et putas ne inqt
ſatis eſſe romanis hæc omnia? Tūc pœnus eludens ignauiam ībelliamq;
militum eius precioſe armatorum: Plane inquit ſatis eſſe credo romanis
hæc: & ſi auariſſimi ſunt. Nihil prorſus neque tam lepide neq; tā acerbe
dici poteſt. Rex de numero exercitus ſui: ac de extimanda æquiparatiōe
quæſiuerat. Reſpōdit Hānibal de præda. Flauianus ſubiecit: Sacrifi⸗
ciū apud ueteres fuit: quod uocabatur ꝓteruia. In eo mos erat: ut ſiqd
ex epulis ſuperfuiſſet: igne conſumeretur. Hic Catonis iocus eſt. Nāq;
Albidium quendā: qui ſua bona comediſſet: & nouiſſime domum quæ
ei reliqua erat incendio perdidiſſet: proteruiam feciſſe dicebat: quod co⸗
meſſe non potuerit: id combuſſiſſe.

ſ Ymmachus deinde: Mater. M. Bruti Seruilia cum precioſum ære
paruo fundum abſtuliſſet a Cæſare ſubiiciente haſtæ bona ciuiū:
nō effugit dictum tale Ciceronis. Equidem quo melius emptū ſciatis:
comparauit Seruilia hunc fūdum tertia deducta. Filia autem Seruiliæ
erat Iunia Tertia. Eademq;. C. Caſſii uxor laſciuiente dictatore tam in
matrē q̄ in puellam. Tūc luxuriā ſenis adulteri ciuitas ſubinde rumo⸗
ribus iociſque carpebat: ut mala non tantum ſeria forent.

p Oſt hūc Cecīna Albinus: Plancus ī iudicio forte amici cū moleſtū
teſtem deſtruere uellet: interrogauit (quia ſutorem ſciebat) quo ar⸗
tificio ſe tueretur. Ille urbane reſpondit: Gallam ſubigo. Sutoriū hoc
habetur inſtrumētū: quod nō infacete in adulterii exprobrationē am⸗
biguitate conuertit. Nam Plancus ī Meuia Galla nupta male audiebat.
Secutus eſt Furius Albinū. Poſt mutinenſem fugam quærentibus qd
ageret Antonius: reſpōdiſſe fai̅liaris eius ferebat: Quod canis ī ægypto:
bibit & fugit. quoniā in illis regionibus cōſtat canes raptu crocodilorū
exterritos currere & bibere.

e Vſtachius deinde: Publius Mutium ī primis maliuolum cum ui⸗
diſſet ſolito triſtiorem: aut Mutio inquit neſcio quid ī commo⸗
di acceſſit: aut neſcio cui aliquid boni. Inde Auienus Fauſtus Syllæ filius
cū ſoror eius eodem tempore duos mœcchos haberet: Fuluiū Fullonis
filium & Pompeium cognomine Maculam: miror inquit ſororem meā
habere Maculam cum Fullonem habeat.

h Ic Euangelus: Apud Lucium Mallium: qui optimus pictor romæ
habebatur: Seruilius Geminius forte cœnabat. Cumq; filios eius
deformes uidiſſet: non ſimiliter īquit Malli fingis & pīgis. Et Mallius:
In tenebris. n. fingo inquit: luce pingo. Euſebius deinde: Demoſtenes
inquit excitatus ad laudis famam: cuius formā tunc græcia mirabat̄ ac⸗
ceſſit: ut & ipſe famoſo amore potiretur. Qui ubi dimidium talentum
unius preciū noctis audiuit: diſceſſit hoc dicto ὀυκ ἀγγοράζω τοσού⸗
τον μετανοῆσαι. Inter hæc cum Seruius ordine ſe uocante per uere⸗
cūdiam ſileret: omnes nos inquit Euangelus impudentes grammatice
pronuncias: ſi tacere talia uis uideri tuitione pudoris. Vnde neq; tuum
nec Diſarii aut Hori ſupciliū liberū erit a ſuperbiæ nota: ni Prætextatū
& nos uelitis imitari. Tunc Seruius: Poſtq̄ uagis ſilentium erubeſcēdū
uidit: ad libertatem ſe ſimilis relationis animauit. M. inquit Votacilius
Pitholaus: cum. C. Seruilius uno tamē die cōſul fuiſſet: dixit. Ante fla⸗
mines: nunc conſules diales fiunt. Nec Diſarius ultra exprobrationem
taciturnitatis expectans ait.

p Oſt hunc Horus quoq; affero ad uos inquit Δίςοιχον Platonis:
quo ille adoleſcens luſerit: cum tragœdiis quoque eadem ætate
præluderet: τὴν ψυχὴν ἀγαθῶνα φιλῶν ἐπὶ χείλεσιν εἶχον ἦλθε ἡ
τλ ἡμῶν ὡς διαβησομένη. Orta ex his læticia & omnibus in cenſoriū
riſū remiſſis: ac retractātibus quæ a ſingulis antiquæ feſtiuitatis ſapore

prolata ſunt. Symmachus ait: Hos Platonis uerſiculos: quorũ magis uetuſtatem an breuitatẽ mireris incertũ eſt: legiſſe me memini ĩ latinũ tanto latius uerſos: quanto ſolet noſtra q̃ græcorum lingua breuior & anguſtior extimari. Et(ut opinor)hæc uerba ſunt.

Dum ſemiulco ſauio meum puellum ſauior:
Dulcemque florem ſpiritus duco: ex aperto tramite
Anima ægra & ſaucia cucurrit ad labia mihi:
Rictumque in oris peruium & labia pueri mollia rimata
Itiner tranſitus: ut tranſiret nititur.
Tum ſi moræ quid fuiſſet pluſculæ:
In cœtu oſculi amoris igne percita trãſiſſet:
Et me linqueret: & mira prorſus res fieret:
Vt ad me fierẽ mortuus: ad puerꝝ ĩtus uiuerẽ.

Sed miror ões uos ioca tacuiſſe Ciceronis: ĩ qbus facundiſſimus: ut in oĩbus fuit. Et ſi uidetur: ut æditũus reſpõſa numinis ſui prædicat: ita ego quæ memoria ſuggeſſerit: refero dicta Ciceronis. Tũ oĩbus ad audiẽdũ erectis: ille ſic incipit: .M. Cicero: cũ apud Damaſippum cœnaret: & ille mediocri uino poſito diceret: Bibite falernum hoc: annorum quadraginta eſt: Bene inqt ætatẽ fert. Idem cum Lẽtulum generum ſuum exiguæ ſtaturæ hominẽ longo gladio accinctum uidiſſet: quis inquit generum meum ad gladium alligauit? Nec Quinto Ciceroni fratri circa ſimilem mordacitatẽ pepercit. Nam cum in ea prouincia quã ille rexerat: uidiſſet clypeatam imaginẽ eius ingentibus liniamentis uſque ad pectus ex more pictam (erat autẽ Quĩtus ipſe ſtaturæ paruæ) ait: Frater meus dimidius maior eſt q̃ totus. In cõſulatu Vatinii: quẽ paucis diebus geſſit: notabilis Ciceronis urbanitas circunferebat᷑. Magnum oſtentum inquit anno Vatinii factum eſt: ꝙ illo cõſule nec bruma nec uer nec æſtas nec auctũnus fuit. Quærenti deinde Vatinio: ꝙ grauatus eſſet domum ad ſe infirmatum uenire reſpondit: Volui in conſulatu tuo uenire: ſed nox me comprehendit. Vlciſci autem ſe Cicero uidebatur: ut qui reſpondiſſe ſibi Vatiniũ meminerat: cum humeris ſe reipu. de exilio reportatum gloriaretur: Vnde ergo tibi uarices?

c Aninius quoque Reuilus qui uno die (ut Seruius rettulit) conſul fuit: roſtra cum aſcendiſſet pariter honorem iniit conſulatus: & eierauit: quod Cicero gaudens omni occaſione urbanitatis increpuit: λογοθεώρητος eſt Caninius cõſul. Deinde: Hoc conſecutus eſt Reuilus: ut quæreret᷑ quibus conſulibus conſul fuerit. Dicere præterea non deſtitit: Vigilantem habemus conſulem Caninium: qui in conſulatu ſuo ſomnum non uidit.



p Ompeius Ciceronis facetiarum impatiens fuit. Cuius hæc de eo dicta ferebantur. Ego uero quem fugiam habeo: quẽ ſequar nõ habeo. Sed & cum ad Pompeium ueniſſet: dicẽtibus ſero eum ueniſſe: reſpondit: Minime ſero ueni: nã nihil hic paratum uideo. Deinde ĩterroganti Pompeio ubi gener eius Dolobella eſſet: reſpondit: cum ſocero tuo. Et cũ donaſſet Pompeius tranſfugam ciuitate romana: o hominẽ bellum ĩquit: gallis ciuitatem promittit alienam: qui nobis noſtrã non poteſt reddere. Propter quæ merito uidebatur dixiſſe Pompeius: Cupio ad hoſtes Cicero tranſeat: ut nos timeat.

i N Cæſarẽ quoque mordacitas Ciceronis dentes ſuos ſtrinxit. Nã primum poſt uictoriam Cæſaris interrogatus: cur in electiõe ptis erraſſet: reſpondit: Præcinctura me decepit. Iocatus in Cæſarem: qui ita toga præcingebatur: ut trahendo liciniam uelut mollis incederet: adeo ut Sylla tãq̃ ꝓuidus dixerit Põpeio: Caue tibi illũ puerꝝ male præcĩctũ.

d Einde cum Laberius in fine ludorum anulo aureo honoratus a Cæſare: e ueſtigio in quattuordecim gradibus ad expectandum trãſit uiolato ordine: & cum detractus eſt eques romanus: & cũ minus remiſſus ait Cicero prætereunti Laberio & ſedile quærenti: Recepiſſem te: niſi anguſte ſederem: ſimul & illum reſpuens: & in nouum ſenatũ iocatus: cuius numerum Cæſar ſupra fas auxerat. Nec impune: Reſpõdit enim Laberius. Mirꝝ ſi anguſte ſedes: qui ſoles duabus ſellis ſedere: exprobrata leuitate Ciceronis: quia immerito optimus ciuis male audiebat. Idem Cicero alias facilitatem Cæſaris in eligendo ſenatum irriſit palam: Nam cum ab hoſpite ſuo Publio Mallio rogaretur: ut decurionatum priuigno eius expediret: aſſiſtente frequentia dixit: Romæ ſi ius habebit Pompeius: difficile eſt. Nec intra hæc mordacitas ſtetit: quippe ab Androne quodam laodiceno ſalutatus: cum cauſam aduẽtus requiſiuiſſet: comperiſſetque (nam ille ſe legatum de libertate patriæ ad Cæſarem ueniſſe reſpondit) ita expreſſit publicam ſeruitutẽ: ἐάν ἐπιτύχῃς καὶ περὶ ἡμᾶς πρέσβευσον.

u Igebat in eo excedens iocis & ſeria mordacitas: ut hoc ẽ ex epiſto. ad. C. Caſſiũ dictatoris uiolatorem. Vellem idibus martiis me ad cœnam inuitaſſes: profecto reliquiarum nihil fuiſſet: nunc me reliquiæ noſtræ exercent. Idẽ Cicero de Piſone genero &. M. Lepido lepidiſſime cauillatus eſt. Dicẽte adhuc Symmacho: & (ut uidebatur) plura dicturo intercedens Auienus: ut fieri ſermonibus cõuiualibus ſolet: Nec Auguſtus inquit Cæſar in huiuſmodi dicacitate quoq̃ minor: & fortaſſe nec Tullio. Et ſi uolẽtibus uobis erit: aliqua eius quæ memoria ſuggeſſerit: relaturus ſum. Et Horus: Permitte Auiene Symmachus explicet de his: quos iã nominauerat dicta Ciceronis: & opportunius quæ de Auguſto

ius referre ſuccedent.

r Eticente Auieno Symmachus Cicero inq̄ : cum Piſo gener eius mollius incederet : filia autem concitatius:ait filiæ: ambula tanq̄ uir. Et cum. M. Lepidus in ſenatu dixiſſet patribus conſcriptis: Tullius ait: Ego nõ tanti feciſſē ὁμοιόπτωτον. Sed perge Auiene ne ultra te dicturientem retardem. Et ille: Auguſtus inquã Cæſar affectauit iocos ſaluo tamen maieſtatis pudoriſque reſpectu:nec ut caderet in ſcurram. Aiacem tragœdiam ſcripſerat: eãdemque ꝙ ſibi diſplicuiſſet:deleuerat. Poſtea Lucius grauis tragœdiarum ſcriptor ĩterrogabat eum : quid ageret Aiax ſuus. Et ille in ſpongiam inquit incubuit.

i Dem Auguſtus:cum ei quidam libellũ trepidus offerret:& modo proferret manum:modo traheret: Putas inquit te aſſem elephãto dare. Idẽ cum ab eo Pacubius Taurus cõgiarium peteret: diceretq; iam hoc homines uulgo loqui:non paruam ab illo ſibi pecuniam datã: ſed tu inquit noli credere. Aliũ præfectura equitum ſũmotum & inſuper ſalarium poſtulantẽ:dicentẽq; nõ lucri cauſa dari hoc mihi rogo: ſed ut iudicio tuo munus uidear impetraſſe: & ita officium depoſuiſſe. Hoc dicto repcuſſit: Tu te accepiſſe apud omnes affirma:& ego dediſſe me nõ negabo. Vrbanitas eiuſdem innotuit circa Herenniũ deditũ uitiis iuuenem:quem cum caſtris excedere iuſſiſſet: & ille ſupplex hac deprecatione uteretur : quomodo ad patrias ſedes reuertar? quid patri meo dicã?reſpondit: dic me tibi diſplicuiſſe. Saxo ĩ expeditione percuſſum ac notabili cicatrice in fronte deformem nimium tamẽ ua opa iactantem ſic leuirer caſtigauit. Ar tu cũ fugies inquit nunq̄ poſt te reſpexeris. Galbæ cuius ĩforme gibbo erat corpus: agenti apud ſe cauſã & frequenter dicẽti corrige in me ſiquid reprehendis: reſpondit: Ego te monere poſſũ:corrigere non poſſũ. Cũ multi ſeuero Caſſio accuſãte abſoluerentur·& architectus fori Auguſti expectationẽ operis diu traheret:ita iocatus eſt: Vellem Caſſius & meum forum accuſaſſet.

u Ectius cum monumentum patris exaraſſet:ait Auguſtus:Hoc eſt uere monumentũ patris colere. Cũ audiſſet inter pueros:quos in ſyria Herodes rex iudeorum intra bimatum iuſſit interfici:filiũ quoq; eius occiſum:ait: Melius eſt Herodis porcum eſſe q̄ filium. Idem Auguſtus quia Mœcenatẽ ſuum nouerat eſſe ſtilo remiſſo molli & diſſoluto:talem ſe in epiſtolis quas ad eum ſcribebat ſæpius exhibebat:& contra caſtigationẽ loquendi quã alias ille ſcribendo ſeruabat ĩ epiſtola ad Mœcenatem familiari plura in iocos effuſa ſubtexuit. Vale mel gentium metuelle ebur ex etruria laſar arrentium adamas ſupernas thyberinum margaritum cilneorum ſmaragde iaſpi figuloꝝ berille proſenne carbunculum habeas ἵνα συντέμω πάντα μάλαγμα mœcharum.

Exceptus eſt a quodam cœna ſatis parca:& quaſi quotidiana. Nam pene nulli ſe inuitanti negabat. Poſt epulum igitur inops ac ſine ullo apparatu diſcedens : Vale dicenti hoc tantũ inſuſurrauit: Nõ putabã me tibi tã familiarem. Cum de tyriæ purpuræ:quã emi iuſſerat:obſcuritate quereretur dicente uenditore: Erige altius & ſuſcipe: His uſus eſt ſalibus: Quid ergo ut me populus romanus dicat bene cultũ: ĩ ſolario ambulaturus ſum? Nomenculatori ſuo de cuius obliuione querebatur dicenti:nunquid ad forum mandas? Accipe inquit cõmẽdaticias: quia illic neminem noſti. Vatinio in prima ſua ætate eleganter inſultauit. Confuſus ille podagra uolebat tamen uideri diſcuſſiſſe uitium:& mille paſſus ambulare ſe gloriabatur. Cui Cæſar: Nõ miror ĩqt: dies aliquãto ſunt longiores.

r Elata ad ſe magnitudine æris alieni:quã quidam eques romanus dum uixit excedentem ducẽties cælauerat : culcitram emi cubicularem ĩ eius auctione ſibi iuſſit. Et præceptum mirantibus hanc rationẽ reddidit: Habenda eſt ad ſomnum culcitra:in qua ille cum tantum deberet dormire potuit. Nõ eſt intermittendus ſermo eius:quẽ Catonis honori dedit. Venit forte in domũ:ĩ qua Cato habitauerat. Dein Strabone in adulationẽ Cæſaris male exiſtimante de Catonis peruicacia ait: Quiſquis præſentem ſtatũ ciuitatis commutari nõ uolet : & ciuis & uir bonus eſt. Satis ſerio & Catonem laudauit:& ſibi ne quis affectaret res nouas conſuluit. Soleo ĩ Auguſto magis mirari:quos pertulit iocos q̄ ipſe quos protulit:quia maior eſt patientiæ q̄ facundiæ laus : maxime cum æquanimiter aliqua etiam iocis mordaciora pertulerit. Cuiuſdã prouĩcialis iocus aſper innotuit. Intrauerat romam ſimillimus Cæſari: & in ſe omnium ora cõuerterat. Auguſtus perduci hominẽ ad ſe iuſſit: uiſumque hoc modo interrogauit: Dic mihi adoleſcens:fuit aliquando mater tua romæ? Negauit ille:nec cõtẽtus adiecit:ſed pater meus ſæpe. Temporibus triumuiralibus Pollio cum feſceminos in eum Auguſtus ſcripſiſſet ait: At ego taceo. Nõ eſt enim facile in eum ſcribere:q poteſt proſcribere. Curtius eques romanus delitiis diffluens:cum macrũ turdum ſumpſiſſet in conuiuio Cæſaris:ĩterrogauit an mittere liceret. Reſponderat princeps:quidni liceat? Ille ſtatim per feneſtram miſit. Aes alienum Auguſtus cuiuſdam ſenatoris cari ſibi non rogatus exoluerat numerato quadragies. At ille pro gratiarũ actione hoc ſolũ ei ſcripſit: Mihi nihil. Solebat Licinius libertus eius ĩchoãti opa patrono magnas pecunias conferre. Quem morem ſecutus centum promiſit per libellũ: in quo uirgulæ ſuperductæ pars ultra pecuniæ defectionem ꝓtendebatur uacante infra loco. Cæſar occaſione uſus propriori alterum centies ſua

manu iunxit ſpatio diligenter expleto & affectata litteræ ſimilitudine: geminatamque accepit ſummam diſſimulãte liberto. Qui poſtea cœpto aiio opere leniter factum ſuũ Cæſari obiecit libello tali dato: Cõfero tibi domine ad noui operis impenſam quod uidebitur. Mira etiam cẽſoris Auguſti & laudata patientia. Corripebat eques romanus a principe tanq̃ minuiſſet facultates ſuas. At ille ſe multiplicaſſe coram probauit. Mox eidem obiecit: q; ad contrahendum matrimonium legibus non paruiſſet. Ille uxorẽ ſibi & tres liberos eſſe dixit. Tunc adiecit: Poſt hac Cæſar cũ de honeſtis hominibus inquiris: honeſtis mandato. Etiã militis non libertatem tantum: ſed & temeritatem tulit. In quadam uilla inquietas noctes agebat rumpente ſomnũ eius crebro noctuæ cantu. Prehendendam curauit noctuã. Miles aucupii peritus & ſpe ingẽtis premii pertulit. Laudato imperator mille nũmos dari iuſſit. Ille auſus eſt dicere: Malo uiuat: auẽque dimiſit. Quis non miratus eſt nõ offẽſo Cæſare abiiſſe militem cõtumacem. Veteranus cũ die ſibi dicto periclitaretur: acceſſit in publico ad Cæſarẽ: rogauitque ut ſibi adeſſet. Ille aduocatũ quem ex comitatu ſuo elegerat ſine mora dedit: cõmẽdauitq; ei litigatorem. Exclamauit ingenti uoce Veteranus: At non ego Cæſar periclitãte te attiaco bello uicariũ quæſiui: ſed pro te ipſe pugnaui: detexitque impreſſas cicatrices. Erubuit Cæſar: uenitq; in aduocationem: ut qui uereretur non ſuperbus tantum: ſed etiam ingratus uideri. Delectatus inter cœnam erat ſymphoniacis Turonii Flacci mangonis: atq; eos frumento donauerat: cum in alia acroamata fuiſſet liberalis nũmis. Eoſdemque poſtea Turonius æque inter cœnam quærenti Cæſari ſic excuſauit: ad molas ſũt. Sublimis attiaca uictoria reuertebatur: occurrit ei inter gratulantes coruum tenens: quem inſtituerat hoc dicere. Aue Cæſar uictor imperator. Miratus Cæſar officioſam auem .xx. milibus nummum emit. Socius opificis ad quem nihil ex illa liberalitate peruenerat: affirmauit Cæſari habere illum & aliũ coruum: quẽ ut afferre cogeretur rogauit. Allatus uerba quæ didicerat expreſſit: Aue uictor ĩperator Antoni. Nihil exaſperatus ſatis duxit iubere illum diuidere donatiuum cum cõtubernali. Salutatus ſimiliter a pſytaco emi iuſſit eũ. Idem miratus ĩ pica: hanc quoque redemit. Exemplũ ſutorẽ pauperẽ ſollicitauit: ut coruum inſtitueret ad parem ſalutationem. qui ĩpendio exhauſtus ſæpe ad auẽ non reſpondentẽ dicere ſolebat: opera & impẽſa periit. Aliquãdo tamen coruus cœpit dicere dictatam ſalutationẽ. Hac audita dum tranſit Auguſtus reſpondit: Satis domi ſalutatorꝝ talium habeo. Superfuit coruo memoria: ut & illa quibus dominũ querentẽ ſolebat audire ſubtexeret: opera & impenſa periit. Ad quod Cæſar riſit. Emique auem iuſſit: quanti nullã adhuc emerat. Solebat deſcendẽti a palatio Cæſari honorificum aliquod epigrãma porrigere græculus. Id cum fruſtra ſæpe feciſſet: rurſuſque eum id facturũ uidiſſet Auguſtus: breue græcum manu ſua in charta exarauit epigramma: pergenti deinde ad ſe obuiam miſit. Ille legendo laudare mirari tã uoce q̃ uultu. Cũque acceſſiſſet ad ſellam demiſſa in fundam pauperem manu paucos denarios protulit: quos principi daret: adiectus hic ſermo: μὴ κατά τὴν τύχην σὴν σέβαστε εἰ πλέον ἐλ́λουν. Non ſecundum fortunam tuam Auguſte: ſi plus haberem plus darẽ. Secuto omnium riſu diſpenſatorẽ Cæſar uocauit: & ſeſtertia centum milia græculo numerari iuſſit.

## DE Moribus fœminarum. Cap.

u Vltis aliqua & filiæ eius Iuliæ dicta referamus? Sed ſi garrulus nõ putabor: uolo de moribus fœminæ pauca præmittere: ut quiſque ueſtrum habeat ſeria & diſcenda quæ proferat. Hortãtibuſq; omnibus ut cœpto inſiſteret: ita de Iulia orſus eſt. Annũ agebat triceſimum & octauum tempus ætatis (ſi mens ſana ſupereſſet) uergentis in ſeniũ: ſed indulgentia tam fortunæ q̃ patris abutebatur: cum alioquin litterarum amor multaque eruditio quod in illa domo facile erat: præterea mitis humanitas: minimeque ſæuus animus ingentem fœminæ gratiam conciliarent mirantibus qui uitia noſcebant tantam pariter diuerſitatem. Non ſemel præceperat pater: temperato tamen inter indulgentiam grauitatemque ſermone moderaretur profuſos cultus perſpicuoſq; comitatus. Idem cum ad nepotum turbam ſimilitudinemq; reſpexerat: qua repræſentabatur Agrippa: dubitare de pudicitia filiæ erubeſcebat. Inde blandiebatur ſibi Auguſtus lætum in filia animũ uſque ad ſpeciẽ procacitatis: ſed reatu liberum: & talẽ fuiſſa apud maiores Claudiã credere audebat. Itaq; ĩter amicos dixit duas habere ſe filias delicatas: quas neceſſe haberet ferre rempublicam. Et Iulia uenerata dominum licentiore ueſtitu & oculos offenderat patris tacentis. Mutauit cultus ſui poſtera die morem: & lætum patrem affectata ſeueritate complexa eſt. At ille q pridie dolorem ſuum continuerat: gaudium continere non potuit. Et quantum hic ait in filia Auguſti probabilior eſt cultus? Non defuit patrocinio ſuo Iulia his uerbis. Hodie.n. me patris oculis ornaui: heri uiri. Notum & illud: Conuertebant in ſe populum in ſpectaculo gladiatorum Liuia & Iulia comitatus diſſimilitudine. Quippe cingentibus Liuiam grauibus uiris: hæc iuuentutis & quidẽ luxurioſo grege circũſidebatur. Admonuit pater ſcripto. Videre quantum inter duas principes fœminas intereſſet. Eleganter illa reſcripſit. Et hi mecum ſenes fient.

Eadem Iulia mature habere cœperat canos: quos legere ſecreto ſolebat. Subitus interuentus patris aliquando oppreſſit ornatrices. Diſſimulauit Auguſtus deprehenſis ſuper ueſtem earum canis: & aliis ſermonibus tempore extracto īduxit ætatis mentionem. Interrogauitque filiā utrū poſt aliquot annos cana eſſe mallet: an calua. Et cum reſpōderet: Ego pater cana eſſe malo: ſic illi mendacium obiecit. Quid ergo iſte te caluā tam cito faciunt. Itē cum grauem amicum audiſſet Iulia ſuadentem melius facturā: ſi ſe compoſuiſſet ad exempla paternæ frugalitatis ait: Ille obliuiſcitur Cæſarem ſe eſſe: ego memini me Cæſaris filiā. Cumq; conſcii flagitiorū mirarentur quo modo ſimiles Agrippæ filios procrearet: quæ tam uulgo poteſtatem corporis ſui faceret ait: Nūq̃ enim niſi naui plena tollo uectorē. Simile dictū Populiæ. M. filiæ: quæ miranti cuidā: quid eſſet: quapropter aliæ beſtiæ nūq̃ marem deſiderarent: niſi cum prægnantes uellent fieri: reſpondit: beſtiæ enī ſunt. Sed ut a fœminis ad uiros & a laſciuis iocis ad honeſtos reuertar: Cecilius iuriſcōſultus urbanitatis miræ libertatiſque habebatur: præcipue tamē is iocus eius innotuit. Lapidatus a populo Vatinius: cum gladiatoriū munus ederet: optinuerat ut ædiles edicerent: ne quis in arenam niſi pomum miſiſſe uellet. Forte his diebus Caſelius cōſultus a quodam an nux pinea pomū eſſet: reſpondit: ſi in Vatinium miſſurus es: pomum eſt.

m Ercatori deinde quemadmodum cum ſocio nauem diuideret interroganti reſpondiſſe traditur. Nauem ſi diuidis nec tu nec ſocius habebitis. In Galbā eloquētia clarum: ſed quem habitus (ut ſupra dixi) corporis deſtruebat. M. Lœlii uox circūferebatur: Ingenium Galbæ male habitat. In eundē Galbam Orbilius grammaticus Accerbius irriſit. Prodierat Orbilius ī reum teſtis: quem Galba ut confunderet diſſimulata eius profeſſione interrogauit: Quid artium facis? reſpondit. In ſole gibbos fricare ſoleo.

l Vcius Cecilius cum. C. Cæſar aliis qui ſecum pila luſitabant centena ſeſtertia illi uni quinquaginta dari uidiſſet: quid ego inquit una manu ludo & non duabus: ut plus habere poſſim? Cum iratus eſſe Publius Clodius decimo Valerio diceretur: ꝙ ei nummum petenti non dediſſet: Quid amplius inquit mihi facturus es: niſi ut durachium eā & redeam: ludens ad Ciceronis exilium. Sed quia & paulo ante Aurelius Symmachus: & ego nunc Laberii fecimus mentionem: ſi aliq̃ huius atque Publii dicta referemus: imitari uidebimur: & adhibendi conuiuio mimmos uitaſſe laſciuiam: & tamen celebritatem: quā cum adſunt illi excitare pollicentur. Laberiū aſperæ libertatis equitem romanū Cæſar quingentis milibus inuitauit: ut prodiret ī ſcænam: & ipſe ageret mimmos: quos ſcriptitabat. Sed poteſtas non ſolum ſi inuitet: ſed etiam ſi ſupplicet cogit. Vnde ſe & Laberius a Cæſare coactum ī prologo teſtatur his uerſibus.

Neceſſitas: cuius curſus tranſuerſi impetum
Voluerunt multi effugere: pauci potuerunt:
Quo me detruſit pene extremis ſenſibus.
Quem nulla ambitio: nulla unq̃ largitio:
Nullus timor: uis nulla: nulla auctoritas
Mouere potuit in iuuenta de ſtatu:
Ecce in ſenecta: ut facile labefecit loco
Viri excellentis mente clæmente edita
Submiſſa placide blandiloquens oratio.
Etenim ipſi dii negare cui nil potuerunt:
Hominem me negare quis poſſet pati?
Ergo bis tricenis annis actis ſine nota
Eques romanus lare egreſſus meo domum
Reuertar mimus. nimirum hoc die
Vno plus uixi mihi q̃ uiuendum fuit.
Fortuna immoderata in bono æque atque in malo
Si tibi erat libitum litterarum laudibus
Floris cacumen noſtræ famæ frangere:
Cur cum uigebam membris præuiridantibus
Satiſfacere populo & tali cum poteram uiro
Non flexibilem me concuruaſti: ut carperes?
Nunc me deiicis: quo quid ad ſcænam affero?
Decorem formæ: an dignitatem corporis?
Animi uirtutem: an uocis iocundæ ſonum?
Vt hedera ſerpens uires arboreas necat:
Ita me uetuſtas amplexu annorum necat.
Sepulcris ſimilis: nihil niſi nomen retineo.

In ipſa quoque actione ſubinde ſe qua poterat ulciſcebatur īducto habitu ſyri: qui uelut flagris cæſus præripientique ſe ſimilis exclamabat. Porro quirites libertatem perdidimus. Et paulo poſt adiecit: Neceſſe eſt multos timeat: quem multi timent. Quo dicto uniuerſitas populi ad ſolum Cæſarem oculos & ora conuertit notantes eius impotentiam hac dicacitate lapidatam. Ob hæc in Publium uertit fauorem. Is Publius natione ſyrus: cum puer ad patronum domini eſſet adductus: ꝑmeruit eum non minus ſalibus & ingenio q̃ forma. Nam forte cum ille ſeruū ſuum hydropicum iacentem in area uidiſſet: quæſiſſetque: increpuiſſetque quid in ſole faceret: reſpondit: aquam calefacit. Ioculari deinde ſuper cœnam exorta quæſtiōe: quodnam eſſet moleſtum ocium: aliud

alio opinante: ille podagrici pedes dixit. Ob hæc & alia manumiſſus & maiore cura eruditus cum mimos componeret: ingentique aſſenſu in italia oppidis agere cœpiſſe: productus romæ per Cæſaris ludos: omnes qui tunc ſcripta & operas ſuas in ſcænam locauerant: prouocauit: ut ſinguli ſecum poſita inuicem materia pro tempore contenderēt. Nec ullo recuſante ſuperauit omnes: in quis & Laberium. Vnde Cæſar arridens hoc modo pronunciauit: Fauēte tibi me uictus es Laberi a ſyro. Statīq; Publio palmam & Laberio annulum aureum cum quingentis ſeſtertiis dedit. Tunc Publius ad Laberium recedentem ait: Qui cū contendiſti ſcriptor: hunc ſpectator ſubleua. Sed & Laberius ſequenti ſtatim commiſſione mimo nouo interiecit hos uerſus.

Non poſſunt primi eſſe omnes omni in tempore.
Summum ad gradum cum claritatis ueneris: conſiſtes
Aegre: nec citius q̃ deſcendas: decidas.
Cecidi ego: cadet qui ſequitur: laus eſt publica.

Publii autem ſententiæ feruntur lepidæ: & ad communē uſum accōmodatiſſimæ. Ex qbus has fere memini ſingulis uerſibus circūſcriptis.

Beneficium dando accepit qui digno dedit.
Feras non culpes quod mutari non poteſt.
Cui plus licet: q̃ par eſt: plus uult q̃ licet.
Comes facundus in uia pro uehiculo eſt.
Frugalitas miſeria eſt rumoris boni.
Hæredis fletus ſub perſona riſus eſt.
Furor fit læſa ſæpius patientia.
Improbe neptunum accuſat: qui iterum naufragium facit.
Nimium altercando ueritas amittitur.
Pars beneficii eſt: quod petitur ſi cito neges.
Ita amicum habeas: poſſe ut fieri hunc inimicum putes.
Veterem ferendo iniuriam inuitas nouam.
Nunq̃ periculum ſine periculo uincitur.

Sed quia ſemel ingreſſus ſum ſcænam loquendo: non Pylades hiſtrio nobis omittendus eſt: qui clarus in opere ſuo fuit temporibus Auguſti: & Hylam diſcipulum uſque ad ætatis contētionem eruditione ꝓuexit. Populus deinde inter utriuſque ſuffragia diuiſus eſt. Et cum canticum quoddam ſaltaret Hylas: cuius clauſula erat τὸν μέγαν ἀγαμέμνονα ſublimē ingentemque Hylas uelut metiebatur. Non tulit Pylades: & exclamauit e cauea σύμακρον ὀυμεταποιεῖς. Tūc eum populus coegit idem ſaltare canticum. Cumque ad locum ueniſſet: quē reprehēderat: expreſſit cogitantē: nihil magis ratus magno duci conuenire: q̃ ꝓ omnibus cogitare. Saltabat Hylas Oedipodē & Pylades hac uoce ſecuritatē ſaltantis caſtigauit σὺ βλέπεις. Cum in Herculem furentē prodiſſet: & nonnullis inceſſum hiſtrioni conuenientem non ſeruare uideret: depoſita pſōa ridētes īcrepuit μωρὸι μαινόμενον ὀρχοῦμαι. Hac fabula & ſagittas iniecit in populū. Eandē perſonā cum iuſſu Auguſti in triclinio ageret: & intendit arcū & ſpicula immiſit. Nec indignatus eſt Cæſar eodem ſe loco Pyladi quo populum romanum fuiſſe. Hic quia ferebatur mutaſſe rudis illius ſaltationis ritum: quæ apud maiores uiguit: & uenuſtam induxiſſe nouitatem: interrogatus ab Auguſto quæ ſaltatiōi contuliſſet: reſpondit λυλῶν συρίγγων. Idē cum propter populi ſeditionem pro contentione inter ſe Hylamque habita concitatam indignationem excepiſſet Auguſti reſpondit: βασιλεῦ ἔασον ἀυτὸυς περὶ ἡμᾶς ἀπολεῖσθαι καὶ ἐυχαρίσεις. His dictis & excitata læticia cum in Auieno memoria florida & amœnitas laudaretur ingenii: menſas ſecundas miniſter admouit.

e T Flauianus: Multi ut extimo ī hoc a Varrone diſſentiunt: qui in illa lepidiſſima ſatyra menippea: quæ īſcribitur: Neſcis quid ueſper uehat: de ſecunda menſa placentas remouit. Sed quæſo dicas Cecīna uerba ipſa Varronis: ſi tibi beneficio memoriæ tenacioris hæſerūt. Et Albinus locus īquit Varronis quem referri a me imperas: ī his fere uerbis eſt. Bellaria ea maxime ſunt mellita: quæ mellita non ſunt. Dulcibus enim cum pepſi ſocietas infida. Significant autem bellaria omne menſæ ſecundæ genus. Nam quæ πέμματα græci uel τρογήματα dixerunt: ea ueteres noſtri appellauere bellaria. Vina quoq; dulciora ē īuenire ī comœdiis antiqoribus hoc uocabulo: dictaq; ea Liberi bellaria.

e T Euangelus agite anteq̃ ſurgendum nobis ſit: uino īdulgeamus: quod decreti platonici auctoritate faciemus: qui exiſtimauit fomitem eſſe quendam & incitabulum ingenii uirtutiſque: ſi mēs & corpus hominis uino flagret. Tum Euſtachius quid agis inquit Euangele: an Platonem extimas haurienda paſſim uina ſuaſiſſe: & non magis īter minuta pocula iocundiorem liberalioremque inuitationem quæ fieret ſub quibuſdam quaſi arbitris & magiſtris conuiuiorum ſobriis nō improbaſſe? Et hoc eſt quod in primo & in ſecundo de legibus non īutile uiris eſſe decernit. Nam & modicis honeſtiſque interbibendum remiſſionibus refici integrarique animos ad inſtauranda ſobrietatis officia extimauit: redditoſque ſenſim lætiores ad intentiones ſurſus capeſſēdas fieri habiliores: & ſimul ſiqui penitus in his affectionum cupiditatūq; errores ineſſent: quos celaret alioquin pudor reuerens: ea omnia ſine graui periculo libertate per uinum data detegit: & ad corrigendum medendumque fieri opportuniora. Atque hoc etiam Plato ibidē dicit non diffugiendas eſſe huiuſcemodi exercitationes aduerſus propulſandam

uini uiolentiam: neque illum unq̄ continentem prorſum aut temperātem ſatis fideliter uiſum eſſe: cui uita non inter ipſa errorum pericula & in mediis uoluptatum illecebris explorata ſit. Nam cui libentiæ gratiæq; omnes conuiuiorum incognitæ ſint: quique illarum omnino expers ſit: ſi eum forte ad participandas huiuſmodi uoluptates: aut uoluntas tulerit: aut caſus īduxerit: aut neceſſitas impulerit: mox deliniri & capi neque mentem eius animumque conſiſtere. Congrediendum igitur: & tanq̄ in acie quadam cum uoluptariis rebus cumque iſta uini licentia comminus decernendum: ut aduerſus eas non fuga nec abſentia ſimus tuti: ſed animi uigore & conſtanti præſentia moderatoq; uſu temperantiam continentiamque tueamur: & calefacto ſimul refotoq; animo ſiquid in eo uel frigidæ triſtitiæ: uel torpentis uerecundiæ fuerit: deluamus. Sed quia uoluptatum fecimus mētionem: docet Ariſtoteles a quibus uoluptatibus ſit cauendum. Quinque enim ſunt ſenſus hominum: quos græci ἀιϑήσεις appellant: per quos uoluptas animo aut corpori quæri uidet᷑: tactus guſtus odoratus uiſus auditus. Ex iis omnibus uoluptas quæ immodice capitur: ea turpis atque improba eſt. Sed enim quæ nimia ex guſtu atque tactu eſt: ea igitur gemina uoluptas ſicut ſapientes uiri cenſuerunt: omnium rerum fœdiſſima eſt: eoſque maxime qui ſeſe duabus iſtis uoluptatibus dediderunt: grauiſſimi uitii uocabulis græci appellauerunt uel ἀκρατεῖς uel ἀκολάςους. Nos eos uel incontinentes dicimus uel intemperantes. Iſtas autem uoluptates duas: guſtus atque tactus id eſt cibi atque ueneris: ſolas hominibus communes uidemus eſſe cum belluis. Et iccirco in pecudum ferorumque animaliumque numero habetur quiſquis eſt his ferarum uoluptatibus occupatus. Cæteræ ex tribus aliis ſenſibus proficiſcentes hominum tantum propria ſunt. Verba ſuper hac re Ariſtotelis philoſophi in medium proferam: ut quid de iis infamibus uoluptatibus tam clarus atque inclytus uir ſentiat publicetur: δià τὶ κατà τὴν ἀφῆς ἢ γεύσες ἡδονὴν ἐγγενομένην ἐàν ὑπερβάλλωσί ἀκρατεῖς λέγονται ὁιτὲ γàρ περὶ τα ἀφροδίσια ἀκόλαςοι τοιοῦτοι οἱ περὶ τàς τῆς τροφῆς ἀπολάυσεις τῶν δὲ κατα τὴν τροφὴν ἀπὲνίων μ ἐν τῆ γλώττη ἀπὲνίων δὲ ἐν τῆ λάρυγγί ηὔχετο ἔυχειν δià το τàς ἀπὸ τούτον γενομένας κοίνας ἔιναι ἡμιν καὶ τοῖς ἄλλοις ζῴοις τῶν δὲ ὀυσῶν κοινῶν ἀισχρῶν ἔιναι τὴν ἀυτίκα ἡττώμενον λεγόμενον καὶ ἀκρατῆ καὶ ἀκόλαςον δià τὸ ὑπὸ τῶν χειρίςαιν ἡδονῶν ἡττᾶσθαι τῶν δὲ ἀιϑήσεων πέντε τà ἄλλα ζῶα ἀπὸ δύο μόνον ἥδεται κατà δὲ τàς ἄλλας ἥλως ὀυχ ἥδεται ἢ κατà τὸ συμβεβηκὸς τοῦτο πάσχει. Quis igitur habens aliquid humani pudoris



uoluptatibus iſtis duabus coeundi atque comedendi: quæ homini cum ſue atque aſino communes ſunt: gratuletur? Socrates quidem dicebat homines multos propterea uelle uiuere: ut ederent & biberent: ſe bibere atque eſſe ut uiueret. Hippocrates autem diuina uir ſcientia de coitu uenereo ita exiſtimabat: partem eſſe quandā morbi teterrimi: quē noſtri comitialem dixerunt. Nāque ipſius uerba hæc traduntur: τὴν συνουσίαν ἔιναι μικρàν ἐπιληψίαν.

# MACROBII AVRELII THEODOSII VIRI CONSVLARIS ET ILLVSTRIS SATVRNALIORVM LIBER. 3·

v IOLATVM CVM SE NOSSET AEneas multa cæde pollutum:ait.
Tu genitor cape ſacra manu patrioſq; penates.
Me bello e tanto digreſſum & cæde recenti
Attrectare nefas:donec me flumine uiuo
Abluero. Poſt Caietæ quoque nutricis ſepulturam quo potiſſimū nauigans appellitur:quā ad eam partē per quā fluuio thyberinus amœno in mare prorumpit:ut confeſtim in ipſo italiæ limine fluuiali unda ablutus: poſſet q̄puriſſime Iouem phrygiamque ex ordine matrem inuocare. Quid ꝙ Euandrum aditurus per thyberim nauigat:ꝙ eum eſſet reperturus Herculi ſacra celebrātem: ut ſic purificatus ſacris poſſet hoſpitalibus intereſſe? Hinc & Iuno ipſa conqueritur:non magis ꝙ Aeneam contigiſſet & contra ſuum uelle in italiam peruenire:q̄ ꝙ optato potiretur thybridis alueo: quia ſciret eū hoc amne purificatū poſſe ſacra etiam ſibi rite perficere. Nam ne ſupplicari quidē ſibi ab eo uellet. Nunc(quoniam purificationē ad ſacra ſuperorum pertinentem deorū ī uirgiliana obſeruatione monſtrauimus) uideamus utrum etiā circa inferorum deorum cultū proprietatē moris idē poeta ſeruauerit. Cōſtat diis ſuperis ſacra facturum corporis ablutione purgari:cum uero inferis litandum eſt:ſatis actum uidetur:ſi aſperſio ſola contingit. De ſacris igitur ſuperoꝝ ait Aeneas:donec me flumine uiuo abluero. At Dido cū ſacra diis inferis inſtituit:ait.
Annam chara mihi nutrix huc ſiſte ſororem.
Dic corpus properet fluuiali ſpargere lympha. Et alibi
Sparſerat & latices ſimulatos fontis auerni.
Nec non cum Miſenū ſepulturæ mandari refert idem: Ter ſocios pura circūtulit unda Spargens rore leui. Sed & cū facit Aeneā apud inferos ramum Proſerpinæ conſecraturum ita infert:
Occupat Aeneas aditum: corpuſq; recenti
Spargit aqua. Verborum proprietas tā poetæ huic familiaris eſt:ut talis obſeruatio in Virgilio eſſe iam deſinat:nullis tamen magis proprie uſus eſt q̄ ſacris uel ſacrificalibus uerbis. Et primum nō omiſerim ī quo plerique falluntur: Extaque ſalſos porricit ī fluctus:nō ut quidam ꝓiicit: exiſtimantes dixiſſe Virgilium proiicienda exta: qui adiecit in fluctus: ſed non ita eſt. Nam ex diſciplina aruſpicū & ex præcepto pontificum uerbum hoc ſolenne ſacrificantibus eſt: ſicut Veranius ex primo libro Pictoris ita diſſertationē huius uerbi executus eſt: Exta porriciunto diis cāto in altaria: aramue:focumue: eo ue quo exta dari debebunt. Porricere ergo non proiicere propriū ſacrificii uerbum eſt. Et quia dixit Veranius in aram focumue eoue quo exta dari debebunt: nunc pro ara & pro foco mare accipiendum eſt:cum ſacrificiū diis maris dicatur. Ait.n.
Dii quibus imperium eſt pelagi:quorum æquora curro:
Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum
Conſtituam ante aras uoti reus:extaque ſalſos
Porriciam in fluctus:& uina liquentia fundam.
Ex iis docetur ī mare rite potuiſſe porrici exta:non proiici. Conſtituam ante aras uoti reus. Hæc uox propria ſacrorum eſt:ut reus uocetur: qui ſuſcepto uoto ſe numinibus obligat: damnatus autem qui promiſſa uota iam ſoluit. Sed de hoc non opus eſt a me plura proferri:cum uir doctiſſimus Euſtachius paulo ante hanc partem plenius executus ſit.

## DE Proprietatibus uerborum. Cap.

e St profundam ſcientiam huius poetæ in uno ſepe reperire uerbo: quod fortuito dictum uulgus putaret. Multifariam.n.legimus ꝙ litare ſola non poſſit oratio: niſi ut is qui deos precatur:etiam aram manibus apprehendat. Inde Varro diuinarum libro quinto dicit aras primum anſas dictas: ꝙ eſſet neceſſarium a ſacrificantibus eas teneri. Anſis autem teneri ſolere uaſa quis dubitet? Commutatione ergo litterarū aras dici cœptas:ut Valeſios & Fuſios dictos prius: nūc Valerios & Furios dici. Hæc omnia illo uerſu poeta executus eſt: Talibus orantem dictis:araſque tenentem Audiit omnipotens. Nō ne eo additū credideris:non quia orabat tantum ſed quia & aras tenebat auditū? Nec non cum ait: Talibus orabat dictis:araſque tenebat. Itē Tāgo aras medios ignes & numina teſtor:eandē uim nominis ex apprehenſione ſignificat.

i Dem poeta tam ſcientia profundus: q̄ amœnus ingenio nōnulla de ueteribus uerbis:quæ ad proprietatem ſacrorum nouerat pertinere:ita interpretatus eſt:ut mutato uerbi ſono integer intellectus maneret. Nam primo pontificii libro apud Pictorem uerbum hoc poſitū eſt uitulari. De cuius uerbi ſignificatu Titius ita rettulit: Vitulari eſt uoce lætari. Varro etiam ī libro quintodecimo rerū diuinarū ita refert: ꝙ pontifex in ſacris quibuſdam uitulari ſoleat: quod græci παιανίζειν uocant. Has tot interpretationis ambages q̄paucis uerbis docta Maronis elegantia expreſſit? Lætumq; choro pæana canentes. Nā ſi uitulari eſt uoce lætari:quod ē παιανίζειν:non ne in cantu læti παιᾶνος enarratio uerbi perfecta ſeruata eſt? Et ut huic uocabulo diutius īmoremur: Hylus libro quem de diis compoſuit:ait Vitulā uocari deā:quæ lætitiæ

præeſt. Poſo ait uitulam uictoriam nominari. Cuius rei hoc argumẽtũ profert: ꝙ poſtridie nonas iulias re bene geſta: cũ pridie populus a tuſcis in fugam uerſus ſit: unde populifugia uocantur: poſt uictoriam ſequẽtem certis ſacrificiis fiat uitulatio. Quidã nomẽ eius animaduerſũ putant: ꝙ potens ſit uitæ tolerandæ. Ideo huic deæ pro frugibus fieri ſacra dicũtur: quia frugibus uita humana toleratur. Vnde hoc eſſe animaduertimus: ꝙ ait Virgilius: Cum faciam uitula pro frugibus ipſe uenito: ut uitula dixerit pro uitulatione: quod nomen eſſe ſacrificii ob lætitiam facti ſuperius expreſſius. Meminerimus tamen ſic legendũ per ablatiuũ: cum faciam uitula pro frugibus. i. cum faciam rem diuinam: non oue: non capra: ſed uitula: tanq̃ dicat: cum uitulam pro frugibus ſacrificauero: quod eſt: cũ uitula rem diuinam fecero. Pontificẽ Aeneam uel ex nomine referendorum laboꝝ eius oſtendit. Pontificibus enim ꝑmiſſa eſt poteſtas memoriam rerum geſtarum in tabula conferendi: & hos annales appellant equidẽ maximos: quaſi a pontificibus maximis factos. Vnde ex perſona Aeneæ ait: Et uacet annales noſtroꝝ audire laborum. Et quia inter decreta pontificum hoc maxime quæritur: quid ſacrum: quid ſanctum: quid religioſum: quærendũ: utrum iis ſecundũ diffinitionem ſuam Virgilius uſus ſit: & ſingulis uocabuli ſui ꝓprietatẽ more ſuo ſeruauerit.

Quid ſacrũ: quid ſanctũ: quid religioſũ: quid profanũ. Cap.

ſ Acrum eſt: ut Trebatius libro primo de religionibus refert: quicquid eſt quod deorum habetur. Huius diffinitionis poeta memor: ubi ſacrum nominauit: admonitionem deorum pene ſemper adiecit: Sacra dioneæ matri diuiſque ferebam. Item Sacra ioui ſtygio quæ rite ĩcepta paraui. Item: Tibi. n. tibi maxima iuno Mactat ſacra ferens. Profanum omnes pene conſentiunt id eſſe: quod extra fanaticam cauſam ſit: quaſi porro a fano & religione ſecretum. Cuius ſignificatus exemplum conſecutus eſt: cum de luco & adytu inferoꝝ ſacro utroque loqueretur: Procul o procul eſte profani Conclamat uates: totoque abſiſtite luco. Eo accedit quod Trebatius profanum id proprie dici ait: quod ex religioſo uel ſacro in hominum uſum proprietatẽq; conuerſũ eſt. Quod aptiſſime poeta ſeruauit: cũ ait: Faune precor miſerere inq̄t: tuque optima ferrũ Terra tene: colui ueſtros ſi ſemper honores: Quos contra æneadæ bello fecere profanos. Dixerat enim: Sed ſtirpem teucri nullo diſcrimine ſacrũ Suſtulerãt. Vnde oſtendit proprie profanatum quod ex ſacro promiſcuum humanis actibus accommodatum eſt. Sãctum eſt: ut idem Trebatius libro. x. religionum refert: interdum idem quod ſacrum: idemque quod religioſum: interdum aliud: hoc eſt nec ſacrum nec religioſum eſt. Quod ad ſecundã ſpeciem pertinet: Sãcta ad uos anima atque iſtius inſcia culpæ Deſcendam. Nõ enim ſacro aut religioſo eius anima tenebatur: quã ſanctam hoc eſt incorruptam uoluit oſtẽdere: ut in illo quoq;: Tu o ſanctiſſima cõiunx Fœlix morte tua: in quo caſtitatis honorẽ incorruptæ uxoris amplexus eſt. Vnde & ſanctæ leges: quæ non debeant pœnæ ſanctione corrumpi. Quod aũt ad priorẽ ſpeciei diffinitionẽ de ſancto attinet. i. non ut aliud ſit q̃ ſacrũ aut religioſũ: Ecce leuis ſũmo de uertice uiſus iuli Fũdere lumẽ apex. Et paulo poſt: Nos pauidi trepidare: crinẽq; flagrantẽ Excutere & ſãctos reſtĩguere fontibus ignes. Hic. n. ſanctos ac ſi ſacros accipiemus: q̄ diuinitus contigerunt. Itẽ Tuq; o ſanctiſſima uates Præſcia uenturi: nõ aliud niſi ſacrũ uocat: quam uidebat & uatem & deo plenam & ſacerdotem. Supereſt ut quid ſit religioſum cum Virgilio communicemus. Seruius Sulpitius religionem eſſe dictã tradidit: quæ propter ſanctitatẽ aliquã remota ac ſepoſita a nobis ſit: quaſi a relinquẽdo dicta: ut a carẽdo cerimonia. Hoc Virgilius ſeruans ait: Eſt ingens gelidum lucus ꝓpe ceritis amnẽ Religione patrũ late ſacer. Et adiecit quo ꝓprietatẽ religionis exprimeret: Vndique colles Incluſere caui: et nigra nemus abiete cingit. Quæ res utiq; faciebat lucum a cõmunione populi ſecretum. Et ut relictum locũ oſtẽderet nõ ſolũ adeundi difficultate: adiecit & ſanctitatẽ: Siluano fama eſt ueteres ſacraſſe pelaſgos Agroꝝ pecoriq; deo. Secũdũ Põpeiũ feſtũ: Religioſi ſunt: qui faciẽda & uitãda diſcernunt. Hĩc Maro ait: Riuos deducere nulla Religio uetuit. Quod autẽ ait deducere: nihil aliud eſt q̃ detergere. Nã feſtis diebus riuos ueteres ſordidatos detergere licet: nouos fodere nõ licet. Intrãſcurſu & hoc notãdũ e: quod & ipſe uelut præteriens ſub unius uerbi ſignificatione proiecit. Cauet͂. n. ĩ iure pontifico: ut quoniã oues duabus ex cauſis lauari ſolent: aut ut curetur ſcabies: aut ut purget͂ lana: feſtis diebus purgandæ lanæ gratia oues lauari non liceat: liceat autem ſi curatione ſcabies abluenda ſit. Ideo hoc quoq; inter conceſſa numerauit: Balantũq; gregẽ fluuio merſare ſalubri. Quod ſi huc uſq; dixiſſet licita & uetita cõfunderet: ſed adiiciendo ſalubri: cauſam conceſſæ ablutionis expreſſit.

Quid delubrum. Cap.

n Omina etiã ſacroꝝ locoꝝ ſub congrua ꝓprietate ꝓferre põtificalis obſeruatio eſt. Ergo delubrũ quid põtifices ꝓprie uocẽt: & q̃liter hoc noĩe Virgilius uſus ſit reqramus. Varro libro. viii. reꝝ diuinarum Delubꝝ ait alios extimare: ĩ quo præter ædẽ ſit area aſſũpta deũ cauſa: ut eſt in circo flaminio Iouis ſtatoris: alios in quo loco dei ſimulacꝝ dedicatũ ſit. Et adiecit: Sicut locũ in quo figerent cãdelam: candelabrum appellatum: ita ĩ quo deũ ponerẽt nominatũ delubrũ. His a Varrone præſcriptis poſſumus intellgere id potiſſimũ ab eo ꝓbatũ: quod ex ſua

cõſuetudine ĩ ultimo poſuit: ut a dei dedicato ſimulacro delubꝝ cœpit nuncupari. Virgilius tamẽ utrãq; rationẽ diligẽter eſt executus. Vt.n. a poſtrema incipiamus: obſeruauit delubrũ noĩaturus: aut ꝓprie deorũ noĩa aut ea quæ diis accõmodarent̃ inſerere. At gemini lapſu delubra ad ſũma dracões Effugiũt. Et ut mox ſimulacrũ noĩaret: ſubtexuit: ſæuæq; petũt tritonidis arcẽ: Sub pedibuſq; deæ clypeiq; ſub orbe tegũt̃. Itẽ: Nos delubra deũ miſeri: q̃bus ultĩus eſſet Ille dies. Illã uero opinionẽ de area quã Varro prædixerat nõ omiſit: Principio delubra adeũt: pacẽq; p aras Exq̃rũt. Et mox: Aut ãte ora deũ pingues ſpatiat̃ ad aras. Quid.n.ẽ ſpatiatur: q̃ ſpatio lati itineris obambulat. Quod adiiciendo ante aras: oſtendit aream aſſumptam deorũ cauſa. Ita ſuo more uelut aliud agendo implet arcana.

Qui dii penates. Cap.

d E diis quoq; romanoꝝ ꝓpriis id eſt penatibus aſperſa ẽ huic operi non incurioſa ſubtilitas. Nigidius.n. de diis libro.xix. requirit: num dii penates ſint troianoꝝ Apollo & Neptunus qui muros eis feciſſe dicunt̃: & num eos ĩ italiam Aeneas aduexerit. Cornelius quoque Labeo libro de diis penatibus eadẽ extimat. Hãc opinionẽ ſeq̃t̃ Maro cũ dicit: Sic fatus meritos aris mactabat honores: Taurũ neptuno: tauꝝ tibi pulcher apollo. Varro humanaꝝ ſecũdo Dardanũ refert deos penates ex ſamothrace in phrygiam: & Aeneã ex phrygia ĩ italiã detuliſſe. Qui ſint autẽ dii penates ĩ libro quidẽ memorato Varro non exprimit. Sed qui diligẽtius eruũt ueritatẽ: penates eſſe dixerũt: per quos penitus ſpiramus: per quos habemus corpus: per quos ratiõnẽ animi poſſidemus. Eſſe aũt mediũ æthera Iouẽ: Iunonẽ uero imum aera cum terra: & Mineruã ſũmum ætheris cacumẽ. Et argumento utunt̃: ꝙ Tarq̃nus Demarathi corinthii filius ſamothracicis religionibus myſtice imbutus uno templo ac ſub eodẽ tecto numina memorata cõiungit. Caſſius uero Hemina dicit ſamothracas deos eoſdẽq; romanoꝝ penates ꝓprie dici θεοὺς μεγάλους. Noſter hæc ſciens ait: Cũ ſociis natoq; penatibus & magnis diis: quod exprimit θεοὺς μεγάλους. Sed & omnia hæc noĩa cũ in uno de ſupradictis numinibus ſeruat doctrinã: ꝓcul dubio ſuã de hac omni opinione confirmat. Cũ.n. ait Iunonis magnæ primũ prece numen adora: τὴν μεγάλην noĩat. Adſit lætitiæ bacchus dator & bona Iuno: τὴν κρηστήν. Dominãq; potẽtẽ τὴν δυνατὴν eodẽ noĩe appellauit. Et Veſtã quã de numero penatum aut certe comitem eoꝝ eſſe manifeſtum eſt: adeo ut & conſules & prætores ſeu dictatores cum adeunt magiſtratũ lauinii rem diuinam faciũt penatibus pariter & Veſtæ. Sed & Virgilius ubi ex perſona Hectoris dixit: Sacra ſuoſq; tibi cõmendat troia penates: mox adiecit: Sic ait & manibus uittas ueſtãq; potentem Aeternũq; adytis effert penetralibus ignẽ. Addidit Higinius ĩ libro quẽ de diis penatibus ſcripſit: uocari eos θεοὺς πατρώους. Nec hoc Virgilius ignoratũ reliquit: Dii patrii ſeruate domũ ſeruate nepotem. Et alibi Patriique penates.

Hoſtiarum genera. Cap.

n Ec minus de ſacrificioꝝ uſu: q̃ de deoꝝ ſcientia diligentiã ſuam pãdit. Cũ.n. Trebatius libro primo de religionibus doceat hoſtiarũ genera eſſe duo. Vnũ in quo uolũtas dei p exta diſquirit̃. Alterum in quo ſola aĩa deo ſacrat̃. Vnde & Aruſpices animales has hoſtias uocant. Vtrũq; hoſtiaꝝ genus Virgilius in carmine ſuo oſtẽdit. Et primo q̃dẽ illud quo uolũtas numinũ p exta mõſtrat̃. Mactat lectas de more bidẽtes. Et mox: Pecudũq; recluſis Pectoribus inhians ſpirãtia cõſulit exta. Alteꝝ illud in quo hoſtia animalis dicit̃: ꝙ eius tantũ aĩa ſacrat̃: oſtendit: cũ facit Entellũ uictorẽ eryci mactare tauꝝ. Nam ut expleret animalis hoſtiæ cauſas: ipſo uſus eſt noĩe: Hãc tibi eryx meliorẽ animã ꝓ morte daretis. Et ut nuncupata uota ſignificaret ait: perſoluo: quod de uoto ꝓprie dicit̃. Vtque oſtenderet perſolutũ diis ſignificauit dicẽs: Sternitur exanimiſq; tremens procũbit humi bos. Videndũ etiã ne & illã hoſtiã oſtendat animalẽ: Sanguine placaſtis uentos & uirgĩe cæſa: Cũ primũ iliacas danai ueniſtis ad oras: Sanguine quærẽdi reditus aĩaq; litandũ argolica. Nã & animã id eſt hoſtiæ nomẽ poſuit: & litare quod ſignificat ſacrificio facto placaſſe numẽ. In his ipſis hoſtiis uel aĩalibus uel conſulatoriis quædã ſunt: quæ hoſtiæ iniuges uocant̃ ideſt quæ nunq̃ domitæ ac iugo ſubditæ ſunt. Haꝝ quoq; noſter poeta ſic meminit: Nunc grege de intacto ſeptẽ mactare iuuencos Præſtiterit: totidem lectas de more bidentes. Et ut iniuges euidẽtius exprimeret adiecit: & ĩtacta totidẽ ceruice iuuẽcas. Eximii quoq; in ſacrificiis uocabulum non poeticum ἐπίθετον: ſed ſacerdotale nomen eſt. Veratius.n. in pontificalibus quæſtionibus docet eximias dictas hoſtias: quæ ad ſacrificium deſtinatæ eximant̃ e grege: uel quod eximia ſpecie quaſi offerendæ numĩbus eligãtur. Hĩc ait: Quattuor eximios præſtanti corpore tauros. Vbi ꝙ eximuntur eximios: ꝙ eliguntur præſtanti corpore monſtrauit. Ambarualis hoſtia eſt: ut ait Põpeius Feſtus: quæ rei diuinæ cauſa circũ arua ducit̃ ab hiis qui pro frugibus faciunt. Huius ſacrificii mentionẽ in bucolicis habet: ubi de apotheoſi daphnidis loquit̃. Hæc tibi ſemper erũt: & cũ ſolemnia uota Reddemus nymphis: & cũ luſtrabimus agros: ubi luſtrare ſignificat circuire. Hinc.n. uidelicet & nomẽ hoſtiæ acquiſitũ eſt ab ambiendis aruis. Sed & in georgicoꝝ libro primo: Terq; nouas circũ fœlix eat hoſtia fruges. Obſeruatũ eſt a ſacrificantibus: ut ſi hoſtia quæ ad aras duceret̃ fuiſſet uehementius reluctata: oſtendiſſetq;

ſe inuitam altaribus admoueri: abnueretur quia inuito deo offerri eam putabant. Quæ auté ſtetiſſet oblata: hác uolenti numini dari exiſtimabant. Hinc noſter: Et ductus cornu ſtabit ſacer hircus ad aras. Et alibi Et ſtatuã ante aras aurata fronte iuuencũ. Adeo auté omné pietatem in ſacrificiis: quæ diis exhibéda ſũt: poſuit: ut ꝓpter cõtrariã cauſã Mezẽtiũ uocaret cõtéptoré deorũ. Neq;.n.& ut Aſpro uidet̃: ideo contéptor diuũ dictus eſt: ꝙ ſine reſpectu deorum ĩ homines impius fuerit. Alioqn multo magis hoc de Buſiride dixiſſet: qué lõge crudelioré illaudatũ uocaſſe contétus eſt. Sed uerã huius contumaciſſimi nominis cauſam ĩ primo libro originum Catonis diligens lector inueniet. Ait.n. Mezẽtiũ rutulis imperaſſe ut ſibi offerrét quas diis primicias offerebãt: & latinos omnes ſimilis impii metu ita uouiſſe: Iuppiter ſi tibi magis cordi ẽ nos ea tibi dare potius q̃ Mezentio uti nos uictores facias. Ergo ꝙ diuinos honores ſibi exegerat: merito dictus eſt a Virgilio cõtéptor deorũ. Hĩc pia illa ĩſultatio ſacerdotis. Hæc ſunt ſpolia: & de rege ſuperbo primitiæ: ut nomine cõtumaciæ: cui pœnas luit raptas de eo notaret exuuias. Mirandum eſt huius poetæ & circa noſtra & circa externa ſacra doctrinam. Neque enim de nihilo eſt: ꝙ cum delon uenit Aeneas: nulla ab eo cæſa eſt hoſtia: niſi cum proficiceretur: Apollini & Neptuno res diuina facta eſt. Conſtat enim ſicut Cloatius Verus ordinatorum libro ſecundo docet: eſſe deli aram: apud quã hoſtia non cæditur: ſed tantum ſoléni deum prece uenerantur. Verba Cloatii hæc ſunt: Deli ara eſt Apollinis γενήτορος: in qua nullum animal ſacrificatur: quam Pythagoram uelut inuiolatam adoraſſe produnt. Hanc ergo eſſe quæ adoratur ab Aenea γενήτορος arã poeta demonſtrat: ſiquidé templum ingreſſus pontifex nullo acto ſacrificio ſtatim inchoat precem. Et ut genitora expreſſius nominaret: Da pater augurium. At uero cum taurũ mox immolat Apollini & Neptuno apud aliam utique aram factum ĩtelligimus. Et bene ſupra tantummodo patré: quod ibi proprium eſt: & infra quod commune eſt Apollinẽ nominat. Meminit huius aræ & Cato de liberis educandis in hæc uerba: Nutrix hæc omnia faciebat in uerbenis ac tubis ſine hoſtiis: ut deli ad Apollinis genitiui aram. Eodem uerſu nõ omittendum puto: cur ſaxo uetuſto dixerit extructum templum. Velius Longus ĩmutatio eſt inquit epitheti. Vult enim dicere uetuſtaté tépli. Hunc multi alii commentatores ſecuti ſunt: ſed frigidum eſt ædificii ætatem notare. Epaphus auté uir plurimæ lectionis libro.xvii. ait: delphis quodã tempore eueniſſe: ut templum religioſum antea & intactũ ſpoliatum incenſumque ſit: & adiicit: multas circa corinthum urbes inſulaſque proximas terræmotu hauſtas: delon neque antea neque poſtea hoc incommodo uexatam: ſed ſemper eodé manere ſaxo. Tucydides etiam hiſtoriarum libro tertio idem docet. Nõ mirum ergo ſi præſidio religionis tutam inſulam ſemper oſtendens & reuerentiam ſibi locorũ acceſſiſſe dicit continuam ſaxi eiuſdem id eſt inſulæ firmitatem. Vt ſeruauit Apollinis genitoris proprietatem patrem uocando. Idé curauit Herculem uocando uictorem. Hæc inquit limina uictor Alcides ſubiit. Varro diuinarum libro.iiii. uictorem Herculem putat dictum: ꝙ omne animalium genus uicerit. Romæ autem uictoris Herculis ædes duæ ſũt: una ad portam trigeminam: altera in foro boario. Huius commenti cauſam Maſſurius Albinus memorabilium libro.ii. aliter exponit. M. inquit Octauius Herenus prima adoleſcentia tibicen: poſtq̃ arti ſuæ diffiſus eſt: inſtituit mercaturam: et bene re geſta decimam Herculi ꝓfanauit. Poſtea cum nauigans hoc idem ageret: a prædonibus circumuentus fortiſſime pugnauit: & uictor receſſit. Hunc ĩ ſomniis Hercules docuit ſua opera ſeruatum. Cui Octauius impetrato a magiſtratibus loco ædem ſacrauit: & ſignum uictoremque inciſis litteris appellauit. Dedit ergo epitheton deo: quo & argumẽtũ ueterum uictoriarum Herculis: & commemoratio nouæ hiſtoriæ quæ recenti romano ſacro cauſã dedit contineretur. Nec fruſtra in eodem loco dixit: Et domus herculei cuſtos pinaria ſacri. Quidam enim aram maximam cum uicino cõflagraret incendio: liberatam a pinariis ferũt: & ideo ſacri cuſtodé domũ pinariam dixiſſe Virgilium κατα διαςολην ĩqt potitioꝝ: qui ab Appio Claudio premio corrupti ſacra ſeruis publicis ꝓdiderũt. Sed Veratius pontificalis in eo libro quem fecit de ſupplicationibus: ita ait. Pinariis qui nouiſſimi comeſo prandio ueniſſent: cum iam manus prãſores lauarent: præcepiſſe Herculem: ne quid poſtea ipſi aut progenies ipſorum ex decima guſtarent ſacranda ſibi: ſed miniſtrandi tantummodo cauſa non ad epulas cõuenirent. Quaſi miniſtros ergo ſacri cuſtodes uocari: ut ipſe Virgilius alibi: At triuiæ cuſtos iam dudum in montibus opis: id eſt miniſtra. Niſi forte cuſtodem dixit eam: quæ ſe prohibuerit & cõtinuerit a ſacris: ut ipſe alibi: Et cuſtos furum atque auium cum falce ſaligna Helleſpontiaci ſeruet tutela priapi. Hic utique cuſtodem prohibitoremque auium furumque ſignificat. Hæc ubi dicta: dapes iubet & ſublata reponi Pocula: gramineoq; uiros locat ipſe ſedili. Nõ uacat quod dixit ſedili. Nam propria obſeruatio eſt Herculis ſacris epulari ſedentes. Et Cornelius Balbus ἐξηγητικῶν libro.xviii. ita ait: Apud aram maximam obſeruatum: ne lectiſternium fiat. Cuſtoditur in eodẽ loco: ut omnes aperto capite ſacra faciant. Hoc fit ne quis in æde dei habitũ eius imitetur. Nam ibi operto ipſe capite eſt. Varro ait græcum hunc eſſe morem: quia ſiue ipſe ſiue ab eo relicti qui aram maximam ſtatuerunt: græco ritu ſacrificauerunt. Hoc amplius addidit Caius Baſſus.

Iccirco enim hoc fieri dicit:quia ara maxima ante aduentum Aeneæ in italia conſtituta eſt:qui hunc ritum uelandi capitis inuenit. Ea quoque quæ incurioſe tranſmittũtur a legentium plebe: nõ carent profũditate. Nã cum loqueretur de filio Pollionis: id quod ad principem ſuũ ſpectaret adie[illegible]: Ipſe ſed in pratis aries iam ſuaue rubenti Murice iã croceo mutabit uellera luto. Traditur autem in libro hetruſcorum:ſi hoc aĩal inſolito colore fuerit indutum:portendi imperatori rerum omnium cũ fœlicitate largitatem. Eſt ſuper hoc liber Tarquini tranſcriptus ex oſtẽtario tuſco. Ibi reperitur: purpureo aureoue colore ouis arieſue ſi aſpergetur:principi ordinis & generis ſũma cum fœlicitate largitatẽ auget genus:progeniem propagat ĩ claritate:lætioremque efficit. Huiuſmodi igitur ſtatum imperatori in tranſitu uaticinatur. Verbis etiã ſingulis de ritu ſacro q̃ ex alto petita ſignificet:uel hinc licebit aduertere:Iniecere manum parcæ:teliſque ſacrarunt Euandri. Nam quicquid deſtinatum eſt diis:ſacrum uocatur. Peruenire autem ad deos nõ poteſt:niſi libera ab onere corporis fuerit anima:quod niſi morte fieri non poteſt. Ita ergo opportune ſacrum Haleſũ facit:quia erat oppetiturus. Et hic proprietatẽ & humani & diuini iuris executus eſt. Nã ex manus iniectiõe pene mancipium deſignauit:& ſacrationis uocabulo obſeruantiã diuini iuris impleuit. Hoc loco non alienum uidetur de conditione eorum hominum referre:quos leges ſacros eſſe certis diis iubent:quia nõ ignoro quibuſdam mirum uideri:ꝙ cũ cætera ſacra uiolari nefas ſit:hominẽ ſacrum ius fuerit occidi. Cuius rei cauſa hæc eſt. Veteres nullũ animal ſacrum in finibus ſuis eſſe patiebantur:ſed abigebant ad fines deorum: quibus ſacrum eſſet. Animas uero ſacratorum hominum quos ζώανας græci uocant:diis debitas exiſtimabant. Quemadmodum igitur quod ſacrũ ad deos ipſos mitti nõ poterat:a ſe tamen demittere non dubitãt: ſic animas quas ſacras in cælum mitti poſſe arbitrati ſũt uiduatas corpore q̃primum illo ire uoluerũt. Diſputat de hoc more etiã Trebatius religionum libro.ix. Cuius exemplum ne ſim prolixus omiſi. Cui cordi eſt legere: ſatis habeat & auctorẽ & uoluminis ordinẽ eſſe mõſtratũ.

Quæ ſcientiſſime ꝓlata a nõnullis male eunuciãdo corrũpãt᷑. Cap.

n Onnullorum quæ ſcientiſſime prolata ſunt:male enunciãdo corrumpimus dignitatem:ut quidam legũt:Diſcedo hac ducẽte dea flammam inter & hoſtes Expedior: cum ille doctiſſime dixerit:ducente deo:non dea. Nam & apud Caluum Actherianus affirmat legendum: Pollentemque deum uenerem nõ deam. Signum etiam huius eſt cypri barbatum corpore ſed ueſte muliebri cum ſceptro ac ſtatura uiri. Et putant eandem marem ac fœminã eſſe. Ariſtophanes eam ἀφρόδιτον appellat. Leuinus etiam ſic ait. Venerem igitur almum adorans ſiue fœmina ſiue mas eſt:ita uti alma noctiluca eſt. Philocorus quoque in athide eãdem affirmat eſſe lunam:& ei ſacrificium facere uiros cũ ueſte muliebri:mulieres cũ uirili: ꝙ eadem & mas exiſtimat & fœmina. Hoc quoque de prudentia religionis a Virgilio dictum eſt:Decidit exanimis: uitamque reliquit in aſtris Aereis. Iginus enim cum de proprietatibus deorum cum de aſtris ac ſtellis loqueretur: ait oportere his uolucres ĩmolari. Docte ergo Virgilius dixit apud ea numina animam uolucris remanſiſſe:quibus ad litandum data eſt. Nec nomẽ apud ſe quod fortuitũ eſſe poterat:uacare ꝑmittit:Matriſque uocauit Nomine caſmillæ mutata parte camillam. Nã Statius Tullianus de uocabulis reꝝ libro primo ait dixiſſe Callimachum: tuſcos Camillum appellare Mercuriũ: quo uocabulo ſignificant præminiſtrum deorum. Vnde Virgilius ait Metabum Camillam appellaſſe filiam Dianæ.ſ. præminiſtram. Nam & Pacubius cum de Medea loqueretur: Cælitum camilla expectata aduenis ſalue hoſpita. Romani quoq; pueros puellaſue nobiles & ĩueſtes camillos & camillas appellant flaminicarum & flaminum miniſtros. Hanc quoque obſeruationem eius non conuenit præterire. Mos erat inquit heſperio in latio:quem protinus urbes Albanæ coluere ſacrum: nũc maxima rerum Roma colit. Varro de moribus morem eſſe dicit in iudicio animi:quem ſequi debeat conſuetudo. Iulius Feſtus de uerboꝝ ſignificationibus libro.xiii. Mos eſt inquit inſtitutum patriũ pertinens ad religiones cerimoniaſque maiorum. Ergo Virgilius utrũq; auctorem ſecutus:et primo quidẽ Varronem:quoniã ille dixerat morẽ præcedere: ſequi conſuetudinem:poſtq̃ dixit mos erat: ſubiunxit quem protinus urbes Albanæ coluere:& nunc maxima rerum Roma colit: quo perſeuerantiam conſuetudinis monſtrat. Et quoniam Feſtus pertinere ad cerimonias ait: hoc idem docuit Maro adiiciendo ſacrum quem protinus urbes Albanæ coluere ſacrum. Mos ergo præceſſit: & cultus moris ſecutus eſt: quod eſt conſuetudo. Et hic diffinitionem Varronis impleuit. Adiiciendo deinde ſacrum:oſtẽdit morem cerimoniis dicatũ: quod Feſtus aſſeruit. Idem ſeruauit & ĩ.xii.libro cũ ait: Morẽ rituſque ſacrorum adiiciam:in quo oſtendit aperte morem eſſe ritus ſacrorum. Sed hiſtoriæ quidem fidem in his uerſibus ſecutus eſt. Mos erat heſpio ĩ latio:& reliqua. Seruauit enim regnorum ſucceſſionẽ. Quippe primi regnauerunt latini:inde albani: & inde romani. Ideo mos erat primũ dixit heſperio ĩ latio:& poſtea:quẽ protinus una albani coluere uiri:deinde ſubiecit: Nunc maxima rerum roma colit. Exceſſere omnes adytis ariſque relictis Dii quibus imperium hoc ſteterat. Et de uetuſtiſſimo romanorum more & de occultiſſimis ſacris uox prolata eſt. Conſtat.n.

omnes urbes in alicuius dei eſſe tutela : moremque romanorū arcanum
& multis ignotum fuiſſe: ut cum obſiderent urbē hoſtium: eamq; iam
capi poſſe confiderent : certo carmine euocarent tutelares deos : ꝙ aut
aliter urbem capi poſſe non crederent:aut etiam ſi poſſet:nefas extima-
rent deos habere captiuos. Nam propterea ipſi romani & deū in cuius
tutela urbs roma eſt:& ipſius urbis latinum nomen ignotū eſſe uolue-
runt. Sed dei quidē nomen nonnullis antiquorum inter ſe diſſidentiū
libris inſitum : & ideo uetuſtas perſequentibus quicquid de hoc putat
innotuit. Alii.n.Iouem crediderunt:alii lunam : ſunt qui Angeronam
quæ digito ad os admoto ſilentium denuntiat. Alii autem quorū mihi
fides uidetur firmior:Opem Conſiuiam eſſe dixerunt.Ipſius uero urbis
nomen etiam doctiſſimis ignoratum eſt: cauentibus romanis ne quod
ſæpe aduerſus urbes hoſtium feciſſe ſe nouerāt:idem ipſi quoq; hoſtili
euocatione paterentur:ſi tutelæ ſuæ nomen diuulgaretur. Sed uidendū
ne quod nōnulli extimauerunt:nos quoque confundat:opinantes uno
carmine & uocari et ex urbe aliqua deos & ipſam deuotā fieri ciuitatē.
Nam repperi in libro quinto reconditarum Sammonici Sereni utrūq;
carmē: quod ille ſe ī cuiuſdā Furii uetuſtiſſimo libro repperiſſe ꝓfeſſus
eſt. Eſt autem carmen huiuſmodi quo dii euocātur:cum oppugnatiōe
ciuitas cingitur. Si deus: ſi dea eſt : cui populus ciuitaſque carthagi-
nenſis eſt in tutela : teque maxime ille qui urbis huius populiq; tutelā
recepiſti:precor: uenerorque : ueniamq; a uobis peto: ut uos populum
ciuitatemque carthaginenſium deſeratis:loca templa ſacra urbemque
eorum relinquatis:abſq; his abeatis: eique populo ciuitati metum for-
midinem obliuionem iniiciatis: proditique romam ad me meoſq; ue-
niatis:noſtraque uobis loca templa ſacra urbs acceptior probatiorq; ſit:
mihi quoque populoque romano militibuſque meis præpoſiti ſitis: ut
ſciamus ītelligamuſqan. Si ita feceritis: uoueo uobis templa ludoſque
facturum. In eadem uerba hoſtias fieri oportet: auctoritatemq; uideri
extorum:ut ea promittant futura. Vrbes uero exercituſq; ſic deuouent
iā numibus euocatis. Sed dictatores īperatoreſq; ſoli poſſūt deuouere
his uerbis: Dis pater ſiue Iouis manes:ſiue quo alio noīe fas eſt noīare:
ut oēs illā urbē carthaginē exercitūq; quē ego me ſentio dicere: fuga for-
midine terrore cōpleatis:quiq; aduerſus legiones exercitumq; noſtrum
arma telaq; ferent : uti uos eos exercitus eoſq; hoſtes eoſq; hoīes urbes
agroſque eorum: & qui ī his locis regionibuſq; agris urbibuſq; habitāt:
abducatis : lumine ſupero priuetis. Exercitumq; hoſtiū urbes agroſq;
eoꝝ quos me ſentio dicere:uti uos eas urbes agroſq; capita ætateſq; eoꝝ
deuotas conſecrataſq; habeatis ollis legibus quibus qn̄cūq; ſunt maxīe
hoſtes deuoti : eoſq; ego uicarios ꝓ me fide magiſtratuque meo & pro

populo romano exercitibus legionibuſque noſtris do deuoueo: ut me
meāq; fidē imperiūq; legiones exercitumque noſtrum:qui in his rebus
gerundis ſūt bene ſaluos nos iri ſinetis eſſe. Si hæc ita faxitis:ut ego ſci
am ſentiam intelligamque. Tunc quiſquis uotum hoc faxit: ubi faxit
recte factū eſto. Ouibus atris tribus tellus mater teque Iuppiter obteſ-
tor. Cū tellurem dicit:manibus terram tangit:cum Iouem dicit:manus
ad cælum tollit:cum uotum recipere dicit: manibus pectus tangit. In
antiquitatibus autē hæc oppida inueni deuota ſtonios:fregellas:gabios:
ueios:fidenas. Hæc intra italiā. Præterea carthaginem & corinthū: ſed
& multos exercitus oppidaque hoſtium gallorum hiſpanorum afrorū
maurorum aliarumq; gentium quas priſci loquuntur annales. Hinc ē
ergo:ꝙ propter eiuſmodi euocationem numinuq; diſceſſionem ait Vir-
gilius: Exceſſere omnes adytis ariſque relictis Dii. Et ut tutelares aſſi-
gnaret adiecit: quibus imperiū hoc ſteterat. Vtque præter euocationē
etiam uim deuotionis oſtenderet:in qua præcipue Iuppiter ut diximus
inuocatur:ait: Ferus omnia iuppiter argos Traſtulit. Videtur ne uobis
probatum ſine diuini & humani iuris ſcientia non poſſe profunditatem
Maronis intelligi? Hic cum omnes concordi teſtimonio doctrinam &
poetæ & narrantis æquarent:exclamauit Euangelus diu ſe ſuccubuiſſe
patientiæ : nec ultra diſſimulandum:quin in medium detegat inſcien-
tiæ uirgilianæ uulnera. Et nos inquit manum ferulæ aliquando ſub-
duximus:& nos cepimus pontificii iuris auditum:& ex his quæ nota ſūt
nobis: Maronem huius diſciplinam iuris neſciiſſe cōſtabit. Quando.n.
diceret:Cælicolum regi mactabam ī littore taurum:ſi ſciret taurum im-
molari huic deo uetitum:aut ſi didiciſſet quod Atteius Capito compre-
hendit. Cuius uerba ex libro primo de iure ſacrificiorum hæc ſūt. Itaq;
Ioui tauro uerre ariete immolari nō licet. Labeo uero.lx.&.viii.libro in-
tulit:niſi Neptuno Apollini & Marti taurum nō immolari. Ecce pon-
tifex tuus quidē apud quas aras mactetur ignorat:cum uel æditus hæc
nota ſint:& ueteꝝ non tacuerit īduſtria. Ad hæc Prætextatus renidēs:
Quibus deorū immoletur tauro : ſi uis cum Virgilio cōmunicare: ipſe
te docebit. Taurum neptuno taurum tibi pulcher apollo. Vides in ope
poetæ uerba Labeonis? Igitur ut hoc docte:ita illud argute. Nā oſtēdit
ideo non litatum:ideo ſecutum Horrēdum dictu & uiſu mirabile mō-
ſtrum. Ergo reſpiciens ad futura hoſtiā contrariā fecit. Sed & nouerat
hunc errorem non eſſe inexpiabilem. Atteius.n. Capito:quē in acie cō-
tra Maronē locaſti:adiecit hæc uerba: Siquis forte tauro fecerit:piaculū
dato. Cōmittitur ergo res non quidem impianda inſolita tamē. Et cō-
mittitur non ignorātia: ſed ut monſtro locum faceret futuro. Subiecit
Euangelus:ſi euentu excuſātur illicita:dic quæſo:quod erat monſtrum

ſecutarum: & cum Cereri libari uino iuberet: quod omnibus ſacris uetatur: Cui tu lacte fauos & miti dilue baccho. Vinũ autem Cereri non libari: debuit illum uel Plautus docere: qui in aulularia ait: Cererin mi Strobile hi ſunt facturi nuptias: quia temeti nihil allatum uideo? At hic ueſter flamen & pontifex & omnia tam quid immoletur: q̃ quid libetur ignorat. Et ne non ubique in libando pari errore ſit deuius: in octauo ait: In menſam læti libant: diuoſque precantur: cum non in menſam: ſed in aram ſecundum morem libare debuerint. Vt prius tibi Prætextatus inquit: de poſteriore quæſtione reſpondeam: Fateor te non immerito de uſurpata in menſam libatione quæſiſſe: Ampliuſque ſpeciem difficultatis auxeras: ſi magis Didonem ĩ menſam ſimiliter libantem notaſſes: Dixit: & in menſã laticum libauit honorem. Nam & Publius Tertius cũ de ritu ſacrorum multa diſſereret: ait ſibi hunc locum ĩ quæſtione uenire: nec tamen hæſitationem ſuam requiſita ratione diſſoluit. Ego autem quid mihi magiſtra lectione compertum eſt: publicabo. In papiriano enim iure euidenter relatum eſt: Aræ uicem præſtare poſſe mẽſam dicatam: ut in templo inquit Iunonis populoniæ auguſta menſa eſt. Nanque in fanis alia uaſorum ſunt & ſacræ ſupellectilis: alia ornamentorũ. Quæ uaſorum ſunt: inſtrumenti inſtar habẽt: qbus ſemper ſacrificia conficiuntur. Quarum rerum principem locũ optinet menſa: in qua epulæ libationeſque & ſtipes reponuntur. Ornamenta uero ſunt clypei coronæ & huiuſcemodi donaria. Neque enim donaria dedicantur eo tempore: quo delubra ſacrantur. At uero menſa arulæq; eodem die quo ædes ipſæ dedicari ſolent. Vnde menſa hoc ritu dedicata in templo aræ uſum & religionem optinet puluinaris. Ergo apud Euandrum quidem fit iuſta libatio. Quippe apud eam menſam: quæ cum ara maxima more utique religionis fuerat dedicata: & in luco ſacrato & inter ipſa ſacra in quibus epulabantur. In cõuiuio uero Didonis quidẽ tantum regium conſtat non etiam ſacrum fuiſſe apud humanã menſam in triclinio non in templo: quia nõ erat religioſa ſed uſurpata libatio: ſolam fecit libaſſe reginam: in cuius perſonã nulla obſeruationis neceſſitas: & multa ad uſurpandum in poteſtate permiſſio. At uero hic omnes in menſa læti libant diuoſque precantur: quia quod recte fieri nouerat: ab omnibus ſimul in templo epulantibus & uni ſacratæ aſſidentibus menſæ factum eſſe memorauit. De illo autem uerſu: Cui tu lacte fauos & miti dilue baccho: paucis quod Maro accuſatur abſoluã. Poeta enim æque in rebus doctrinæ & in uerbis ſectator elegantiæ ſciẽs Cereri mulſo libari: adiecit: miti bacho fauos dilue. ſ. miteſcere uinum dicens: cum mulſum cœperit fieri. Nam mite hic uinũ ita dixit: ut alibi ait domitum: & durum bacchi domitura ſaporem. Notum autẽ eſſe

non diffitebere: q̃ ad diem duodecimam kalendas ianuarias Herculi & Cereri faciunt ſue prægnãte panibus mulſo. Opportune me hercule Prætextate feciſti Herculis mentionem. In cuius ſacra hic Virgilius gemino errore commiſit.

Tum ſalii ad cantum incenſa altaria circũ
Populeis adſunt euincti tempora ramis.

Nam & ſalios Herculi dedit: quos tantum Marti dicauit antiquitas: & populeas coronas nominat cum ad aram maximam ſola lauro capita & alia fronde non uinciant. Videmus in capite prætoris urbani laureã coronam cum rem diuinam Herculi fecit. Teſtatur etiam Terentius Varro in ea ſatyra: quæ inſcribitur ϖερὶ κεραυνõυ: maiores ſolitos decimam Herculi uouere. Nec decem dies intermittere: quin pollucerent populum ad ἀσύμβολον: cũ corona laurea demitterent cubitũ. Hiccine ẽ Vectius ait error geminus? At ego ĩ neutro dico erraſſe Virgiliũ. Nam ut primum de frondis genere dicamus: conſtat quidẽ nunc lauro ſacrificantes apud aram maximam coronari. Sed multo poſt romam conditam hæc conſuetudo ſumpſit exordiũ: poſtq̃ in auentino lauretũ cœpit uiuere. Quam rem docet Varro humanarum libro ſecundo. E monte ergo proximo decerpta laurus ſumebatur operantibus: quam uicina offerebat occaſio. Vnde recte Maro noſter ad tẽpora reſpexit: qbus Euander ante urbem conditam apud aram maximam ſacra celebrabat: & utebatur populo utiq; Alcidæ gratiſſima. Salios autẽ Herculi ꝓpter ubertatem doctrinæ altioris aſſignat: quia is deus & apud pontifices idẽ q & Mars habetur. Et ſane ita menippea Varronis affirmat: quæ ĩſcribitur αλλος ουτος ηρακλης: quia cũ de Hercule multo loqueret eũdẽ eſſe ac Martem probauit. Chaldei quoque ſtellam Herculis uocãt: quã reliqui omnes Martis appellãt. Eſt præterea Octaui Herſenii liber: qui inſcribitur de ſacris ſaliaribus Tiburtium: in quo ſalios Herculi inſtitutos operari diebus certis & auſpicato docet. Item Antonius Enipho uir doctus: cuius ſcholam Cicero poſt laborẽ fori frequenrabat: ſalios Herculi datos probat in eo uolumine: quo diſputat quid ſit feneſtra: quod eſt hoſtium minuſculum in ſacrario: quo uerbo Ennius etiam uſus eſt. Idoneis (ut credo) auctoribus certiſque rationibus error q putabat uterq; defenſus eſt. Siqua ſunt alia quæ nos cõmouent: in medium proferamus: ut ipſa collatio noſtrum non Maronis abſoluat errorem. Tunc Euangelus: Nũq̃ ne tibi Prætextate uenit in menrem: toto ut aiũt cælo erraſſe Virgilium: cum Dido ſuã rẽ diuinã pro nuptiis faceret? Mactat enim inquit lectas de more bidentes Legifere cereri phœboque patrique lyæo. Et quaſi expergefactus adiecit: Iunoni ante omnes cui uincla iugalia curæ: Accipite. Et. M. Varronis uerba de agricultura libro tertio:

qui cum de pauonibus in uilla nutriendis loqueretur: ſic ait: Primus hos Quĩtus Hortenſius augurali cœna dicitur poſuiſſe. Quod potius factũ tum luxurioſe q̃ ſeuere boni uiri laudabant. Quem cito ſecuti multi extulerunt eorum precia: ut oua eorum denariis ueneant quinis: ipſi facile quinquagenis. Ecce res non admiranda ſolum: ſed et pudenda: ut oua pauonum quinis denariis ueneant: quæ hodie nõ dicam uilius: ſed omnino nec ueneũt. Is Hortẽſius platanos ſuas uino irrigare cõſueuit: adeo ut in quadam actione quam habuit cum Cicerone ſuſcepta precario a Tullio poſtulaſſet: ut locum dicendi permutaret ſecum. Abire.n. in uillam neceſſario ſe uelle: ut uinum platano quam in tuſculano poſuerat: ipſe ſuffũderet. Sed forte ad notam ſæculi ſui non ſufficit Hortenſius: uir alioquin ex profeſſo mollis & in præcinctu ponens omnem decorem. Fuit enim ueſtitu ad mundiciem curioſo. Et ut bene amictus iret: faciem ĩ ſpeculo quærebat. Vbi ſe intuens: togam corpori ſic applicabat: ut rugas non forte ſed induſtria locatas artifex nodus aſtringeret: & ſinus ex compoſito defluens modum lateris ambiret. Is quondam cũ incederet elaboratus ad ſpeciem collegæ de iniuriis diem dixit: quod ſibi in anguſtiis obuius offenſu fortuito ſtricturam togæ deſtruxerat: & capitale putauit: ꝙ ĩ humero ſuo locum ruga mutaſſet. Ergo hoc prætermiſſo ad uiros uenio triumphales: quos uictores gentium luxuria uicit. Et ut taceam Gurgitem a deuorato patrimonio cognominatum: quia inſignibus uirtutis ſecutæ uitia prioris compẽſauit ætatis. In quã foueã luxus & ſuperbiæ Metellus Pius peruenit continuatione ſucceſſuum. Et ne multis morer: ipſa de eo Saluſtii uerba ſubieci. At Metellus ĩ ulteriorem hiſpaniam poſt annum regreſſus: magna gloria concurrẽtibus undique uirili & muliebri ſexu per uias & tecta omnium uiſebatur. Eũ quæſtor Caius Vrbinus aliique cognita uolũtate eum ad cœnam inuitauerant. Vltra romanũ ac mortalium etiam morẽ curabant: exornatis ædibus per aulea & inſignia ſcæniſque ad oſtentationem hiſtrionum fabricatis. Simul croco ſparſa humus: & alia immodum templi celeberrimi. Præterea cum ſedenti ĩ tranſemia demiſſum Victoriæ ſimulacrũ cum machinato ſtrepitu tonitruum coronam ei imponebat. Tũ ueniẽti thure: quaſi deo ſupplicabatur. Toga picta plerumque amiculo erat ei accũbenti. Epulæ quæſitiſſimæ: neque per omnem modo prouinciam ſed trans maria ex mauritania uolucrum & ferarũ incognita antea plura genera: quibus rebus aliquantam partem gloriæ dempſerat. Maxĩeꝗ apud ueteres & ſanctos uiros ſuperbia illa grauia indigna romano imperio extimãtes. Hæc Saluſtius grauiſſimus alienæ luxuriæ obiurgator & cenſor. Accipite inter grauiſſimas perſonas non defuiſſe luxuriam. Refero enim pontificis uetuſtiſſimam cœnã: quæ ſcripta eſt indice q̃rto Metelli illius pontificis maximi in hæc uerba. Ante diem nonum kalẽd. ſeptembr̃ quo die Lentulus flamen martialis inauguratus eſt: domus ornata fuit. Triclinia lectis eburneis ſtrata fuerunt. Duobus tricliniis pontifices cubuerunt. Q. Catullus. M. Aemilius Lepidus. D. Syllanus. C. Cæſar rex ſacrorum. P. Sceuola Sextus. Q. Cornelius. P. Volumnius. P. Albinouanus: & Lucius Iulius Cæſar augur: qui eum inaugurauit. In tercio triclinio Popilia Perpenia Licinia Arruncia uirgines ueſtales: & ipſius uxor Publicia flaminica & Sẽpronia ſocrus eius. Cœna hæc fuit. Ante cœnam echinos oſtreas crudas quantum uellent: pelloridas ſphodilos turdum aſparagos: ſubtus gallinam altilem: patina ex oſtrearum pelloridarum balanos nigros: balanos albos. Iterũ ſphodilos glycomaridas urticas ficetulas lumbos caprigenes aprugnos altilia ex farina inuoluta ficedulas murices & purpuras in cœna ſumina ſinciput aprugnum: patinam piſcium: patinam ſuminis: anates: querquedulas elixas: lepores altilia aſſa amilum panes picentes. Vbi iã luxuria tunc accuſaretur: quando tot rebus facta fuit cœna põtificũ? Ipſa uero edulium genera q̃ dictu turpia? Nam Cincius in ſuaſione legis fanniæ obiicit ſæculo ſuo: ꝙ porcum troianum mẽſis inferant. Quem illi ideo ſic uocabant: quaſi aliis incluſis animalibus grauidum: ut ille troianus equus grauidus armatis fuit. Exigebat hoc quoque illa gulæ intemperantia: ut & lepores ſaginarentur teſte Varrone: qui de agricultura libro tercio cum de leporibus loqueretur: ſic ait. Hoc quoque nuper inſtitutum: ut lepores ſaginarentur: cum exceptos e leporario quondam in caueis & loco clauſo faciant pingues. Si cui hoc mirum uidetur quod ait Varro lepores ætate illa ſolitos ſaginari: accipiat illud quod maiore admiratione ſit dignum: Cocleas ſaginatas: quod idem Varro in eodẽ libro refert. Verba ipſa qui uolet legere: ubi debeat quærere indicaui. Neque ego nunc antiquitati nos præferendos uel comparandos dico: ſed reſpondi obiurganti Horo aſſerẽs uti res habet maiorem illis ſæculis deliciarum curam fuiſſe q̃ noſtro. Subiecit Furius Albinus antiquitatis non minus q̃ Cecinna peritus. Miror te inquit non rettuliſſe quãta illis affluentia marinarum procurari ſolita fuerit copiarum: cuius relatu maximam conuiuiorum noſtrorum ſobrietatem doceres. Et Cecinna profer inquit in medium: quæ de hac quoque parte lectu comperiſti. Vltra omnes enim polles memoria uetuſtatis. Et Furius ſic ingreſſus ẽ: Vetuſtas quidẽ nobis ſemper (ſi ſapimus) adoranda eſt. Illa quippe ſæcula ſunt: quæ hoc imperiũ uel ſanguine uel ſudore pepererunt. Quod non niſi uirtutum faceret ubertas. Sed quod fatendũ eſt: in illa uirtutũ abundãtia uitiis quoque ætas illa nõ caruit. E qbus nõ nulla noſtro ſæculo morum ſobrietate correcta ſunt. Et de luxu quidẽ illius temporis

circa marinas copias dicere inſtitueram: ſed quia in aſſertionem noſtræ emendationis alia ex aliis proferenda ſe ſuggeſſit: de piſcibus nõ omitto: ſed differo dum de alia laſciuia qua nunc caremus admoneo. Dic enim Hore qui antiquitatem nobis obiicis: ante cuius triclinium modo ſaltatricẽ uel ſaltatorem te uidiſſe meminiſti? At inter illos ſaltatio certatim uel ab honeſtis appetebatur. Ecce enim ut ab illo ordiar tẽpore: quod fuit optimis moribus. Inter duo bella punica ĩgenui: quid dicam ingenui? filii ſenatorum ĩ ludum ſaltatorium commeabant: & illic crotala geſtantes ſaltare diſcebant. Taceo ꝙ matronæ etiam ſaltationem non ĩhoneſtam putabant. Sed inter probas quoque earum erat ſaltandi cura: dummodo non curioſa uſque ad artis perfectionẽ. Quid enim ait Saluſtius: Pſallere ſaltare elegãtius q̃ neceſſe eſt probæ. Adeo & ipſe Semproniam reprehendit: non ꝙ ſaltare: ſed ꝙ optime ſcierit. Nobiliũ uero filios: & ꝙ dictu nefas eſt: filias quoque uirgines inter ſtudioſa numeraſſe ſaltandi meditationem: teſtis eſt Scipio Africanus Aemilianus: qui in oratione cõtra legem iudiciariam Thyberii Gracchi ſic ait. Docẽt præſtigias inhoneſtas cum cynædulis & ſambuca pſalterioque eunt in ludum hiſtrioniũ: diſcunt cantare: quæ maiores noſtri ingenuis probro ducier uoluerunt. Eunt inquã in ludum ſaltatorium inter cynædos uirgines puerique ingenui. Hæc cum mihi quiſq̃ narrabat: non poteram animũ inducere ea liberos ſuos nobiles homines docere. Sed cũ ductus ſum in ludum ſaltatorium: plus mediuſfidius in eo ludo uidi pueris uirginibuſque quĩgentis. In his unum (quod me reipublicæ miſertum eſt) puerum bullatum petitoris filium non minorem annis duodecim cum crotalis ſaltare: quam ſaltationem impudicus ſeruulus honeſte ſaltare non poſſet. Vides quemadmodum ingemuit Africanus: ꝙ uidiſſet cum crotalis ſaltantem filium petitoris id eſt canditati? quem ne tum quidem ſpes & adipiſcẽdi ratio potuerat coercere magiſtratus: quo tempore ſe ſuoſq; ab omni probro debuit uindicare: quo minus faceret quod ſcilicet tẽpore non habebatur. Cæterũ ſuperius plerunque nobilitatem hæc propudia celebrare conqueſtus eſt Cato. Sic nimirum. M. ſenatorem non ignobilem Cecilium Spatiatorem & Feſcennium uocat: eumque ſtaticulos dare iis uerbis ait: Deſcendit de cantherio: inde ſtaticulos dare: ridicularia fundere. Et alibi in eundem: Præterea cantat: ubi collibuit: interdum græcos uerſus agit: iocos dicit: uoces demutat: ſtaticulos dat. Hæc Cato: cui ut uidetis etiam cantare non ſerii hominis ſic uidetur: quod apud alios adeo non inter turpia numeratum eſt: ut Decius Sylla uir tanti nominis optime cantaſſe dicatur. Cæterum hiſtriões non inter turpes habitos: Cicero teſtimonio eſt: quem nullus ignorat. Roſcio & Aeſopo hiſtrionibus tam familiariter uſum: ut res rationeſq; eorum ſua ſolertia tueretur. Quod cum aliis multis tum exẽplis quoq; eius declaratur. Nam illam orationem quis eſt qui non legerit: in qua populum romanum obiurgat: ꝙ Roſcio geſtum agente tumultuarit? Et certe ſatis conſtat contendere eum cum ipſo hoſtrione ſolitum: utrũ ille ſæpius eandem ſententiam uariis geſtibus efficeret: an ipſe per eloquentiæ copiam ſermone diuerſo pronunciaret. Quæ res ad hanc artis ſuæ fiduciam Roſcium abſtraxit ut librum conſcriberet: quo eloquentiam cum hiſtrionia compararet. Is eſt Roſcius: qui etiam Lucio Syllæ cariſſimus fuit: & annulo aureo ab eodem dictatore donatus eſt. Tanta autem fuit gratia & gloria: ut mercedem diurnam de publico mille denarios ſine gregalibus ſolus acceperit. Aeſopum uero ex pari arte ducenties ſextertium reliquiſſe filio conſtat. Sed quid loquor de hiſtrionibus? cum Appius Claudius uir triumphalis: qui ſalius uſque ad ſenectutem fuit: pro gloria optinuerit: ꝙ inter collegas optime ſaltitabat. Ac prius q̃ a ſaltatione diſcedo: illud adiiciam: uno eodemque tempore tribus nobiliſſimis ciuibus non modo ſtudium ſaltandi: ſed etiam ſi diis placet peritiam qua gloriarentur fuiſſe Gabinio conſulari Ciceronis inimico: quod ei & Cicero non diſſimulanter obiecit: et. M. Cecilio noto in turbas uiro: quem idẽ Cicero defendit: & Licinio Craſſo Craſſi eius: q apud parthos extinctus eſt: filio.

## Nonnullos ex piſcibus traxiſſe cognomina. Cap.

ſ Ed de ſaltatione ueterum ad prædæ marinæ tranſire luxum Liciniorum me nomen admonuit: quos Murenas cognominatos: ꝙ hoc piſce effuſiſſime delectati ſunt: ſatis conſtat. Huic opinioni. M. Varro cõſentit: aſſerens eodem modo Licinios appellatos Murenas quo Sergius Orata cognominatus eſt: ꝙ ei piſces qui auratæ uoctãur: cariſſimæ fuerĩt. Hic eſt Sergius Orata qui primus balneas penſiles habuit: primus oſtrearia in baiano locauit: primus optimum ſaporem oſtreis lucrinis adiudicauit. Fuit autem ætate Lucii Craſſi illius diſerti: qui q̃ grauis & ſerius habitus ſit: etiam Cicero docet. Is tamen Craſſus uir cẽſorius. Nam cum Cn. Domicio cenſor fuit: cum ſupra cæteros diſertus haberetur: eſſetque inter clariſſimos ciues princeps: tamen murenã in piſcina domus ſuæ mortuam atratus tanq̃ filiam luxit. Neque id obſcurum fuit: quippe collega Domicius in ſenatu hoc ei quaſi deforme crimen obiecit. Neque id confiteri Craſſus erubuit: ſed ultro etiam

ſi diis placet gloriatus eſt cenſor piam affectuoſamque rem feciſſe ſe iactans. Piſcinas autem q̃ refertas habuerint præcioſiſſimis piſcibus romani illi nobiliſſimi prĩcipes Lucius Philippus & Hortẽſius: quos Cicero piſcinarios appellat: etiam illud indicium eſt: ꝙ. M. Varro in libro de agricultura refert. M. Catonem: qui poſt uticæ periit: cũ hæres teſtamento Lucilii eſſet relictus: piſces de piſcina eius. xl. milibus uẽdidiſſet. Accerſebantur autem murenæ ad piſcinas noſtræ urbis abuſque freto ſiculo: quod rhegium a meſſana reſpicit. Illic enim optime a prodigis eſſe creduntur tam hercule: q̃ anguillæ: & utreque ex illo loco græce plotæ uocantur: latine flutæ ꝙ in ſummo ſupernantes ſole torrefactæ curuare ſe poſſe: & in aquam mergere deſinũt: atque ita faciles captu fiunt. Et ſi enumerare uelĩ: q̃ multi magnique auctores murenas e freto ſiculo nobilitarint: longum fiet. Sed dicam quid. M. Varro in libro q inſcribitur Gallus de admirandis dixerit iis uerbis. In ſicilia quoque inquit manu capi murenas flutas: ꝙ hæ in ſumma aqua præ pinguitudine fluitent. Hæc Varro. Sed quis neget indomitam apud illos (& ut ait Cecilius) uallatam gulam fuiſſe: qui ex tam longinquo mari inſtrumenta luxuriæ compararent. Nec rarus hic romæ piſcis ut peregre accitus erat. Auctor eſt Plinius. C. Cæſarem dictatorem cum triumphales cœnas populo daret: ſex milia murenarum a. C. Horio ad pondus accepiſſe. Huius Hirni uillam quãuis non amplam aut latã conſtat: ꝓpter uiuaria quæ habuit: quadragies ſextertium uenundatam.

## DE Accipenſere. Cap.

n Ec accipenſer quã maria prodigis nutriunt illius ſæculi delitias euaſit. Et ut liqueat ſecundo punico bello celebre nomen huius piſcis fuiſſe: Accipite ut meminerit eius Plautus ĩ fabula: quæ inſcribit bacchariа ex perſona paraſſiti.

Quis eſt mortalis tanta fortuna affectus unq̃:
Quã ego nunc ſum: cuius hæc uentri portatur pompa.
Vel nunc qui mihi in mari accipenſer latuit antehac:
Cuius ego latus in latebras reddam meis dentibus & manibus.

Et ne uilior ſit teſtis poeta: accipite aſſertore Cicerone: in quo honore fuerit hic piſcis apud Publium Scipionem Africanũ illum & Munatiũ.



Hæc ſunt in dialogo de fato uerba Ciceronis: Nam cum eſſet apud Lauernium Scipio unaque Pontius: allatus eſt forte Scipioni accipenſer: qui admodum raro capitur. Sed eſt piſcis (ut ferunt) in primis nobilis. Cum autem Scipio unum & alterum ex his: qui eum ſalutatum uenerant inuitaſſet: plureſque etiam inuitaturus uideretur: in aurem Pontius Scipio inquit uide quid agas: accipenſer iſte paucorum hominum eſt. Nec inficias eo temporibus Traiani hunc piſcem in magno precio non fuiſſe teſte Plinio Secundo: qui in naturali hiſtoria cũ de hoc piſce loqueretur ſic ait: Nullo modo ĩ honore eſt: quod quidẽ miror cũ ſit paruus inuentu. Sed nec diu ſtetit hæc parſimonia. Nam temporibus Seueri principis: qui oſtendebat duritiam morum: Samonicus Serenus uir ut ſæculo ſuo doctus: cum ad principem ſuum ſcriberet: faceretque de hoc piſce ſermonem: uerba Plinii quæ ſuperius poſui: præmiſit: & ita ſubiecit. Plinius (ut ſcitis) id uſque Traiani imperatoris uenit ætatem. Nec dubium eſt: ꝙ ait nullo honore hunc piſcem temporibus ſuis fuiſſe: uerum ab eo dici. Apud antiquos autem ĩ precio fuiſſe ego teſtimoniis palã facio: uel eo magis ꝙ gratiam eius uideo ad epulas quaſi poſtliminio rediſſe. Quippe qui dignatione ueſtra cum interſũ conuiuio ſacro: animaduerto hunc piſcem a coronatis miniſtris cum tibicine introferri. Sed quod ait Plinius de accipenſeris ſquamis: id uerũ eſſe maximus rerum naturalium indagator Nigidius Figulus oſtendit: in cuius libro de animalibus quarto ita poſitũ eſt. Cur alii piſces ſquama ſecunda accipenſer aduerſa ſit. Hæc Samonicus qui turpitudinem conuiuii principis ſui laudãdo notat: prodens uenerationem qua piſcis habebatur: ut a coronatis inferretur cum tibicinis cantu: quaſi quædam non delitiarum ſed numinis pompa. Sed ut minus miremur accipenſerem graui precio taxari ſolitum: Aſinius Celer uir conſularis (ut idem Samonicus refert) mulum unum ſeptem milibus nummum mercatus eſt. In qua re luxuriam illius ſæculi eo magis licet æſtimare: ꝙ Plinius ſecundus temporibus ſuis negat facile mulum repertum: qui duas pondo libras excederet. At nunc & maioris ponderis paſſim uidemus & precia hæc inſana neſcimus. Nec contenta illa ingluuies fuit maris ſui copiis. Nam Optanus præfectus claſſis ſciens ſcarum adeo italicis littoribus ignotum: ut nec nomen latinũ eius piſcis habeamus: incredibilem ſcarorum multitudinem in uariis nauibus huc aduectam inter hoſtiam & campaniæ littus in mare ſparſit: miroque ac nouo exemplo piſces in mari tanq̃ in terra fruges aliquas ſeminauit. Idemque tanq̃ ſumma ĩ hoc utilitatis publice uerteretur: quinquẽnio dedit operam: ut ſiquis inter alios piſces ſcarum forte cœpiſſet: incolumem confeſtim & inuiolatum mari redderet. Quid extimemus captiuam illius ſæculi gulã

ſeruiſſe mari: cum magno uel dicam maximo apud prodigos honore fuerit etiã thyberinus lupus & omnino omnes ex hoc amne piſces: quod quidem cur illis ita uiſum ſit ignoro. Fuiſſe autem etiam. M. Varro oſtendit: qui enumerans quæ in quibus italiæ partibus optima ad uictũ gignantur: piſci thyberino palmam tribuit his uerbis in libro rerum humanarum. xi. Ad uictũ optima fert ager campanus frumentum: falernus uinum: caſſinas oleum: tuſculanus ficum: mel tarentinus: piſcẽ thyberis. Hæc Varro de omnibus ſcilicet huius fluminis piſcibus: ſed inter eos ut ſupra dixi præcipuum locum lupus tenuit: & quidem is qui inter duos pontes captus eſſet. Id oſtendunt cum multi alii: tum etiam Caius Titius uir ætatis luciliane in oratione: qua legem fanniam ſuaſit: cuius uerba ideo pono: quia non ſolum de lupo inter duos pontes capto erunt teſtimonio: ſed etiam mores quibus plerique tunc uiuebant facile publicabunt. Deſcribens enim homines prodigos in forum ad iudicandum ebrios commeantes quæque ſoleant in ſe ſermocinari: ſic ait. Ludunt alea ſtudioſe unguentis delibuti ſcortis ſtippati. Vbi horæ. x. ſunt: iubent puerum uocari: ut comitium eat percunctatum: quid in foro geſtum ſit: quid ſuaſerint: quid diſſuaſerint: quid tribus iuſſerint: quid uetuerint. Inde ad comitium uadunt: ne litem ſuam faciant. Dũ eunt: nulla eſt in angiporto amphora: quã non impleant: quippe qui ueſicam plenam uini habeant. Veniunt in comitiũ triſtes: iubẽt dicere. Quorũ negocium eſt: narrant. Iudex teſtes poſcit. Ipſus it mictũ. Vbi redit: ait ſe oĩa audiuiſſe. Tabulas poſcit. Litteras inſpicit. Vix præ uino ſuſtinet palpebras. Eunti in cõſiliũ ibi hæc oratio. Quid mihi negocii eſt cum iſtis nugatoribus: potiuſq̃ potamus mulſum mixtum uino græco: edimus turdum pinguem: bonumque piſcem: lupum germanũ qui inter duos pontes captus fuit. Hæc Titius. Sed & Lucilius acer: & uiolentus poeta oſtendit ſcire ſe hunc piſcem egregii ſaporis: qui inter duos põtes captus eſſet: eumque quaſi liguritorem catilonem appellat: ſcilicet qui proxime ripas ſtercus inſectaretur. Proprie autem catilones dicebantur: qui ad pollutũ Herculis ultimi cũ uenirẽt catillos liguribãt. Lucilii uerſus hi ſunt:

Fingere præterea afferri quod quiſque uolebat:
Illum ſumma ducebant: atque altilium lanx:
Hunc pontes thyberinos duo inter captos catillo.

Longũ fiat ſi enumerare uelim quot inſtrumẽta gulæ inter illos uel ingenio excogitata ſint uel ſtudio cõfecta. Et hæ nimirum cauſæ fuerũt: propter quas tot numero leges de cœnis & ſumptibus ad populum ferebantur: & imperari cœpit: ut patentibus ianuis pranſitaretur & cœnitaretur. Sic oculis ciuium teſtibus factis luxuriæ modus fieret. Prima





autem omnium de cœnis lex ad populum orchia peruenit. Quã tulit. C. Orchus tribunus plebis de ſenatu ſententia. iii. anno q̃ Cato cenſor fuerat. Cuius uerba (quia prolixa ſunt) prætereo. Summa autem eius præſcribebat numerum conuiuarum. Et hæc eſt lex orchia: de qua Cato mox orationibus ſuis uociferabatᷣ: ꝙ plures q̃ præſcripto eius cauebatᷣ: tum ad cœnam uocarẽtur. Cumque auctorem nouæ legis aucta neceſſitas imploraret: poſt annum uiceſimum ſecundum legis orchiæ fania lex lata eſt anno poſt romam conditam ſecundum Gellii opinionem quingenteſimooctogeſimooctauo. De hac lege Samonicus Serenus ita refert. Lex fannia ſanctiſſimi Auguſti ingenti omniũ ordinũ conſenſu peruenit ad populum. Neque eam prætores aut tribuni: ut pleraſque alias: ſed ex omnium bonorum conſilio & ſententia ipſi conſules pertulere: cum reſpublica ex luxuria conuiuiorum maiora q̃ credi poteſt detrimenta pateretur. Siquidẽ eo res redierat: ut gula illecti plerique ingenui pueri pudicitiam & libertatem ſuã uenditarent. Plerique ex plebe romana uino madidi in cõmitium uenirent: & ebrii de reipublicæ ſalute conſulerent. Hæc Samonicus. Faniæ autem legis ſeueritas in eo ſuperabat orchiam legem: ꝙ in ſuperiore numerus tantummodo cœnantiũ cohibebatur: licebatque ſecundum eam unicuique bona ſua inter paucos conſumere. Fania autem & ſumptibus modum fecit aſſibus centũ. Vnde a Lucilio poeta feſtiuitatis ſuæ more centuſſis uocatur. Fanniã legem poſt annos decem & octo lex didia conſecuta eſt. Eius ferundæ duplex fuit cauſa. Prima & potiſſima: ut uniuerſa italia non ſola urbs lege ſumptuaria teneretur. Italicis æſtimantibus faniam legem non in ſe: ſed in ſolos urbanos ciues eſſe conſcriptam. Deinde ut non ſoli qui prandia cœnæ ſuæ maiore ſumptu feciſſent: ſed etiam qui ad eas uocati eſſent atque omnino interfuiſſent: pœnis legis tenerentur. Poſt didiã licinia lex lata eſt a Publio Licinio Craſſo diuite. Cuius ferundæ probandæque tantum ſtudium ab optimatibus impenſum eſt: ut conſulto ſenatus iuberetur: ut ea tantũmodo promulgata priuſq̃ trinundino cõfirmaretur: ita ab omnibus obſeruaretᷣ: quaſi iam populi ſententia comprobata. Lex uero hæc paucis mutatis in pleriſque cum fania congruit. In ea enim ferenda quæſita eſt nouæ legis auctoritas exoleſcente metu legis antiquioris. Ita hercules ut de ipſis. xii. tabulis factum eſt: quarũ ubi contemni antiquitas cœpit: eadem illa: quæ illis legibus cauebantur: in alia latorum nomina tranſierunt. Sed legis liciniæ ſumma: ut kalendis nonis nundinis romanis cuique in dies ſingulos. xxx. duntaxat aſſes edũdi cauſa cõſumere liceret. Cæteris uero diebus q̃ excepti non eſſent: ne amplius apponeretur q̃ carnis aridæ pondo tria & ſalſamentorum pondo libra: quod exterra uite arboreue natum ſit. Video

quid remordeat. Ergo iudicium ſobrii ſæculi eſt: ubi tali præſcripto legũ coerceretur expenſa cœnarum. Non ita eſt. Nam leges ſumptuariæ a ſingulis ferebãtur: qui ciuitatis totius uitia corrigerent. Ac niſi peſſimis effuſiſſimiſque moribus uiueretur: profecto opus ferundis legibus non fuiſſet. Vetus uerbũ eſt. Leges inquit bonæ ex malis moribus procreãt. Has ſequitur lex cornelia & ipſa ſũptuaria: quã tulit Cornelius Sylla dictator: in qua nõ conuiuiorum magnificentia prohibita eſt: nec gulæ modus factus: uerum minora precia rebus impoſita: & quibus rebus dii boni q̃q; exquiſitis & pene incognitis generibus delitiarum: quos illic piſces: quaſque offulas nominat: & tamen precia illis minora conſtituit: auſim dicere ut uilitas edulium animos hominum ad parandas obſoniorum copias incitaret: & gulæ ſeruire etiam qui paruis eſſent facultatibus poſſent. Dicã plane quod ſentio. Apprime luxurioſus mihi uidetur & prodigus: cui hæc tanta in epulis uel gratuita ponantur. Itaq; tanto hoc ſæculum ad omnem incontinentiam promptius: ut pleraque harum rerum quæ ſyllana lege ut uulgo nota comprehenduntur: nemo noſtrum uel fando comperit. Sylla mortuo Lepidus conſul legẽ tulit & ipſe cibariam. Cato enim ſumptuarias leges cibarias appellat. Dehĩc paucis ĩteriectis ãnis alia lex pueĩt ad populũ ferẽte Antio Reſtione: quã legem quãuis eſſet optima: obſtinatio tamen luxuriæ & uitiorũ firma concordia nullo obrogante irritam fecit. Illud tamen memorabile de Reſtione latore ipſius legis fertur: eum quoad uixit foris poſtea non recœnaſſe: ne teſtis fieret contemptæ legis: quam ipſe bono publico pertuliſſet. His legibus annumerarẽ edictum de ſumptibus ab Antonio propoſitum: qui poſt triumuir fuit: ni indignum crederem inter cohibentes ſumptus Antonio locum facere: cuius expenſæ in cœnam ſolitæ conferri ſola unionis a Cleopatra uxore conſumpti æſtimatione ſuperatæ ſunt. Nam cum Antonius quicquid mari aut terræ aut etiam cælo gigneretur: ad ſatiandam ingluuiem ſuam natum exiſtimans faucibus ac dentibus ſuis ſubderet: eaque re captus de romano imperio facere uellet ægyptium regnum: Cleopatra uxor: quæ uinci a romanis nec luxuria dignaretur: ſponſione prouocauit inſumere ſe poſſe in unam cœnam ſextertium cencies. Id Antonio mirum uiſum: nec moratus ſpõſione cõtendit dignus culina Munatio Planco: qui tã honeſti certaminis arbiter electus eſt. Altera die Cleopatra pertentans Antonium pollucibilem ſane cœnam parauit: ſed quam non miraretur Antonius: quippe qui omnia quæ apponebantur ex quotidianis opibus agnoſceret. Tunc regina arridens fialam popoſcit: cui aceti nonnihil acris infudit: atque illuc unionem demptum ex aure altera feſtinabunda demiſit: eumque mature diſſolutum uti natura ẽ eius lapidis: abſorbuit. Et q̃uis eo facto ſponſione uiciſſet: quippe cum ipſa margarita centies ſeſtertiũ ſine contentiõe eualuiſſet: manũ tamen & ad alterius unionis aurem ſimiliter admouit: niſi Munatius Plancus iudex ſeueriſſimus ſuperatum Antonium mature pronuntiaſſet. Ipſe autem unio cuius magnitudinis fuerit: inde colligi poterit: ꝙ qui ſuperfuit poſtea uicta regina & capta ægypto romam delatus diſectuſq; ẽ: & factæ ex una margarita duæ: ĩpoſitæq; ſimulacro Veneris: ut monſtruoſæ magnitudĩs: ĩ tẽplo quod pantheũ dicit̃.

DE Nuce iuglande. Cap.

a Dhuc dicente furio ſecundæ menſæ illata bellaria nouo ſermoni principiũ dederunt. Symmachus. n. attrectans manu nuces: uellẽ inquit ex te audire Serui: tanta nucibus nomina quæ cauſa uel origo uariauerit: aut unde tot mala cum hac una appellatiõe uocitent̃. Fiũt tamen ſeorſum diuerſa tam uocabulo q̃ ſapore. Ac prius de nucibus abſoluas uolo: quæ tibi mẽoria crebræ lectionis occurrunt. Et Seruius: Nux iſta iuglans ſecundum nonnullorum opinionem a iuuando & a glande dicta exiſtimatur. Caius uero in libro de ſignificatione uerborũ hoc refert: Iuglans arbor dicta eſt perĩde ac Iouis glans. Nã id arboris genus nuces habet: quæ ſunt ſuauiore ſapore q̃ glans eſt. Hunc fructũ antiqui illi: qui egregium glãdiq; ſimilem ipſamq; arborem deo dignã exiſtĩabant: Iouis glandẽ appellauerũt: quæ nũc litteris ĩterliſis iuglãs nomĩatur. Cloatius autẽ Verius in libro a græcis tractatorum ita memorat: Iuglans quaſi diiuglãs: id ẽ Διὸς βάλανος: Sicut Theophraſtus ait: . Hãc græci etiã baſilicã uocant.

DE Nuce auellana. Cap.

n Vx hæc auellana ſeu præneſtina quæ ẽ eadem: ex arbore eſt: quæ corylus dicitur: de qua Virgilius dixit: corylum ſere. Eſt aũt natio hominum iuxta agrum præneſtinum: qui carſitani uocantur ἀπὸ τῶν καρύων. Cuius rei meminit Varro ĩ logiſtorico: qui inſcribitur: Marius de fortuna: inde ſcilicet præneſtinæ nuces. Eſt & illud apud Neuium in fabula Ariolo: Quis heri apud te præneſtini & lanuini hoſpites ſuapte utroſq; decuit acceptos cibo: alteris ĩanem bulbã madidam dari: alteris nuces in procliui profundere. Hanc autem nucẽ græci ponticã uocãt: dum unaquæque natio indit huic nuci nomen ex loco: ĩ quo naſcitur copioſior.

DE Nuce caſtanea. Cap.

n Vx caſtanea de qua Virgilius: Caſtaneaſq; nuces: uocatur & heracleotica. Nã uir doctus Oppius in libro quẽ fecit de ſilueſtribus arboribus ſic ait: Heracleotica hæc nux: quã quidam caſtaneã noĩant. Itemq; pontica nux: atq; etiam quæ dicũtur baſilicæ iuglandes germĩa atq; flores agunt ſimiliter iiſdem tẽporibus: quibus græcæ nuces. Nũc

dicendum eſt quæ ſit græca nux : ac ſimul hoc dicens amygdalam de
lance tulit:& oſtendit: Nux greæca hæc eſt: quæ & amygdala dicitur.
Sed et thaſia eadem nux uocatur. Teſtis eſt Cloatius in ordinatorum
græcorum libro quarto:cum ſic ait: Nux græca amygdala. Acca uero ĩ
ſupplicatione : nucem græcam ait fauumq; adde quantũ libet. Nucẽ
molluſcã licet hyemis nobis tẽpus ĩuideat:tamẽ qa de nucibus loqmur:
indictã non relinqmus. Plautus in calcedo ſic eius meminit: Molluſcã
nucem ſuper eius dixit impendere tegulas. Ecce Plautus nominat qdẽ:
ſed quæ ſit molluſca nux non exprimit. Eſt aũt perſicum quod uulgo
uocatur:& molluſca nux dicitur ſilicet:ꝙ cæteris õibus nucibus mollior
ſit. Huius rei idoneus aſſertor eſt Sueuius uir longe doctiſſimus in
idilio:quod inſcribitur moretum. Nã cũ loquitur de hortulano faciẽte
moretum ĩter cætera quæ eo mittit:& hoc pomũ mitti ait his uerbis.
Admiſce tu acca baſilicis hæc nunc:
Partim perſica:quod nomen ſic deniq; fertur
Propterea:ꝙ qui quõdam cum rege ponti
Nomine alexandro magno fera prælia bello
In perſas rettulere ſuo.poſt inde reuentum
Hoc genus arboris in prælatis finibus graiis
Diſſeruere nouos fructus mortalibus dantes.
Molluſca hæc nux ẽ:ne quis forte inſcius erret.

DE Nuce tarentina. Cap.

n Vx tarentina dicitur: quæ ita mollis eſt ut uix attrectata frãgat̃.
De qua in in libro Faborini ſic reperitur. Itemq; quidã tarẽtinas
oues uel nuces dicunt:quæ ſunt tarentinæ a tarento:quod eſt ſabinorũ
lingua molle. Vnde tarentinos quoq; dictos putat Varro ad Libonem
primo. Quam in culpam etiam Oratius poteſt uideri incidere:qui ait
Et molle tarentum.

DE Nuce pinea. Cap.

n Vx pinea hos nobis:qui appoſiti ſunt:nucleos dedit. Plautus in
ciſtellaria:qui e nuce nucleos eſſe uult:frangat nucẽ. Et qa mala
uidemus admixta bellariis:poſt nuces de malorum gñibus diſſerẽdũ ẽ.
Sunt de agricultura ſcriptores:qui nuces & mala ſic diuidunt: ut nuces
dicant omne pomũ:quod foris duro tegat̃:& ĩtus habet quod eſui eſt.
malum uero quod foris habeat quod eſt eſui: et durum intus ĩcludat.
Secundum hãc diffinitionem perſicum: quod Sueuius poeta ſuperius
inter nuces numerat:magis erit inter mala numerandũ. His præmiſſis
malorum enumeranda ſunt genera:quæ Cloatius ordinatorũ græcorũ
libro quarto ita diligenter enumerat. Sunt autem genera malorum
armenium cotonium citreum couimellium conditiuum ἐπι-
muſteum martianum orbiculatum ogramnum præcox pannuceum
punicum perſicum quirianum proſiuum rubrum ſcãdianum ſilueſtre
ſirutium ſcantianum tibur uenanum. Vides perſicum a Cloatio inter
mala numeratum : quod nomen originis ſuæ tenuit : licet iamdudum
noſtri ſoli germen ſit. Quod autem ait idem Cloatius:Citreum & ipſũ
perſicum malum eſt ſecundum Virgilium : Fœlicis mali quo non præ-
ſtantius ullum : et reliqua. Et ut nemo dubitet hæc de citreo dixiſſe
Virgiliũ: accipite quæ Oppius in libro de ſilueſtribus arboribus dicat.
Citrea idem malus & perſica: altera generatur ĩ italia:& ĩ media altera.
Et paulo poſt de citreo loquens ait: Eſt autem odoratiſſimum. Ex quo
interiectũ ueſti tineas necat. Fertur autẽ uenenis cõtrariũ : quod tritũ
cum uino purgatione uirium ſuarum bibentes ſeruat. Generant̃ autẽ
in perſide omni tempore mala citrea. Alia enim præcarpunt̃ : alia ĩterĩ
matureſcunt. Vides hic & citreum nominari:& omnia ſigna pomi quæ
de eo Virgilius dixit:licet nomẽ citrei ille non dixerit. Nã & Homerus
qui citreum τίον appellat: oſtendit eſſe odoratum pomum ἐιον ἀπὸ
καλὸν ὀδώδει. Et quod ait Oppius inter ueſtem poni citreum:idem
ſignificat et Homerus : cum dicit ἕιματα. Hinc & Neuius poeta in
bello punico ait:Citroſam ueſtem.

DE Piris. Cap.

p Ira hæc quæ uidemus: uarietas nominum numeroſa diſcernit.
Nam idem Cloatius ſic eorum uocabula deſcribit:anitianum cu-
curbitinum ciritum ceruiſca calculoſum cruſtumium decimanum græ-
culum lollianum lanuinum laureumatereſianum marapium mileſiũ
myrteum neuianum orbiculanum præcianum rubile ſigninũ tullianũ
ticianum turrinianum præcox uolemium meſpiluſſerum ſemẽtinum
ſerum: tarentinum ſerum:ualerianum ſerum.

DE Ficis. Cap.

a Dmonent nos & fici aridæ : ut enumeremus genera ficoꝝ eodem
Cloatio nos de his ut de aliis inſtruente. Sic enim diuerſas ficos
diligentiæ ſuæ more dinumerat:africa albula harundinea aſinaſtra atra
paluſca auguſta bifera carica caldica alba nigra chia alba nigra cucurbi-
tina duricorea herculanea lauiana ludia leptoludia marſica numidica
pulla pompeiana præcox tellana atra. Sciendum ꝙ ficus alba ex fœli-
cibus ſit arboribus : contra nigra ex infœlicibus. Docẽt nos utrunque
pontifices. Ait enim Veranius de uerbis pontificalibus:Fœlices arbores
putãtur eſſe:quercus æſculus ilex ſupus fagus corylus ſorbus ficus alba
pirus malus uitis prunus cornus lotus. Tarquinius autem Priſcus in
oſtentario arborario ſic ait. Arbores quæq; ĩferum deorum auertẽtiũq;
in tutela ſunt:eas infœlices nominant. Alternũ ſanguinẽ fœlicem ficũ

attrã quæq; baccã nigrã nigroſq; fructos ferunt : itemq; acrifolium pirũ ſaluaticũ pruſcũ rubũ ſenteſq;: q̃bus portẽta prodigiaq; mala: cõburi iubere oportet. Quid quod ficum tã q̃ nõ pomũ ſecerni a pomis apud idoneos repimus? Afranius ĩ ſelia: Pomũ holus ficũ uuã. Sed & Cicero œconomicon libro tertio: Neq; ſerit uitem: neq; quæ ſata eſt diligẽter colit: oleum ficos poma non habet. Nec hoc ignorãdum eſt: ficum ſolã ex omnibus arboribus nõ florere. Lactis proprie ficorum dicitur. Groſſi appellantur fici : quæ non matureſcunt. Hos græci dicunt ὀλύνθους. .M. Attius : In milibus tot ficorum non uidebitis groſſum. Et pauloposſt ait: Sumas ab alio lacte diffluos groſſos. Et Poſtumius Albinus annali primo de Bruto. Ea cauſa ſeſe ſtultũ Brutumque faciebat: groſſulos ex melle edebat.

DE Oleis & uuis. Cap.

o Learum genera hæc enumerant: africana albigerus aquilia alexãdrina ægyptia culminea conditiua liciniana orchas oleaſter pauſia paulia radius ſalẽtina ſergiana termutia. Sicut uuarum iſta ſunt gña: aminea ſcilicet a regione : nã aminei fuerũt: ubi nũc falernũ ẽ . aſinuſca atruſca albuierus abena apiana apicia bumamma: aut ut græci dicũt βουμαστος duracina labruſca melampiſithia maronia mareotis numentana præcia prãnia pſithia pilleolaca rhodia ſtephanitis uenũcula uariola lagea. Inter hæc Prætextatus: Vellẽ Seruium noſtrum diutius audire: ſed hora nos quietis admõet: ut exorto iubare eloq̃o Symmachi domi ſuæ fruamur: atq; ita facta diſceſſio eſt.

## MACROBII AVRELII THEODOSII VIRI CONSVLARIS ET ILLVSTRIS SATVRNALIORVM LIBER. 2

EC MAGIS INCEPTO VVLTVM ſermone mouentur:
Quam ſi dura ſilex aut ſtet marpeſia cautes.
Tandẽ corripuit ſeſe: atq; inimica refugit.
Item pathos eſt et in hoc uerſu. Obſtupui: ſteteruntq; comæ: & uox faucibus hæſit. Sed tota Daretis fatigatio habitu depingitur. Aſt illum fidi æquales genua ægra trahentẽ: Quaſſãteq; utroq; caput craſſumq; cruorem Ore eiectantem. Sociorumque eius trepidationem breuiter oſtendit. Galeam enſemq; uocati accipiunt: q̃ſi non ſponte accepturi munus: quod erat dãnũ uerecundiæ. Ex eodẽ gñe ẽ illud. Totoq; loquentis ab ore Scintillæ abſiſtũt: oculis micat acribus ignis. Eſt & in deſcriptiõe langoris habitus: ut eſt tota deſcriptio peſtilentiæ apud Thucididem. Et Labitur ĩfœlix ſtudiorum atq; immemor herbæ Victor equus. Et Demiſſæ aures: incertus ibidẽ ſudor: et ille q̃dẽ morituris frigidus. Eſt inter pathe & pudor ut circa Deiphobũ pauitatẽ & dira tegẽtem ſupplicia. Et luctus habitu proditur: ut in Euryali m̃re: Excuſſi manibus radii: reuolutaq; penſa Euolat infœlix. Et Latinus q̃a miratur: defixa obtutu tenet ora. Et Venus quia rogatura ẽ: Triſtior & lachrymis oculos ſuffuſa nitentes. Et Sibylla quia inſanit: Subito non uultus nõ color unus: Non comptæ manſere comæ.

Oratio pathetica. Cap.

n Vnc uideamus pathos quo tenore orationis exprimit̃. Ac primũ quæramus quid de tali oratione rhetorica arte præcipit̃. Oportet enĩ ut oratio pathetica aut ad indignationẽ aut ad miſericordiã dirigat̃: quæ a græcis οἶκτρος καὶ δείνωσις appellatur. Horũ alterũ accuſatori neceſſarium eſt: alterum reo. Et neceſſe eſt initium abruptum habeat: quoniam ſatis indignantibus leuiter incipere non conuenit. Ideo apud Virgilium Iuno ſic incipit: Quid me alta ſilentia cogis Rumpere? Et alibi: Me ne incepto deſiſtere uictam? Et alibi: Heu ſtirpem inuiſam & fatis contraria noſtris Fata phrygum. Et Dido: Moriemur inultæ? Sed moriamur ait. Et eadẽ: Proh iuppiter ibit: Hic ait. Et Priamus: At tibi pro ſcelere exclamat pro talibus auſis. Nec ĩitiũ ſolum tale eſſe debet: ſed omnis (ſi fieri põt) oratio pathetica & breuibus ſententiis & crebris figurarum mutationibus debet: uelut inter æſtus iracundiæ fluctuare. Vna ergo nobis uirgiliana oratio pro exemplo ſit. Heu ſtirpem ĩuiſã. Initium ab ecphoneſi. Deinde ſequuntur breues interrogatiunculæ. Num ſygæis occumbere campis: Num capti potuere capi? num incẽſa cremauit Troia uiros? Deinde ſeq̃tur hyperbole: Medias acies medioſq; per ignes Inuenere uiam. Deinde ironia : At credo mea numina tandẽ Feſſa iacent: odiis haud exaturata quieui. Deinde auſus ſuos ĩefficaces queritur. Per undas auſa ſequi : & profugis toto me opponere ponto. Secũda poſt hæc hyperbole. Abſumptæ in teucros uires cæliq; mariſq;. Inde diſperſæ querelæ: Quid ſyrtes aut ſylla mihi? quid uaſta carybdis Profuit? Iungitur inde argumentum a minore: ut pathos augeatur. Mars perdere gentem Immanẽ lapithum ualuit. Minor ſcilicet pſona ideo illud ſequitur: Aſt ego magna iouis coniunx. Deinde cũ cauſas quoq; contuliſſet: q̃to impetu dea dixit: Infœlix quæ memet in omnia uerti. Nec dixit nõ poſſum perdere Aeneã: ſed uincor ab Aenea. Deĩde confirmat ſe ad nocendũ: & quod proprium eſt iraſcentis: & ſi deſperet perfici poſſe: tamen impedire contenta eſt.

Flectere ſi nequeo ſuperos: acheronta mouebo.
Non dabitur regnis eſto prohibere latinis
Attrahere: atq; moras tantis licet addere rebus.

atrã quæq; baccã nigrã nigroſq; fructos ferunt : itemq; acrifolium pirũ ſaluaticũ pruſcũ rubũ ſenteſq;: qbus portẽta prodigiaq; mala: cõburi iubere oportet. Quid quod ficum tãq̃ nõ pomũ ſecerni a pomis apud idoneos repimus? Afranius ĩ ſelia: Pomũ holus ficũ uuã. Sed & Cicero œconomicon libro tertio: Neq; ſerit uitem: neq; quæ ſata eſt diligẽter colit: oleum ficos poma non habet. Nec hoc ignorãdum eſt: ficum ſolã ex omnibus arboribus nõ florere. Lactis proprie ficorum dicitur. Groſſi appellantur fici : quæ non matureſcunt. Hos græci dicunt ὀλύνθους. .M. Attius : In milibus tot ficoꝵ non uidebitis groſſum. Et paulopoſt ait: Sumas ab alio lacte diffluos groſſos. Et Poſtumius Albinus annali primo de Bruto. Ea cauſa ſeſe ſtultũ Brutumque faciebat: groſſulos ex melle edebat.

DE Oleis & uuis. Cap.

o Learum genera hæc enumerant: africana albigerus aquilia alexãdrina ægyptia culminea conditiua liciniana orchas oleaſter pauſia paulia radius ſalẽtina ſergiana termutia. Sicut uuarum iſta ſunt gñа: aminea ſcilicet a regione : nã aminei fuerũt: ubi nũc falernũ ẽ . aſinuſca atruſca albuierus abena apiana apicia bumamma: aut ut græci dicũt βουμαστος duracina labruſca melampiſithia maronia maræotis numentana præcia prãnia pſithia pilleolaca rhodia ſtephanitis uenũcula uariola lagea. Inter hæc Prætextatus: Vellẽ Seruium noſtrum diutius audire: ſed hora nos quietis admõet: ut exorto iubare eloq̄o Symmachi domi ſuæ fruamur: atq; ita facta diſceſſio eſt.

## MACROBII AVRELII THEODOSII VIRI CONSVLARIS ET ILLVSTRIS SATVRNALIORVM LIBER.

EC MAGIS INCEPTO VVLTVM ſermone mouentur:

Quam ſi dura ſilex aut ſtet marpeſia cautes.
Tandẽ corripuit ſeſe: atq; inimica refugit.

Item pathos eſt et in hoc uerſu. Obſtupui: ſteteruntq; comæ: & uox faucibus hæſit. Sed tota Daretis fatigatio habitu depingitur. Aſt illum fidi æquales genua ægra trahentẽ: Quaſſãtẽq; utroq; caput craſſumq; cruorem Ore eiectantem. Sociorumque eius trepidationem breuiter oſtendit. Galeam enſemq; uocati accipiunt: q̃ſi non ſponte accepturi munus: quod erat dãnũ uerecundiæ. Ex eodẽ gñe ẽ illud. Totoq; loquentis ab ore Scintillæ abſiſtũt: oculis micat acribus ignis. Eſt & in deſcriptiõe langoris habitus: ut eſt tota deſcriptio peſtilentiæ apud Thucididem. Et Labitur iſœlix ſtudiorum atq; immemor herbæ Victor equus. Et Demiſſæ aures: incertus ibidẽ ſudor: et ille qdẽ moriturіs frigidus. Eſt inter pathe & pudor ut circa Deiphobũ pauitatẽ & dira tegẽtem ſupplicia. Et luctus habitu proditur: ut in Euryali mr̃e: Excuſſi manibus radii: reuolutaq; penſa Euolat infœlix. Et Latinus qa miratur: defixa obtutu tenet ora. Et Venus quia rogatura ẽ: Triſtior & lachrymis oculos ſuffuſa nitentes. Et Sibylla quia inſanit: Subito non uultus nõ color unus: Non comptæ manſere comæ.

Oratio pathetica. Cap.

n Vnc uideamus pathos quo tenore orationis exprimit. Ac primũ quæramus quid de tali oratione rhetorica arte præcipit. Oportet enĩ ut oratio pathetica aut ad indignationẽ aut ad miſericordiã dirigat: quæ a græcis οἶκτρος καὶ δείνωσις appellatur. Horũ alteꝵ accuſatori neceſſarium eſt: alterum reo. Et neceſſe eſt initium abruptum habeat: quoniam ſatis indignantibus leuiter incipere non conuenit. Ideo apud Virgilium Iuno ſic incipit: Quid me alta ſilentia cogis Rumpere? Et alibi: Me ne incepto deſiſtere uictam? Et alibi: Heu ſtirpem inuiſam & fatis contraria noſtris Fata phrygum. Et Dido: Moriemur inultæ? Sed moriamur ait. Et eadẽ: Proh iuppiter ibit: Hic ait. Et Priamus: At tibi pro ſcelere exclamat pro talibus auſis. Nec ĩitiũ ſolum tale eſſe debet: ſed omnis (ſi fieri põt) oratio pathetica & breuibus ſententiis & crebris figurarum mutationibus debet: uelut inter æſtus iracundiæ fluctuare. Vna ergo nobis uirgiliana oratio pro exemplo ſit. Heu ſtirpem ĩuiſã. Initium ab ecphoneſi. Deinde ſequuntur breues interrogatiunculæ. Num ſygæis occumbere campis: Num capti potuere capi? num incẽſa cremauit Troia uiros? Deinde ſeq̃tur hyperbole: Medias acies medioſq; per ignes Inuenere uiam. Deinde ironia : At credo mea numina tandẽ feſſa iacent: odiis haud exaturata quieui. Deinde auſus ſuos ĩefficaces queritur. Per undas auſa ſequi : & profugis toto me opponere ponto. Secũda poſt hæc hyperbole. Abſumptæ in teucros uires cœliq; mariſq;. Inde diſperſæ querelæ: Quid ſyrtes aut ſylla mihi? quid uaſta carybdis Profuit? Iungitur inde argumentum a minore: ut pathos augeatur. Mars perdere gentem Immanẽ lapithum ualuit. Minor ſcilicet pſona ideo illud ſequitur : Aſt ego magna iouis coniunx. Deinde cũ cauſas quoq; contuliſſet: q̃to impetu dea dixit: Inſœlix quæ memet in omnia uerti. Nec dixit nõ poſſum perdere Aeneã: ſed uincor ab Aenea. Deĩde confirmat ſe ad nocendũ: & quod proprium eſt iraſcentis: & ſi deſperet perfici poſſe: tamen impedire contenta eſt.

Flectere ſi nequeo ſuperos: acheronta mouebo.
Non dabitur regnis eſto prohibere latinis
Attrahere: atq; moras tantis licet addere rebus.

At licet amborum populos excindere regum.
Poſt hæc ĩ nouiſſĩo: quod irati libẽter faciũt: maledicit. Sãguine troiano
& rutulo dotabere uirgo. Et protinus argumentum a ſimili conueniẽs
ex præcedentibus: Nec face tantũ Cyſſeis prægnans ignes enixa iugales.
Vides q̃ ſæpe orationem mutauerit? ac frequentibus figuris uariauerit?
quia ira quæ breuis furor eſt: non poteſt unum continuare ſenſum in
loquendo. Nec deſunt apud eundem orõnes miſericordiã cõmouẽtes.
Turnus ad Iuturnam: An miſeri fratris letum ut crudele uideres? Et
idem cum auget inuidiam occiſorum pro ſe amicorũ. Vidi oculos ante
ipſe meos me uoce uocantem Muranum. Et idem cum miſerabilem
fortunam ſuam faceret: ne uicto ſibi parceretur: Viciſti: & uictũ tẽdere
palmas Auſonii uidere. Idẽ: Quos mĩme uellẽ. Et aliorꝝ preces orãtiũ
uitã: Per te per q te talem genuere parentes: et ſimilia.

DE Habitu pathos. Cap.

n Vnc dicamus de habitu pathos: quod ẽ uel ĩ ætate uel ĩ debilitate
& cæteris quæ ſequunt᷑. Eleganter hoc ſeruauit: ut ex omni ætate
pathos miſericordiã moueret. Ab infantia: Infantũq; animæ flentes in
limĩe primo. A pueritia: Infœlix puer atq; impar congreſſus achilli. Et
Paruumq; patri tendebat iulum. Vt non minus miſerabile ſit piculũ
in paruo q̃ in filio. Et Supereſt coniunx ne creuſa? aſcaniuſq; puer? Et
alibi parui caſus iuli. A iuuẽta uero:
Impoſitiq; rogis iuuenes ante ora parentum:
Pubẽteſq; genæ iuuẽili ĩ corpore pallor. A ſenecta: Dauni miſerere ſene/
ctæ. Et Ducit᷑ ĩfœlix æuo cõfectus aletes. Et Caniciẽ multo deformat pul/
uere. Mouit & a fortũa mõ miſericordiã mõ ĩdignationẽ. Miſericordiã:
Tot quondã populis terriſq; ſuperbũ Regnatorem aſiæ. Et Sinon: Et
nos aliquod nomenq; decuſq; Geſſimus. Et Auſoniiſque olĩ ditiſſimus
aruis. Indignationem uero ex uerbis Didonis: Et noſtris illuſerit ad/
uena regnis. Eleganter enim ex contemptu Aeneæ auget iniuriam ſuã.
Et Amata: Exulibus ne datur ducenda lauinia teucris? Et Numanus:
Bis capti phryges. Mouit pathos miſericordiã et ex debilitate. Ex quo
me diuum pater atq; hominum rex Fulminis afflauit uentis: & cõtigit
igne. Et alibi: Et truncas ĩhoneſto uulnere nares. Et de Mezentio: At/
tollit ĩ ægrum ſe fœmur. Et Huc caput atque illuc humero ex utroque
pependit. Et te deciſa ſuum laride dextera quærit. Et Acerque cruento
Puluere: pq; pedes traiectus lora tumentes. Mouit pathos miſericordiã
frequenter & a loco: Cum uitam in ſiluis inter deſerta ferarum Luſtra
domoſq; traho: & libyæ deſerta pagro. Et At nos hĩc alii ſitiẽtes ibimus
afros. Pars ſcythiam & rapidũ cretæ ueniemus oaxem. Et illud egregie
& breuiter: Ter circum iliacos raptauerit hectora muros. Iliacos id eſt

patriæ muros quos ipſe defẽderat: pro quibus efficaciter per decẽ ãnorꝝ
ſpatia pugnauerat. Et illud: Nos patriã fugimus. Et Littora cũ patriæ
lachrymans portuſq; relinquo. Et Dulces moriens reminiſcitur argos.
Et Ignarum laurens habet ora minanta Lyrneſi domus alta ſolo lau/
rente ſepulcrum. Et ut Agamemnonem indigne oſtenderet occiſum:
aſſumpſit locũ: Prima inter limina dextra oppetiit. Et illud Mœnibus
in patriis atq; inter tuta domorum. Sacer uero locus præcipue pathos
mouet. Occiſum inducit Orphea: & miſerabiliorem interitum eius a
loco facit: Inter ſacra deũ nocturniq; orgia bacchi. Et in euerſione troiæ
Perq; domos & religioſa deorum limina. Caſſandræ quoque raptum
uel diminutionem q̃ miſerabilem facit ſacer locus: Ecce trahebat᷑ a tẽplo
adytiſq; mineruæ. Et alibi: Diue armipotentis ad aram procubuit. Et
Andromache cum de Pyrrhi nece diceret: ut inuidiam occidentis expri/
meret: Excipit incautum patriaſque obtruncat ad aras. Et Venus ꝙ
Aeneas in mari uexat᷑ ira Iunonis q̃ĩuidioſe queritur de loco Neptuno:
In regnis hoc auſa tuis. Fecit ſibi pathos ſæpe ex tpr̃e: Prius q̃ Pabula
guſtaſſent troiæ xanthumq; bibiſſent. Et Orpheus miſerabilis ex longo
dolore: Septem illũ toto perhibent ex ordĩe menſes. Et Palinurus: Vix
lumine quarto proſpexi italiam. Et Achimenides: Tertia iam lunæ ſe
cornua lumine complẽt. Et Septima poſt troiæ excidium iam uertitur
æſtas. Frequens apud illum pathos a cauſa: re uera enim cauſa ut res
aut atrox aut miſerabilis uideatur: ut Cicero in Verrẽ: Qui ob ſepulturã
in carcere necatorum a parentibus rogabatur. Hoc enim nõ tam rogari
aut pecuniam exigere: q̃ ob hanc cauſã indignũ erat. Et Demoſthenes
cum queritur quẽdam inuidia circunuentum: ex cauſa auget inuidiã.
Circunuenit inquit arbitrum: qui inter me atq; ſe integre iudicauerat.
Ergo & Virgilius egregie ſæpe ex hoc loco traxit affectum. Occiditur
inquit in acie Galeſus. Hoc per ſe nõ eſt dignũ miſericordia belli tpr̃e:
ſed admouit cauſam: dũ paci medium ſe offert. Idem alio loco: Ster/
nitur infœlix. Deinde ſubiicit cauſam miſerabilem alieno uulnere: id ẽ
cum ad alium telum eſſet emiſſum. Et cum Palamedem ĩdigne occiſũ
uellet: Quem falſa ſub proditione pelaſgi Inſontem infando indicio
quia bella uetabat: Demiſere neci. Et Aeneas ut oſtẽderet magnitudinẽ
timoris ſui: bene cauſam poſuit. Et Pariter comitiq; oneriq; timẽtem.
Quid Iapix ut cõtẽptis cæteris artificiis inglorius (quẽadmodũ poeta
ait) uiueret qualis cauſa proponit᷑. Ille ut depoſiti proferret fata parẽtis.
Ex eodem genere eſt: Fallit te incautum pietas tua. Hæc enim cauſa
illum hoſtibus etiam ſic miſerabilem fecit. Sed Aeneas cum hortatur:
ut ſepeliantur occiſi: quam cauſã proponit. Qui ſanguine nobis Hãc
patriam pepere ſuo. Nec non & indignatio demonſtrat᷑ a cauſa: ut illic

Multa gemẽs ignominiã plagaſque ſuperbi Victoris: Tum quos miſit inultus amores. Et illud a cauſa ex affectu indignãtis: An ſolos tangit atridas Iſte dolor? ſoliſq; licet cape arma mycenis? Et illud: At tu dictis albane maneres. Et illa omnia: Vẽdidit hic auro p̃riã. Quiq; ob adulteriũ cæſi: Nec p̃tẽ poſuere ſuis. Ad pathos mouendum nec duos illos prætermiſit locos: quos rhetores appellant a modo & a materia. Modus eſt cum dico: occidit manifeſte uel occulte. Materia eſt: cum dico: ferro an ueneno. Demoſthenes de modo inuidiam Midiæ facit ſe pulſatum cothurno. Cicero Verri: cum nudũ quẽdam dicit ab eo ſtatuæ ĩpoſitũ. Virgilius non minus euidenter Altaria ad ipſa trementem Traxit & in multo lapſantem ſanguine nati. Et Capulo tenus abdidit enſem. Et illa omnia a modo ſũt. Roſtroq; inmamis uultur adunco Immortale iecur tõdẽs: & reliqua. Et Quos ſuper atra ſilex iamiam lapſura cadẽti Imminet aſſimilis. Sed & miſericordiam a modo ſæpe commouet: ut de Orpheo Latos iuuenẽ ſparſere p̃ agros. Et illud Obruit auſter aqua inuoluens nauemq; uiroſque. Et Saxũ ingens uoluũt alii. Et Mortua quin etiam iungebat corpora uiuis. Et in georgicis: Nec uia mortis erat ſimplex: & cætera de inſcriptione morbi. Sed & materia apud rhetores pathos mouet: ut dum queritur Cicero flammam ex lignis uiridibus factam: atq; ibi ĩcluſum fumo necatum. Hoc enim a materia ẽ: quoniã hic uſus eſt fumo materia ad occidẽdum: ut alius gladio: alius ueneno. Et ideo acerrimum pathos ex hoc motum ẽ. Idem facit: & cum flagellis cæſum queritur ciuem romanum. Inuenies idem apud Virgilium. At pater omnipotens denſa inter nubila telum Contorſit non ille faces & fumea thædis: & reliqua. Eleganter autem illius q̃dẽ materiã eluſit. Ex huius autẽ uera & uehementi materia expreſſit iracundiam. Et ſigula q̃dẽ enumerabimus: ex q̃bus apud rhetores pathos naſcit̃: q̃bus oſtendimus uſum Maronem. Sed nonnunq̃ Virgilius in una re ad augendũ pathos duobus aut pluribus locis coniũctis utitur: ut ĩ Turno ab ætate: Miſerere parentis Lõgæui. A loco: Quem nũc mœſtũ patria ardea lõge diuidit. Et circa Caſſãdrã ex modo: Ecce trahebatur. Ex habitu corporis Paſſis priameia uirgo crinibus. Ex loco: A tẽplo adytiſq; mineruæ. Et circa Agamemnonem a patria: Ipſe mycenæus. A fortuna: Magnorum ductor achiuũ. A neceſſitudine Cõiugis. A loco Prima ĩter limina ſubſedit adulter. Tacite quoq; & quaſi per diffinitionem pathos mouere ſolet: cum quæ res miſerationem mouet: non dilucide dicitur: ſed datur intelligi: ut cum Mezentius dicit: Nũc alte uulnus adactum. Quid.n. aliud ex hoc intelligendum eſt: q̃ hoc altũ uulnus eſſe amittere filium. Et rurſus idem: Hæc uia ſola fuit qua perdere poſſes. Sed hic ſcilicet accipiendum eſt perire eſſe amittere filiũ. Et Iuturna cum queritur: q̃



adiuuare fratrẽ prohibeatur: Immortalis ego. Quid enim ſequitur nõ eſt immortalitas in luctu uiuere. Hæc ut dixi uim diffinitionis habent: & a poeta elegãter introducta ſũt. Sũt & ĩ arte rhetorica ad pathos mouendum etiam hi loci qui dicuntur circa rem: & mouendis affectibus popportuni ſunt: ex quibus primus eſt a ſimili. Huius ſpecies ſũt tres: exemplum: parabola: imago. Græce παράδειγμα: παραβολή: εἰκών.
Ab exemplo Virgilius.
Si potuit manes accerſere cõiugis orpheus
Threicia fretus cithara fidibuſq; canoris.
Si fratrem pollux alterna morte redemit.
Quid theſea? magnum Quid memorem alcidem?
Antenor potuit mediis elapſus achiuis. Hæc enim omnia miſericordiã mouent: quoniam ĩdignũ uidetur negari ſibi quod aliis indultum eſt. Deinde uide unde auget inuidiam: Si potuit manes accerſere coniugis orpheus. Habes cauſam diſparem manes illic coniugis: hic patris. illic accerſere: hic uidere threicia fretus cithara. Hic miſericordiã eius irriſit: Si fratrem pollux alterna morte redemit. Itq; reditq; uiã totiens. Hoc iam a modo. Plus eſt enim ſæpe ire: q̃ ſemel. Quid theſea? magnum quid memorem alcidem? Hic propter egregias perſonas non habuit q̃d minueret: uel quid augeret. Verũ quod illis elucebat: hoc ſibi iactat cũ iis eſſe commune. Et mi genus ab ioue ſummo. Simile eſt et illud ab ĩdignatione. Quid enim ait Iuno? Pallas ne exurere claſſem Argiuum? Iam hoc plus eſt claſſem uictricem: q̃ reliquias fugientiũ. Deinde cãm minuit. Vnius ob noxam & furias aiacis oilei. Quam minuit ut noxã diceret: quod leuis culpæ nomẽ ẽ. Et unius quod facile poſſit ignoſci: & furentis: ut nec culpa ſit. Et alibi: Mars perdere gẽtem Immanẽ lapithũ ualuit? Vides eaſdem obſeruatiões: gentem & immanem. Deĩde aliud exemplum: Conceſſit in iras Ipſe deũ antiquã genitor calidona dianæ: Antiquam ut plus honoris accederet ex uetuſtate. Deinde ĩ utroq; cãm minuit. Quod ſcelus aut lapithis tãtũ aut calidone mœrente?

p Arabola uero: quoniã magis hoc poetæ conuenit: ſæpiſſĩe pathos mouit. Cum aut miſerabilem aut iracundum uellet inducere.
Miſerabilem ſic.
Qualis populea mœrens philomena ſub umbra:
Qualem uirgineo demeſſum pollice florem. Et aliæ plurimæ patheticæ parabolæ: in quibus miſeratus eſt. Quid de ira: Ac ueluti pleno lupus iſidiatus ouili Dũ fremit ad caulas. Et Mugitus ueluti fugit cũ ſãtius aram Taurus. Et alia plura ſimilia q̃ quærit inueniet.

e T imago quæ ẽ a ſimili pars tertia: idonea ẽ mouẽdis affectibus. Ea fit cum aut forma corporis abſentis deſcribitur: aut omnino

quæ nulla eſt fingitur. Vtrunq; Virgilius eleganter fecit. Illud [illegible] circa Aſcanium:

O mihi ſola mei ſuper aſtyanactis imago.

Sic oculos ſic ille mãus ſic ora ferebat. Figit uero cũ dicit:quã fama ſecuta ẽ: Candida ſuccinctã latrantibus ĩguina monſtris. Sed prior fama ὄικτρον hæc δεινοσιν: id eſt prior miſericordiam commouet: horrorẽ ſecunda. Sicut alibi: Et ſciſſa gaudens uadit diſcordia palla: Quã cũ ſanguineo ſequitur bellona flagello. Et omnia illa quæ de forma dixit. Sed illud nimium pathetice. Furor ĩpius intus ſæua ſedens ſup arma: & centum uinctus aenis Poſt tergũ nodis:fremet horridus ore cruento.

d Iximus a ſimili:nunc dicamus a minore pathos a poeta poſitum. Nempe cum aliquid proponitur: quod per ſe magnũ ſit:deinde minus oſtenditur q̃ illud quod uolumus augeri:ſine dubio infinita miſeratio mouetur. Vt eſt illud: O fœlix una ante alias priameia uirgo Hoſtilem ad tumulum troiæ ſub mœnibus altis Iuſſa mori. Primum ꝙ ait:fœlix comparationem ſui fecit: deinde poſuit a loco:hoſtilem & ad tumulum. Et a modo quod non minus acerbũ eſt: Iuſſa mori. Sic ergo hæc accipienda ſunt:q̃uis hoſtilem ad tumulum: q̃uis iuſſa mori: fœlicior tamẽ q̃ ego: quia ſortitus non pertulit ullos. Simile ẽ & illud: O terq; quaterq; beati. Et quod de paſiphe dicit: Prœtides implerunt falſis mugitibus agros. Deinde ut minus hoc eſſe monſtraret: At non tam turpes pecudũ tamen ulla ſecuta eſt Cõcubitus. Quid illud nõ ne uehementer patheticum eſt a minore? Nec uates helenus: cum multa horrenda moneret: Hos mihi prædixit luctus: non dira celæno. Quid hic intelligimus: niſi omnia quæ paſſus erat:minora illis uiſa q̃ patris mortem.

a Maiore negauerunt quidam rem augeri poſſe. Sed eleganter hoc circa Didonem Virgilius induxit. Non aliter q̃ ſi immiſſis ruat hoſtibus omnis Carthago:aut antiqua tyrus. Dixit enim nõ minorem luctũ fuiſſe ex unius morte:q̃ ſi tota urbs:quod ſine dubio eſſet maius ruiſſet. Et Homerus idem fecit. Eſt apud oratores et ille locus idoneus ad pathos mouendum:qui dicitur:præter ſpẽ. Hũc Virgilius frequẽter exercuit: Nos tua progenies cæli quibus annuis arcẽ:& cætera. Et Dido Hunc ego ſi potui tantum ſperare laborem.

Et perferre ſoror potero æneas euandro. Et nũc ille quidem ſpe multũ captus ĩani Fors et & uota facit. Et illud:Aduena nr̃i:Quod nũq̃ ueriti ſumus: ut poſſeſſor agelli Diceret hæc mea ſunt: ueteres migrate coloni. Inuẽio tamẽ poſſe aliquẽ ex eo:quod iã ſpauerit:mouere pathos: ut Euander:Haud ignarus erã quantum noua gloria in armis Et prædulce decus.

o Ratores ὁμοιοπάθειαν uocant: quotiens de ſilitudine paſſionis pathos naſcitur: ut apud Virgilium: Fuit & tibi talis Anchiſes genitor. Et patriæ ſtrinxit pietatis imago. Et Dido: Me quoq; p multos ſimilis fortuna labores. Eſt & ille locus ad permouẽdum pathos ĩ quo ſermo dirigitur uel ad inanimalia uel ad muta: quo loco oratores frequenter utuntur. Vtrunq; Virgilius bene pathetice tractauit:uel cũ ait Dido: Dulces exuuiæ dũ fata deuſque ſinebant: uel cum Turnus: Tuq; optima ferrum terra tene. Et idem alibi: Nunc o nunq̃ fruſtrata uocatus haſta meos. Et Rhebe diu res ſiq̃ diu mortalibus ulla ẽ:uixĩus. Facit apud oratores pathos etiam addubitatio: quam græci ἀπόρησιν uocant. Eſt enim uel dolentis uel iraſcentis dubitare quid agas. En qd ago. Rurſus ne procos irriſa priores experiar? Et illud de Orpheo: Quid faceret? quo ſe rapta coniuge ferret? Et de Niſo: Quid faciat? qua ui iuuenem quibus audeat armis eripere? Et Anna permouetur: Quid primum deſerta querar? comitem ne ſororem? Et atteſtatio rei uiſæ apud rhetores pathos mouet. Hoc Virgilius ſic exequitur.

Ipſe caput niuei fultum pallantis & ora

Vt uidit leuiq; patẽs ĩ pectore uulnus. Et illud: Impleuitq; ſinũ ſãguis.

Et Morienſq; ſuo ſe in ſanguine uerſat.

Et Crudelis nati monſtrantẽ uulnera cernit.

Et Ora uirum triſti pendebant pallida tabo.

Et Voluitur eurialus leto: pulchroſq; per artus It cruor.

Et Vidi egomet duo de numero cum corpora noſtro.

f Acit hyperbole: id eſt nimietas pathos: per quam exprimitur uel ira uel miſericordia. Ira ut cũ forte dicimus milies ille perire debuerat: quod eſt apud Virgilium. Omnes per mortes animam ſontem ipſe dediſſem. Miſeratio cum dicit: Daphni tuũ pœnos etiã ĩgemuiſſe leones Interitum. Naſcitur præter hæc de nimietate uel amatorium uel alterius generis pathos. Si mihi non hæc lux toto iam longior anno ẽ. Et illud ſeorſum: Maria ante exurere turno: q̃ ſacra dabitur pinus. Et Non ſi tellurem effũdat in undas.

e Xclamatio quæ apud græcos ἐκφώνησις dicitur: mouet pathos. Hæc fit interdum ex perſona poetæ: nonnunq̃ ex ipſius quem inducit loquentem. Ex poetæ quidem perſona eſt.

Mantua ue miſeræ nimium uicina cremonæ.

Infœlix ut cunq; ferent ea facta nepotes. Crimen amor ueſtrum:& alia ſimilia. Ex perſona uero alterius: Dii capiti ipſius generiq; reſeruẽt. Et Dii talia graiis Inſtaurate: pio ſi pœnas ore repoſco. Et Dii talẽ terris auertite peſtẽ. Cõtraria huic figuræ ἀποσιώπησις quod ẽ taciturnitas. Nam ut illic aliq̃ exclamãdo dicimus: ita hic aliq̃ tacẽdo ſubducimus.

Quæ tamen intelligere poſſit auditor. Hoc autem præcipue iraſcẽtibus cõuenit: ut Neptunus: Quos ego: ſed motos præſtat compõere fluctus. Et Mneſteus: Nec uincere certo:

Quãq̃ o ſed ſuperent: qbus hoc neptune dediſti. Et Turnus:

Quãq̃ o ſi ſolitæ quicq̃ uirtutis adeſſet. Et in bucolicis:

Nouimus qui te tranſuerſa tuentibus hircis:

Et quo: ſed faciles nymphæ irriſere: ſacello. Sed & miſeratio ex hac figura mota eſt a Sinone: Donec calchante miniſtro. Sed quid ego hæc autẽ nequicq̃ ĩgrata reuoluo. Naſcitur pathos et de repetitione: quam græci ἐπαναφορὰν uocant: cum ſententiæ ab iiſdem nominibus incipiunt. Hinc Virgilius: Eurydicẽ uox ipſa & frigida lingua.

Ah miſeram eurydicẽ anima fugiente uocabat:

Eurydicẽ toto referebant flumine ripæ. Et illud:

Te dulcis coniunx: te ſolo in littore ſecum:

Te ueniente die: te decedente canebat. Et illud:

Te nemus angitiæ: uitrea te fucimus unda:

Te liquidi fleuere lacus. ἐπιτίμησις: quæ eſt obiurgatio: habet & ipſa pathos: id eſt cum obiecta iiſdẽ uerbis refutamus: Aeneas ignarus abeſt? ignarus & abſit.



# MACROBII AVRELII THEODOSII VIRI CONSVLARIS ET ILLVSTRIS SATVRNALIORVM LIBER.

OST HAEC CVM PAVLISPER EVſebius quieuiſſet: omnes inter ſe conſono murmure Virgilium non minus oratorem q̃ poetam habendum pronũtiabant: in quo & tanta ornandi diſciplina: & tam diligens obſeruatio rhetoricæ artis oſtenderetur. Et Auienus dicas mihi inquit uolo doctoꝝ optime: ſi cõcedimus (ſicut neceſſe eſt) oratorem fuiſſe Virgiliũ: ſiqs nũc uelit orandi artẽ conſequi: utrum magis ex Virgilio: an ex Cicerone proficiat. Video quid agas inquit Euſebius: quid intendas: quo me trahere coneris: eo ſcilicet quo minime uolo ad comparationẽ Maronis et Tullii. Verecunde enim interrogaſti uter eorum præſtantior: quãdo quidem neceſſario is plurimũ collaturus ſit: qui ipſe plurimũ præſtat. Sed iſtam mihi neceſſitatem altam & profundam remittas uolo: quia non noſtrum inter illos tantas componere lites: nec auſim in utrãuis partem talis ſententiæ auctor uideri. Hoc ſolum audebo dixiſſe: quia facundia mantuani multiplex & multiformis eſt: & dicẽdi genus omne complectitur. Ecce enim in Cicerone ueſtro unus eloquentiæ tenor eſt: ille abundans & torrens & copioſus. Oratorum autẽ non ſimplex nec una natura ẽ: ſed hic fluit & redundat: contra ille breuiter & circunciſe dicere affectat. Tenuis quidam & ſiccus & ſobrius amat quãdã dicendi frugalitatem: alius pingui & luculenta et florida oratione laſciuit. In q̃ tanti omnium diſſimulatione unus omnino inuenitur Virgilius: qui eloquẽtiã ex omni genere conflauerit.

## Quot genera dicendi. Cap.

r Eſpondit Auienus: Apertius uellem' me has diuerſitates ſub perſonarum exemplis doceres. Quattuor ſunt inquit Euſebius gñа dicendi. Copioſum in quo Cicero dominatur. Breue in quo Saluſtius regnat. Siccum quod Frõtoni aſcribit᷑. Pingue & floridũ ĩ quo Plinius ſecundus quondam: & nunc nullo ueterum minor noſter Symmachus luxuriatur. Sed apud unum Maronem hæc quattuor genera reperies. Vis audire illum tanta breuitate dicentem: ut artari magis & contrahi breuitas ipſa non poſſit? Et campos ubi troia fuit. Ecce pauciſſimis uerbis maximam ciuitatẽ hauſit & abſorpſit: non reliquit ille nec ruinã. Vis hoc ipſum copioſiſſime dicat? Venit ſumma dies et ineluctabile tempus Dardaniæ: fuimus troes: fuit ilium et ingens Gloria teucrorum ferus omnia iuppiter argos Tranſtulit. incenſa danai dominãt᷑ ĩ urbe.

O patria:o diuum domus ilium: et inclyta bello Mœnia dardanidum. Quis clades illius noctis:quis funera fando Explicet? aut poſſit lachrymis æquare labores. Vrbs ātiqua ruit multos dominata p̄ ānos. Quis fons:quis torrens:quod mare tot fluctibus:quot hic uerbis inundauit? Cedo nunc ſiccum illud genus elocutiōis: Turnus ut anteuolās tardū præceſſerat agmen: Viginti lectis eqtum comitatus:et urbi Improuiſus adeſt:maculis quem thracius albis Portat equus: criſtaque tegit galea aurea rubra. Hoc idem quo cultu:q̄ florida oratione cū libuerit ꝓfert? Forte ſacer cibele choreus olimq; ſacerdos Inſignis longe phrygiis fulgebat in armis: Spumantemque agitabat equum: quem pellis ahenis In plumam ſquamis auro conſerta tegebat. Ipſe peregrina ferrugine clarus et oſtro Spicula torquebat Lycio gortinia cornu:Pictus acu tūicas et barbara tegmina crurum. Sed hæc quidem inter ſe ſeperata ſunt. Vis autem uidere quemadmodum hæc quattuor genera dicendi Virgilius ipſe permiſceat? et faciat unum quoddam ex omni diuerſitate pulcherrimum temperamentum? Sæpe etiam ſteriles incendere profuit agros: Atq; leuem ſtipulam crepitantibus urere flammis. Siue inde occultas uires et pabula terræ Pinguia concipiūt: ſiue illis omne per ignem Excoquitur uitium:atq; exudat inutilis humor: Seu plures calor ille uias et cæca relaxat Spiramenta: nouas ueniat qua ſuccus in herbas: Seu durat magis et uenas aſtringit hiantes: Ne tenues pluuiæ rapidiue potētia ſolis Acrior:aut boreæ penetrabile frigus adurat. Ecce dicendi genus:quod nuſq̄ alibi deprehendes:in quo nec præceps breuitas:nec infinita copia:nec ieiuna ſiccitas:nec læticia pinguis.

Stili dicendi. Cap.

ſ Vnt præterea ſtili dicendi duo diſpari moralitate diuerſi. Vnus ē maturus et grauis:qualis Craſſo aſſignatur. Hoc Virgilius utit̃: cum Latinus præcipit Turno:O præſtans animi iuuenis q̄tū ipſe feroci Virtute exuperas: tanto me impenſius æquū eſt Conſulere: & reliqua. Alter huic contrarius ardens et erectus & infenſus:quali eſt uſus Antonius. Nec hunc apud Virgilium fruſtra deſideraueris. Haud talia dudum Dicta dabas: morere et fratrem ne deſere frater. Vides ne eloquentiam omnium uarietate diſtinctam: quam quidem mihi uidetur Virgilius non ſine quodam præſagio: quo ſe omniū profectibus præparabat:de induſtria permiſcuiſſe. Idq; non mortali ſed diuino īgenio præuidiſſe:atq; adeo non alium ducem ſecutus: q̄ ipſam rerum ōium matrem naturam. Hanc prætexuit uelut in muſica cōcordia diſſonoꝝ. Quippe ſi mundum ipſum diligenter inſpicias: magnam ſimilitudinē diuini illius et huius poetici operis inuenies. Nam qualiter eloquentia Maronis ad omnium mores integra eſt:nunc breuis: nunc copioſa:nūc ſicca: nūc florida:nunc ſimul omnia: interdū lenis aut torrens:ſic terra ipſa hic læta ſegetibus et pratis:ibi ſiluis et rupibus hiſpida: hic ſicca arenis: hic irrigua fontibus: pars uaſto aperitur mari. Ignoſcite:nec nimium me uocetis:qui naturæ rerum Virgiliū comparaui. Intra ipſū enim mihi uiſum eſt: ſi dicerem decem rhetorum: qui apud athenas atticas floruerunt: ſtilos inter ſe diuerſos hunc unum permiſcuiſſe.

Tunc Euangelus irridenti ſimilis: Bene inquit opifici deo a rure mantuano poetam comparas: quem græcos rhetores quorum feciſti mentionem:nec omnino legiſſe aſſeueraueri. Vnde enī ueneto ruſticis parētibus nato īter ſiluas & frutices educato uel leuis græcarum noticia litterarum? Et Euſtachius: Caue inquit Euangele græcorum quēquā de ſummis auctoribus tantam græcæ doctrinæ hauſiſſe copiam credas: quantam ſolertia Maronis uel aſſecuta eſt uel ī ſuo opere digeſſit. Nā præter philoſophiæ & aſtronomiæ amplam illam copiam: de q̄ ſupra diſſeruimus:non parua ſunt alia quæ traxit a græcis:& carmini ſuo tāq̄ illic nata cōſeruit. Et Prætextatus oratus ſis īqt Euſtachi:ut hæc quoq; cōmunia nobiſcū uelis quātū mēoria repēte īcitata ſuffecerit. Omnes Prætextatum ſecuti ad diſſerendum Euſtachium prouocauerunt. Ille ſic incipit. Quæ Virgilius traxit a græcis dicturum ne me putes ea quæ uulgo nota ſūt:ꝙ Theocritū ſibi fecerit paſtoralis operis auctorē:ruralis Heſiodum: et ꝙ in ipſis georgicis tempeſtatis ſerenitatiſque ſigna de Arati phænomenis traxerit? Vel ꝙ euerſionem troiæ cū Sinone ſuo & equo ligneo cæteriſq; omnibus quæ librum ſecūdum faciunt:a Piſādro pene ad uerbum tranſcripſerit:qui īter græcos poetas eminet ope quod a nuptiis Iouis & Iunonis incipiēs uniuerſas hiſtorias quæ mediis oībus ſæculis uſq; ad ætatem ipſius Piſandri contigerunt:in unā ſeriē coactas redegerit: et unum ex diuerſis hiatibus temporum corpus effecerit. In quo opere inter hiſtorias cæteras interitus quoq; troiæ ī hunc modum relatus eſt. Quæ fideliter Maro interpretando fabricatus eſt ſibi iliacæ urbis ruinam. Sed & hæc & talia ut pueris decantata prætereo. Iā uero æneis ipſa ab Homero ſibi mutuata eſt. Errorem primum ex odyſſea: deinde ex iliade pugnas: quia operis ordinem neceſſario rerum ordo mutauit. Cum apud Homerum prius iliacū bellum geſtum ſit: deīde reuertenti de troia error contigerit Vlyxi. Apud Maronem uero Aeneæ nauigatio bella quæ poſtea ī italia ſunt geſta: præceſſerit. Rurſus Homerus cum uellet iniquum græcis Apollinem facere:cauſam ſtruxit de ſacerdotis iniuria. Hic ut troianis Iunonē faceret infeſtam: cauſarum ſibi congeriem comparauit. Nec illud cum cura magna relaturus ſū: licet ut extimo non omnibus obſeruatum:ꝙ cū primo uerſu ꝓmiſiſſet producturum ſeſe de troiæ littoribus Aeneam: Troiæ q primus ab oris

Italiam fato profugus lauinaque uenit Littora. Vbi ad ianuam narrādi
uenit: Aneæ claſſem nō de troia ſed de ſicilia producit. Vix e conſpectu
ſiculæ telluris in altū Vela dabant læti: ꝙ totum homericis filis texuit.
Ipſe enim uitans in poemate hiſtoricorum ſimilitudinem: quibus lex ē
incipere ab initio rerum: & continuam narrationem ad finem uſq; pdu/
cere: ipſe poetica diſciplina a rerum medio cœpit: & ad initium poſt
reuerſus ē. Ergo Vlyxis errorē non incipit a troiano littore deſcribere:
ſed facit eum primo nauigantem de īſula calipſonis: & ex perſona ſua
perducit ad phæacas. Illic in conuiuio Alcinoi regis narrat ipſe quem/
admodū de troia ad calipſonem uſq; peruenerit. Poſt phæacas rurſus
Vlyxis nauigationē uſq; ad ithacam ex perſona ꝓpria poeta deſcribit.
Quem ſecutus Maro Aeneam de ſicilia producit: cuius nauigationem
deſcribendo perducit ad libyam. Illic in conuiuio Didonis narrat ipſe
Aeneas uſque ad ſiciliam de troia nauigationem ſuam: et addidit uno
uerſu: quod iam copioſe poeta deſcripſerat: Hinc me digreſſum ueſtris
deus appulit oris. Poſt africā quoque rurſus poeta ex perſona ſua iter
claſſis uſque ad ipſam deſcribit italiam. Interea medium æneas iam
claſſe tenebat Certus iter. Quid ꝙ & omne opus uirgilianum uelut
de quodam homerici operis ſpeculo formatum eſt? Nam & tempeſtas
mira imitatione deſcripta eſt. Verſus utriuſque qui uolet conferat:
ut Venus in nauſicæ locum Alcinoi filiæ ſucceſſit. Ipſa autem Dido
refert ſpeciem regis Alcinoi conuiuium celebrantis. Scylla quoque &
charibdis & circe decenter attingitur: & pro ſolis armentis ſtrophades
inſulæ finguntur. At p o conſultatione inferorum deſcenſus ad eos cū
comitatu ſacerdotis inducitur. Ibi Palinurus Elpenori. Sed & in feſto
Aiaci infeſta Dido: et Tyreſiæ conſilus Anchiſæ monita reſpondent. Iā
prælia iliadis et uulnerum non ſine diſciplinæ perfectione deſcriptio: et
enumeratio auxiliorū duplex: et fabricatio armoꝝ: et ludicri certaminis
uarietas: ictumq; inter reges et ruptum fœdus: et ſpeculatio nocturna
et legatio reportās a Diomede repulſā Achillis exemplo: et ſup Pallāte
ut Patroclo lamētatio: et altercatio ut Achillis et Agamēnōis: ita Drācis
et Turni. Vtrobiq; enī alter ſuum alter publicum cōmodū cogitabat.
Pugna ſingularis Aeneæ atq; Turni: ut Achillis et Hectoris: et captiui
īferiis deſtinati: ut illic Patrocli: hic Pallātis: Sulmōe creatos Quattuor
hic iuuenes: totidem quos educat uſens Viuentes rapit inferias: quos
immolet umbris. Quid ꝙ pro Licaone homerico: qui inter fugientes
deprehenſus non mirum ſi ad preces confugerat: nec tamē Achilles
propter occiſi Patrocli dolorem pepercit: ſimili conditione Magus ī
medio tumultu ſubornatus eſt. Inde mago procul infenſā contēderat
haſtam. Et cum ille genua āplectens uitā ſupplexq; petiſſet: reſpōdit:

Belli commercia turnus Suſtulit iſta prior iam tum pallante pempto.
Sed & inſultatio Achillis in ipſū Lycaonem iā peremptum ī Tarquitū
a Marone tranſfertur. Ille ait:
ἐνταυθοῖ νῦν κεῖσο μετ' ἰχθύσιν οἵ σ' ὠτειλῆς
αἷμ' ἀπολιχμήσονται ἀκηδέες οὐδέ σε μήτηρ
ἐνθεμένη λεχέεσι γοήσεται ἀλλὰ σκάμανδρος
οἴσει δεινήεις εἴσω ἁλὸς εὐρέα κόλπον: & cætera. At hic nr̄: Iſtic nūc
metuende iace: et reliq̄. Et ſi uultis me et ipſos proferre uerſus ad uerbū
pene tranſlatos: licet omnes præſens memoria non ſuggerat: tamen qui
ſe dederint obuios ānotabo.
νεύρην μὲν μαζῶ πέλασεν τόξω δὲ σίδηρον.
Totam rem quanto compendio lingua ditior explicauit. Veſter licet
periodo uſus idem tamen dixit.
Adduxit longe: donec curuata coirent
Inter ſe capita: & manibus iam tangeret æquis
Leua aciem ferri: dextra neruoq; papillam.
ἀλλ' ὅτε δὴ τὴν νῆσον ἐλείπομεν οὐδέ τις ἄλλη
φαίνετο γαιάων ἀλλ' οὐρανὸς ἠδὲ θάλαττα
δὴ τότε κυανέην νεφέλην ἔστησε κρονίων
νηὸς ὕπερ γλαφυρῆς ἤχλυσε δὲ πόντος ὑπ' αὐτῆς.
Nec iā āplius ulla Apparet tellus: cælum undiq; & undiq; pontus.

Curuata in molis faciem circūſtetit unda. Et de tartaro ille ait.
Τόσον ἔνερθ' ἀΐδεω ὅσον οὐρανος ἐστ' ἀπὸ γαίης.
Bis patet in præceps tantum: tenditq; ſub umbras
Quantus ad æthereum cæli ſuſpectus olympum.
αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο.
Poſtq exempta fames: & amor compreſſus edendi.
ὣς ἔφατ' εὐχόμενος τοῦ ἔκλυε μητίετα ζεύς
Τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατήρ. ἕτερον δ' ἀνένευσεν
νηῶν μὲν οἱ ἀπώσασθαι πόλεμόν τε μάχην τε
δῶκε. σόον δ' ἀνένευσε μάχης ἐξαπονέεσθαι.
Audiit & uoti phœbus ſuccedere partem
Mente dedit: partem uolucres diſperſit in auras.
καὶ παίδων παῖδες τοί κεν μετόπισθε γένονται.
Hic domus æneæ cunctis dominabitur oris:
Et nati natorum & qui naſcentur ab illis.
Et alibi ille ait:
καὶ τότ' ὀδυσῆος λύτο γούνατα καὶ φίλον ἦτορ
ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν.

Hic de duobus unum fabricatus eſt.
Extemplo æneæ ſoluuntur frigore membra.
ἄξον δὴ ἔγχος διομήδεος ἠδὲ καὶ αὐτὸν
πρηνέα δὸς πεσέειν σκαιῶν πρόπαροιθε πυλάων.
Armipotens præſens belli tritonia uirgo
Frange manu telum phrygii prædonis: & ipſum
Pronum ſterne ſolo: portisq; effunde ſub ipſis.
ἥτ᾽ ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται αὐτὰρ ἔπειτα
οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει.
Iugrediturq; ſolo & caput inter nubila condit.

Ille de ſomno ait.

Dulcis & alta quies placidæq; ſimillima morti.
ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον. τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους
φύσει: ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν
οὐδ᾽ ἀναθηλήσει: περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε
φύλλα τε καὶ φλοιόν. νῦν αὖτέ μιν υἷες ἀχαιῶν
ἐν παλάμῃς φορέουσι δικασπόλοι οἵτε θέμιστας
πρὸς διὸς εἰρύαται. ὁ δέ τοι μέγας ἔσσεται ὅρκος.
Vt ſceptrum hoc (dextra ſceptrum nam forte gerebat)
Nunq̃ fronde leui fundet uirgulta neq; umbram:
Cum ſemel in ſiluis imo de ſtirpe reciſum
Matre caret: poſuitq; comas & bracchia ferro:
Olim arbos nunc artificis manus ære decoro
Incluſit: patribuſq; dedit geſtare latinis.

ſ Ed iã ſi uidet̃ a collatiõe uerſuũ tranſlatorꝝ faceſſo: ut nec uniformis narratio pariat ex ſatietate faſtidiũ: & ſermo ad alia nõ minus præſẽti cauſæ apta uertat̃. Perge quæſo inq̃t Auienus oĩa quæ de Hõero ſubtraxit ĩueſtigare. Quid .n. ſuauius q̃ duos præcipuos uates audire idẽ loquentes? Quia cũ tria hæc ex æquo ĩpoſſibilia putentur: uel Ioui fulmẽ: uel Herculi clauã: uel uerſũ Homero ſubtrahere. Quod etſi fieri poſſet: aliũ tamen nullum deceret: uel fulmen præter Iouem iacere: uel certare præter Herculẽ robore: uel canere quod cecinit Homerus. Hic opportune in opus ſuum quæ prior uates dixerat tranſferendo fecit ut ſua eſſe credantur. Ergo pro uoto omnium feceris: ſi cum hoc cœtu communicata uelis quæcunq; ueſtro noſter poeta mutuatus eſt. Cedo igitur Euſtachius ait: uirgilianum uolumẽ: quia locos eius ſingulos inſpiciens homericorꝝ uerſuum promptius admonebor. Cũq; Symmachi iuſſu famulus de bibliotheca petitum librum detuliſſet: temere uoluit Euſtachius. Et dũ uerſus quos fors obtuliſſet ĩſpiceret: uidete ĩq̃t portũ ad ciuitatem Didonis ex ithaca migrantem.

Eſt in ſeceſſu longo locus: inſula portum
Efficit obiectu laterum: quibus omnis ab alto
Frangitur inq; ſinus ſcindit ſeſe unda reductos.
Hinc atq; hinc uaſtæ rupes: geminiq; minãtur
In cælum ſcopuli: quorum ſub uertice late
Aequora tuta ſilent: tum ſiluis ſcæna coruſcis
Deſuper: horrentiq; atrum nemus imminet umbra:
Frõte ſub aduerſa ſcopulis pendentibus antrum:
Intus aquæ dulces: uiuoq; ſedilia ſaxo:
Nympharum domus. hic feſſas nec uincula naues
Vlla tenent: unco nec alligat anchora morſu.
φόρκυνος δέ τίς ἐστι λιμὴν ἁλίοιο γέροντος
ἐν δήμῳ ἰθάκης δύο δὲ προβλῆτες ἐν αὐτῷ
ἀκταὶ ἀπορρῶγες λιμένος ποτιπεπτηυῖαι.
αἵ τ᾽ ἀνέμων σκεπόωσι δυσαήων μέγα κῦμα
ἔκτοσθ᾽ ἔντοσθεν δέ τ᾽ ἄνευ δεσμοῖο μένουσι
νῆες ἐΰσσελμοι ὅταν ὅρμου μέτρον ἵκωνται.
αὐτὰρ ἐπὶ κρατὸς λιμένος τανύφυλλος ἐλαίη
ἀγχόθι δ᾽ αὐτῆς ἄντρον ἐπήρατον ἠεροειδὲς
ἱρὸν νυμφάων αἳ νηϊάδες καλέονται.
ἐν δὲ κρητῆρές τε καὶ ἀμφιφορῆες ἔασι
λάϊνοι ἔνθα δ᾽ ἔπειτα τιθαιβώσσουσι μέλισσαι.

e T cum rogaſſet Auienus: ut nõ ĩparſim ſed ab initio per ordinem ãnotaret: ille manu retractis ĩ calcẽ foliis ſic exorſus eſt.

Aeole: nanq; tibi diuũ pater atq; hominum rex
Et mulcere dedit fluctus & tollere uento:
Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore nymphæ:
Quarum quæ forma pulcherrima deiopeam
Connubio iungam ſtabili: propriamq; dicabo.

Tempeſtas Aeneæ Aeolo cõcitante cum allocutiõe ducis res ſuas cõclamantis de Vlyxis tẽpeſtate & allocutione deſcripta eſt: ĩ qua Aeoli locũ Neptunus optinuit. Verſus quoniã utrobiq; multi ſũt: nõ ĩſerui. Qui uolet legere ex hoc uerſu habebit exordiũ.

Hæc ubi dicta: cauum conuerſa cuſpide montem
Et apud Homerũ de quinto odyſſeæ.
ὥς εἰπὼν σύναγε νεφέλας ἐτάραξε δὲ πόντον
χερσὶ τρίαιναν ἑλὼν πάσας δ᾽ ὀρόθυνεν ἀέλλας
παντοίων ἀνέμων.

Vt primum lux alma data eſt: exire locoſq;
Explorare nouos: quas uento acceſſerit oras:
Qui teneant (nam inculta uidet) homines ne feræue:
Quærere conſtituit: ſociiſq; exacta referre.
ἐζόμενος δ᾽ ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν
ὤμοι ἐγώ τέων αὖτε βροτῶν ἐς γαῖαν ἱκάνω.
ἤ ῥ᾽ οἵ γ᾽ ὑβρισταί τε καὶ ἄγριοι. οὐδὲ δίκαιοι
ἠὲ φιλόξεινοι καί σφιν νόος ἐστὶ θεουδής
ἀλλ᾽ ἄγ᾽ ἐγὼ αὐτὸς πειρήσομαι ἠδὲ ἴδωμαι.
Nulla tuarum audita mihi neq; uiſa ſororum:
O q̄ te memorem uirgo: nāq; haud tibi uultus
Mortalis nec uox hominē ſonat: o dea certe
An phœbi ſoror: an nympharum ſanguinis una.
γουνοῦμαί σε ἄνασσα θεός νύ τις ἢ βροτός ἐσσι
εἰ μέν τις θεός ἐσσι τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν
ἀρτέμιδί σε ἔγωγε διὸς κούρῃ μεγάλοιο
εἶδός τε μέγεθός τε φυήν τ᾽ ἄγχιστα ἐΐσκω.
O dea ſi prima repetens ab origine pergam:
Et uacet annales noſtrorum audire laborum:
Ante diem clauſo componet ueſper olympo.

At uenus obſcuro gradientes aere ſepſit:
Et multum nebulæ circum dea fudit amictu:
Cernere ne quis eos neu quis contingere poſſit:
Moliriue moram: aut ueniendi poſcere cauſas.
καὶ τότ᾽ ὀδυσσεὺς ὦρτο πόλινδ᾽ ἴμεν αὐτὰρ ἀθήνη
πολλὴν ἠέρα χεῦε φίλα φρονέουσ᾽ ὀδυσῆϊ
μή τις φαιήκων μεγαθύμων ἀντιβολήσας
κερτομέοι τ᾽ ἐπέεσσι καὶ ἐξερέοιθ᾽ ὅτις εἴη.
Qualis in eurotæ ripis aut per iuga cynthi
Exercet diana choros: quam mille ſecutæ
Hinc atq; hinc glomerant oreades: illa pharetrā
Fert humero: gradienſq; deas ſupereminet omnes:
Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus.
Talis erat dido: talem ſe læta ferebat.
οἵη δ᾽ ἄρτεμις εἶσι κατ᾽ οὔρεα ἰοχέαιρα
ἢ κατὰ τηΰγετον περιμήκετον ἢ ἐρυμάνθον
τερπομένη κάπροισι καὶ ὠκείῃς ἐλάφοισι.
τῇ δέ θ᾽ ἅμα κοῦραι νύμφαι διὸς αἰγιόχοιο
ἀγρόνομοι παίζουσι γέγηθε δέ τε φρένα λητώ
πασάων δ᾽ ὑπὲρ ἥ γε κάρη ἔχει ἠδὲ μέτωπα
ῥεῖα δ᾽ ἀριγνώτη πέλεται καλαὶ δέ τε πᾶσαι
ὣς ἥ γ᾽ ἀμφιπόλοισι μετέπρεπε παρθένος ἀδμής.
Reſtitit æneas: claraq; in luce refulſit
Os humeroſq; deo ſimilis: nanq; ipſa decoram
Cæſariem nato genitrix: lumenq; iuuentæ
Purpureum & lætos oculis afflarat honores.
Quale manus addunt ebori decus: aut ubi flauo
Argentum pariuſue lapis circundatur auro.
τὸν μὲν ἀθηναίη θῆκε διὸς ἐκγεγαυῖα
μείζονά τ᾽ εἰσιδέειν καὶ πάσσονα κὰδ δὲ κάρητος
οὔλας ἧκε κόμας ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας.
ὡς δ᾽ ὅτε τις χρυσὸν περιχεύεται ἀργύρῳ ἀνὴρ
ἴδρις. ὃν ἥφαιστος δέδαεν καὶ παλλὰς ἀθήνη
τέχνην παντοίην χαρίεντα δὲ ἔργα τελείει
ὣς ἄρα τῷ κατέχευε χάριν κεφαλῇ τε καὶ ὤμοις.
Coram quem quæritis adſum
Troius æneas libycis ereptus ab undis.

Conticuere omnes intentiq; ora tenebāt.
Infandum regina iubes renouare dolorem:
Troianas ut opes & lamentabile regnum
Eruerint danai.
σοὶ δ᾽ ἐμὰ κήδεα θυμὸς ἐπετράπετο στονόεντα
εἴρεσθ᾽ ὄφρ᾽ ἔτι μᾶλλον ὀδυρόμενος στοναχίζω.
Pars ſtupet innuptæ donum exitiale mineruæ:
Et molem mirantur equi: primuſq; thymœtes
Duci intra muros hortatur & arce locari:
Siue dolo ſeu iā troiæ ſic fata ferebant:
At capys & quorum melior ſententia menti
Aut pelago danaum inſidias ſuſpectaq; dona
Præcipitare iubet: ſubiectiſq; urere flammis:
Aut terebrare cauas uteri & tentare latebras:
Scinditur incertum ſtudia ī contraria uulgus.
ὣς ὁ μὲν εἱστήκει τοὶ δ᾽ ἄκριτα πόλλ᾽ ἀγόρευον
ἥμενοι ἀμφ᾽ αὐτόν. τρίχα δέ σφισιν ἥνδανε βουλή.
ἠὲ διατμῆξαι κοῖλον δόρυ νηλέϊ χαλκῷ

ἢ κατὰ πετράων βαλέειν ἐρύσαντας ἐπ᾽ἄκρης
ἢ ἐάαν μέγ᾽ἄγαλμα θεῶν θελκτήριον εἶναι
Vertitur interea cælum: & ruit oceano nox
Inuoluens umbra magna terramq; polumq;.

Hei mihi qualis erat: quantum mutatus ab illo
Hectore: qui redit exuuias indutus achillis:
Vel danaum phrygios iaculatus puppibus ignes.

Iuueniſq; corebus
Migdonides illis qui troiam forte diebus
Venerat inſano caſſandræ incenſus amore:
Et gener auxilium priamo phrygibuſq; ferebat.

Sic animis iuuenum furor additus. inde lupi ceu
Raptores atra in nebula: quos improba uentris
Exegit cæcos rabies: catuliq; relicti
Faucibus expectant ſiccis: per tela per hoſtes
Vadimus haud dubiam in mortem: mediæq; tenemus
Vrbis iter: nox atra caua circumuolat umbra.

Improuiſum aſpris ueluti qui ſentibus anguē
Preſſit humi nitens: trepiduſq; repente refugit
Attollentem iras & cærula colla tumentem:
Haud ſecus androgeus uiſu tremefactus abibat.
ὡς δ᾽ὅτε τίς δράκοντα ἰδὼν παλίνορσος ἀπέστη
οὔρεος ἐν βήσσῃς ὑπό τε τρόμος ἔλλαβε γυῖα
ἂψ δ᾽ἀνεχώρησεν ὦχρός τέ μιν εἷλε παρειάς
ὡς αὖθις καθ᾽ὅμιλον ἔδυ τρώων ἀγερώχων
δείσας ἀτρέως υἱὸν ἀλέξανδρος θεοειδής.
Qualis ubi in lucem coluber mala gramina paſtus:
Frigida ſub terra frigidum quem bruma tegebat:



Nunc poſitis nouus exuuiis nitiduſq; iuuenta
Lubrica conuoluit ſublato pectore terga
Arduus ad ſolem: et linguis micat ore triſulcis.

Non ſic aggeribus ruptis cum ſpumeus amnis
Exiit: oppoſitaſq; euicit gurgite moles:
Fertur in arua furens cumulo: campoſq; per omnes
Cum ſtabulis armenta trahit.

Ter conatus ſibi collo dare brachia circum:
Ter fruſtra compenſa manus effugit imago:
Par leuibus uentis uolucriq; ſimillima ſomno.
τρίς μὲν ἐφορμήθην ἑλέειν τέ με θυμὸς ἄνωγε
τρίς δέ μοι ἐκ χειρῶν σκιῇ εἴκελον ἢ καὶ ὀνείρῳ
ἔπτατο.
Alia tempeſtas Aeneæ hic: et illic Vlyxis numeroſis ambæ uerſibus. Sed hæc incipiunt ita.
Poſtq̄ altum tenuere rates: nec iam amplius ullæ. Ille ait:

Accipe & hæc manuū tibi quæ monumenta mearum
Sint puer.

Tendunt uela nothi: fugimus ſpumātibus undis
Qua curſum uentuſq; gubernatorq; uocabant.

Dextrum ſcylla latus leuum implacata carybdis

Obſidet: atq; imo barathri ter gurgite uaſtos
Sorbet in abruptum fluctus: rurſuſq; ſub auras
Erigit alternos: & ſydera uerberat unda.
At ſcyllam cæcis cohibet ſpelunca latebris
Ora exertantem: & naues in ſaxa trahentem:
Prima hominis facies: & pulchro pectore uirgo
Pube tenus: poſtrema immani corpore piſtris
Delphinum caudas utero commiſſa luporum.
Præſtat trinacrii metas luſtrare pachynni
Ceſſantem longos & circunflectere curſus:
Quam ſemel informẽ uaſto uidiſſe ſub antro
Scyllam & cæruleis canibus reſonantia ſaxa.
Homerus de charybdi & de ſcylla.
ἔνθεν μὲν γὰρ σκύλλη ἑτέρωθι δὲ δῖα χάρυβδις
δεινὸν ἀνερροίβδησε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ
ἤτοι ὅτ᾽ ἐξεμέσειε λέβης ὣς ἐν πυρὶ πολλῷ
πᾶσ᾽ ἀναμορμύρεσκε κυκωμένη ὑψόσε δ᾽ ἄχνη
ἄκροισι σκοπέλοισι ἐπ᾽ ἀμφοτέροισιν ἔπιπτεν
ἀλλ᾽ ὅταν αὖθις ἀναβρώξειεγε ἁλμυρὸν ὕδωρ
πᾶσ᾽ ἔνθοσθε φάνεσκε κυκωμένη ἀμφὶ δὲ πέτρη
δεινὸν βεβρύχει ὑπένερθε δὲ γαῖα φάνεσκε
ψάμμῳ κυανέη.
O mihi ſola mei ſuper aſtyanactis imago:
Sic oculos ſic ille manus ſic ora ferebat.
κείνου γὰρ τοιοίδε πόδες τοιαίδε τε χεῖρες
ὀφθαλμῶν τε βολαὶ κεφαλή τ᾽ ἐφύπερθε τε χαῖται.
Ter ſcopuli clamorem inter caua ſaxa dedere:
Ter ſpumam eliſam: & rorantia uidimus aſtra.

Qualis coniecta cerua ſagitta:
Quam procul incautam nemora inter creſia fixit
Paſtor agens telis: liquitq; uolatile ferrum
Neſcius: illa fuga ſiluas ſaltuſq; peragrat
Dictæos: hæret lateri letalis arundo.

Dixerat. ille patris magni parere parabat



Imperio: ēt primum pedibus talaria nectit
Aurea: quæ ſublimem alis ſiue æquora ſupra
Seu terram rapido pariter cum flamine portant.
Tum uirgam capit. hac animas ille euocat orco
Pallentes: alias ſub tartara triſtia mittit.
Dat ſomnos adimitq;: & lumina morte reſignat.
Illa fretus agit uentos: & turbida tranat
Nubila.
ὣς ἔφατ᾽ οὐδ᾽ ἀπίθησε διάκτορος ἀργειφόντης
αὐτίκ᾽ ἔπειθ᾽ ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα
ἀμβρόσια χρύσεια τά μιν φέρον ἠμὲν ἐφ᾽ ὑγρὴν
ἠδ᾽ ἐπ᾽ ἀπείρονα γαῖαν ἅμα πνοιῇσ᾽ ἀνέμοιο
εἵλετο δὲ ῥάβδον τῇ τ᾽ ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει
ὧν ἐθέλει τοὺς δ᾽ αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει
τὴν μετὰ χερσὶν ἔχων πέτατο κρατὺς ἀργειφόντης.
Ac ueluti annoſam ualido cum robore quercum
Alpini boreæ nunc hinc nunc flatibus illinc
Eruere inter ſe certant: it ſtridor: & alte
Conſternunt terram concuſſo ſtipite frondes.
Ipſa hæret ſcopulis: & q̄tum uertice ad auras
Aethereas tantum radices in tartara tendit.

Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens aurora cubile.
ἠὼς δ᾽ ἐκ λεχέων παρ᾽ ἀγαυοῦ τιθωνοῖο
ὤρνυτ᾽ ἵν᾽ ἀθανάτοισι φόως φέρῃ ἠδὲ βροτοῖσι.
Vt pelagus tenuere rates: nec iam amplius ulla
Occurrit tellus: maria undiq; & undiq; cælum:
Olli cæruleus ſupra caput aſtitit imber
Noctem hyememq; ferens: & inhorruit unda tenebris.

Vinaque fundebat pateris: animamq; uocabat
Anchiſæ magni: maneſq; acheronte remiſſos.

οἶνον ἀφυσσάμενος χαμάδις χέε δεῦε δὲ γαῖαν
ψυχὴν κικλήσκων πατροκλῆος δειλοῖο.
Leuibus huic hamis conſertam auroq; trilicem
Loricam: quam demoleo detraxerat ipſe
Victor apud rapidum ſimoenta ſub ilio alto.
τῷ μὲν ἐγὼ δώσω τόδε φάσγανον ἀργυρόηλον
καλὸν θρηίκιον τὸ μὲν ἀστεροπαῖον ἀπηύρων.
Et curſorū certamen utrobiq; ſimile: & quia uerſibus ē apud utrūq; nu/
meroſis: locum loco ſimilem lector inueniet. Initia hæc ſunt.
Hæc ubi dicta: locum capiunt: ſignoq; repente
ὣς ἔφατ' ὤρνυτο δ' αὐτίκ' ὀϊλῆος ταχὺς αἴας
ἂν δ' ὀδυσσεὺς πολύμητις ἔπει τὰ δὲ νέστορος υἱός.
Pugilum certamen apud hunc incipit:
Conſtitit in digitos extemplo arrectus uterq;. Apud illum:
ἄντα δ' ἀνασχομένω χερσὶ στιβαρῇσιν ἄμ' ἄμφω
σύν ῥ' ἔπεσον σὺν δέ σφι βαρεῖαι χεῖρες ἔμιχθεν.
Si uelis cōparare certantes ſagittis: iuenies hæc utriuſq; principia.
Protinus æneas celeri certare ſagitta:
αὐτὰρ ὁ τοξευτῇσι τίθει ἰόεντα σίδηρον
κὰδ δ' ἐτίθει δέκα μὲν πελέκεας δέκα δ' ἡμιπέλεκκα.
Capita locoꝝ ubi longa narratio eſt: dixiſſe ſufficiet: ut quid unde natū
ſit: lector inueniet.
Dixerat. & tenues fugit ceu fumus in auras:

ψυχὴ δὲ κατὰ χθονὸς ἠΰτε καπνὸς ᾤχετο τετριγυῖα
Aeneas quo deinde ruis? quo proripis inquit?

Quem fugis? aut quis te a noſtris complexibus arcet?

Ter conatus erat collo dare brachia circum:
Ter fruſtra compreſſa manus effugit imago.
τρὶς μὲν ἐφορμήθην ἑλέειν δέ με θυμὸς ἀνώγει
τρὶς δέ μοι ἐκ χειρῶν σκιῇ εἴκελον ἢ καὶ ὀνείρῳ
ἔπτατο.
Sepultura Palinuri formata ē de Patrocli ſepultura. Hæc incipit.
Principio pinguem thædis & robore ſecto. Ille ſic ait.
κηδεμόνες δὲ παρ' αὖθι μένον καὶ νήεον ὕλην
ποίησαν δὲ πυρὴν ἑκατόμπεδον ἔνθα καὶ ἔνθα. Et alibi.

Ipſa uero utriuſq; tumuli inſignia q̃ paria?
At pius æneas ingenti mole ſepulcrum
Impoſuit: ſuaq; arma uiro remumq; tubamq;
Monte ſub aerio: qui nunc miſenus ab illo
Dicitur: æternumq; tenet per ſæcula nomen.
αὐτὰρ ἐπεὶ νεκρός τ' ἐκάη καὶ τεύχεα νεκροῦ
τύμβον χεύαντες καὶ ἐπὶ στήλην ἐρύσαντες
πήξαμεν ἀκροτάτῳ τύμβῳ εὐῆρες ἐρετμόν
Tum conſanguineus leti ſopor:
ἔνθ' ὕπνῳ σύμβλητο κασιγνήτῳ θανάτοιο καὶ τῷ νήδυμος ὕπνος ἐπὶ
βλεφάροισιν ἔπιπτεν νήγρετος ἥδιστος θανάτῳ ἄγχιστα ἐοικώς.
Quod te per cæli iucundum lumen & auras
Per genitorem oro p ſpes ſurgentis iuli:
Eripe me his inuicte malis: aut tu mihi terram
Inice: nanq; potes: portuſq; require uelinos.
νῦν δέ σε τῶν ὄπιθεν γουνάζομαι οὐ παρεόντων
πρός τ' ἀλόχου καὶ πατρὸς ὅ σ' ἔτρεφε τυτθὸν ἐόντα
τηλεμάχου θ' ὃν μοῦνον ἐνὶ μεγάροισιν ἔλειπες
μή μ' ἄκλαυστον ἄθαπτον ἰὼν ὄπιθεν καταλείπῃς
νοσφισθείς μή τοί τι θεῶν μήνιμα γένωμαι
ἀλλά με κακκῆαι σὺν τεύχεσιν ἅσσα μοι ἐστὶν
σῆμα τέ μοι χεῦσαι πολιῆς ἐπὶ θινὶ θαλάσσης.
Nec non & tityon terræ omnipotentis alumnum
Cernere erat: per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur: roſtroq; immanis uultur adunco
Immortale iecur tondens: fœcundaq; pœnis
Viſcera: rimaturq; epulis: habitatq; ſub alto
Pectore: nec fibris requies datur ulla renatis.
καὶ τιτυὸν εἶδον γαίης ἐρικυδέος υἱὸν
κείμενον ἐν δαπέδῳ ὁ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο πέλεθρα
γῦπε δέ μιν ἑκάτερθε παρημένω ἧπαρ ἔκειρον
δέρτρον ἔσω δύνοντες ὁ δ' οὐκ ἀπαμύνετο χερσί
λητὼ γὰρ ἕλκυσε διὸς κυδρὴν παράκοιτιν
πυθῶ δ' ἐρχομένην διὰ καλλιχόρου πανοπῆος.
Non mihi ſi linguæ centum ſint oraq; centum
Ferrea uox: omnis ſcelerum comprendere formas:
Omnia pœnarum percurrere nomina poſſem.
πληθὺν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι οὐδ' ὀνομήνω
οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι δέκα δὲ στόματ' εἶεν
φωνὴ δ' ἄρρηκτος χάλκειον δέ μοι ἦτορ ἐνείη.

Hinc exaudiri gemitus iræq; leonum
Vincla recuſantum & ſera ſub nocte rudentum:
Setigeriq; ſues atq; in præſepibus urſi
Sæuire: ac formæ magnorum ululare luporum:
Quos hominum ex facie dea ſcæua potentibus herbis
Induerat circe in uultus ac terga ferarum.
εὗρον δ' ἐν βήσσησι τετυγμένα δώματα κίρκης
ξεστοῖσιν λάεσσι περισκέπτω ἐνὶ χώρω
ἀμφὶ δὲ μὶν λύκοι ἦσαν ὀρέστεροι ἠδὲ λέοντες
τοὺς αὐτὴ κατέθελξεν ἐπεὶ κακὰ φάρμακ' ἔδωκεν.
Quid petitis? quæ cauſa rates? aut cuius egentis
Littus ad auſonium tot per uada cærula uexit?
Siue errore uiæ: ſeu tempeſtatibus acti.
Qualia multa mari nautæ patiuntur in alto.
ὦ ξεῖνοι τίνες ἐστὲ πόθεν πλεῖθ' ὑγρὰ κέλευθα
ἤ τι κατὰ πρῆξιν ἢ μαψιδίως ἀλάλησθε
οἷά τε ληιστῆρες ὑπεὶρ ἅλα τοί τ' ἀλόωνται
ψυχὰς παρθέμενοι κακὸν ἀλλοδαποῖσι φέροντες.
Cum ſeſe e paſtu referunt: & longa canoros
Dant per colla modos: ſonat amnis & aſia longe
Pulſa palus.
τῶν δ' ὥστ' ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλὰ
χηνῶν ἢ γεράνων ἢ κύκνων δουλιχοδείρων
ἀσίω ἐν λειμῶνι καυστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα
ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσι
κλαγγηδὸν προκαθιζόντων σμαραγεῖ δέ τε λειμών.
Illa uel intactæ ſegetis per ſūma uolaret
Gramina: nec tene. as curſu læſiſſet ariſtas:
Vel mare per medium fluctu ſuſpenſa tumenti
Ferret iter: celeris nec tingeret æquore plantas.
αἱ δ' ὅτε μὲν σκιρτῷεν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν
ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπῶν θέον οὐδὲ κατέκλων
ἀλλ' ὅτε σκιρτῷεν ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης
ἄκρον ἐπὶ ῥηγμῖνος ἁλὸς πολιοῖο θέεσκον.
Veſcitur æneas ſimul & troiana iuuentus
Perpetui tergo bouis & luſtralibus extis.
τοῖσι δὲ βοῦν ἱέρευσεν ἄναξ ἀνδρῶν ἀγαμέμνων
ἄρσενα πενταέτηρον ὑπερμενεῖ κρονίωνι
νώτοισιν δ' αἴαντα διηνεκέσσι γέραιρεν.
Poſtq̄ exempta fames & amor compreſſus edendi:

Rex euandrus ait.
αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο
τοῖς ὁ γέρων πάμπρωτος ὑφαίνειν ἤρχετο μῆτιν
Euandrum ex humili tecto lux ſuſcitat alma:
Et matutini uolucrum ſub culmine cantus.
Conſurgit ſenior: tunicaq; īducitur artus:
Et tyrrhena pedum circundat uincula plantis:
Tum lateri atq; humeris tegeum ſubligat enſem:
Demiſſa ab leua pantheræ terga retorquens.
Nec non & g. mini cuſtodes limine ab alto
Procedūt: greſſumq; canes comitantur herilem.
ἕζετ' ὀρθωθεὶς μαλακὸν δ' ἔνδυνε χιτῶνα
καλὸν νηγάτεον περὶ δ' αὖ μέγα βάλλετο φᾶρος
ποσσὶ δ' ὑπαὶ λιπαροῖσιν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα
ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισι βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον
βῆ ῥ' ἴμεν εἰς ἀγορὴν παλάμη δ' ἔχε χάλκεον ἔγχος
οὐκ οἶος ἅμα τῷ δὲ δύο κύνε ἀργοὶ ἕποντο
O mihi præteritos referat ſi iuppiter annos:
Qualis eram cum primam aciem præneſte ſub ipſa
Straui: ſcutorumq; incendi uictor aceruos:
Et regem hac herilum dextra ſub tartara miſi:
Naſcenti cui tris animas feronia mater
Horrendum dictu dederat terna arma mouenda:
Ter leto ſternendus erat: cui tum tamen omnis
Abſtulit hæc animas dextra: & totidem exuit armis.
εἴθ' ὡς ἡβώοιμι βίη τέ μοι ἔμπεδος εἴη
ὡς ὁπότ' ἠλείοισι καὶ ἡμῖν νεῖκος ἐτύχθη
ἀμφὶ βοηλασίην ὅτ' ἐγὼ κτάνον ἱππομενῆα.
Qualis ubi oceani perfuſus lucifer unda:
Quem uenus ante alios aſtrorum diligit ignes:
Extulit os ſacrum cælo tenebraſq; reſoluit.

En perfecta mei promiſſa coniugis arte
Munera: ne mox aut laurentes nate ſuperbos
Aut acrem dubites in prælia poſcere turnum.
Dixit: & amplexus nati cytharea petiuit.
Arma ſub aduerſa poſuit radientia quercu.

αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ τεῦξε σάκος μέγα τε στιβαρόν τε
τεῦξ᾽ ἄρα οἱ θώρηκα φαεινότερον πυρὸς αὐγῆς
τεῦξε δέ οἱ κόρυθα βριαρὴν κροτάφοις ἀραρυῖαν
καλὴν δαιδαλέην ἐπὶ δὲ χρύσεον λόφον ἧκε
τεῦξε δέ οἱ κνημῖδας ἑανοῦ κασσιτέροιο
αὐτὰρ ἐπεὶ πάνθ᾽ ὅπλα κάμε κλυτὸς ἀμφιγυήεις
μητρὸς ἀχιλλῆος θῆκε προπάροιθεν ἀείρας.
Ille deæ donis & tanto lætus honore
Expleri nequit: atq; oculos per ſingula uoluit:
Miraturq;: interq; manus & brachia uerſat.
Τέρπετο δ᾽ ἐν χείρεσσιν ἔχων θεοῦ ἀγλαὰ δῶρα
αὐτὰρ ἐπεὶ φρεσὶν ᾗσι τετάρπετο δαίδαλα λεύσσων.
Iri decus cæli: quis te mihi nubibus actam
Detulit in terras?

Nec ſolos tangit atridas Iſte dolor.

Sed uos o lecti: ferro quis ſcindere uallum
Apparat? et mecum inuadit trepidantia caſtra?

Quod ſupereſt læti bene geſtis corpora rebus
Procurate uiri: & pugnam ſperate parari.
νῦν δ᾽ ἔρχεσθ᾽ ἐπὶ δεῖπνον ἵνα συνάγωμεν ἄρηα.
Sic ait illachrymans: humero ſimul exuit enſem
Auratum: mira quem fecerat arte lycaon
Gnoſius: atq; habilem uagina aptarat eburna.
Dat niſo mneſtheus pellem horrentiſq; leonis
Exuuias: galeam fidus permutat alethes.
τυδείδῃ μὲν ἔδωκε μενεπτόλεμος θρασυμήδης
φάσγανον ἄμφηκες. τὸ δ᾽ ἑὸν παρὰ νηὶ λέλειπτο
καὶ σάκος ἀμφὶ δέ οἱ κυνέην κεφαλῆφιν ἔθηκε
ταυρείην ἄφαλόν τε καὶ ἄλοφον ἥ τε καταῖτυξ
κέκληται. ῥύεται δὲ κάρη θαλερῶν αἰζηῶν
μηριόνης δ᾽ ὀδυσῆι δίδου βιὸν ἠδὲ φαρέτρην
καὶ ξίφος.
Protinus armati incedunt: quos omnis euntes
Primorum manus ad portas iuuenumq; ſenumq;
Proſequitur uotis: nec non & pulcher iulus.

τὼ δ᾽ ἐπεὶ οὖν ὅπλοισιν ἔνι δεινοῖσιν ἐδύτην
βάν ῥ᾽ ἰέναι λιπέτην δὲ παρ᾽ αὐτόθι πάντας ἀρίστους.
Egreſſi ſuperant foſſas: noctiſq; per umbram
Caſtra inimica petūt: multis tamen ante futuri
Exitio paſſim ſomno uinoq; per herbam
Corpora fuſa uident arrectos littore currus
Inter lora rotaſq; uiros ſimul arma iacere
Vina ſimul: prior hyrtacides ſic ore locutus.
Euryale audendum dextra: nunc ipſa uocat res.
Hac iter eſt: tu ne qua manus ſe attollere nobis
A tergo poſſit: cuſtodi: & conſule longe.
Hæc ego uaſta dabo: & lato te limite ducam.
τὼ δὲ βάτην προτέρω διά τ᾽ ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα
αἶψα δ᾽ ἐπὶ θρηκῶν ἀνδρῶν τέλος ἷξον ἰόντες
οἱ δ᾽ εὗδον καμάτῳ ἀδηκότες ἔντεα δέ σφιν
καλὰ παρ᾽ αὐτοῖσι χθονὶ κέκλιτο εὖ κατὰ κόσμον
τριστοιχεὶ παρὰ δέ σφιν ἑκάστῳ δίζυγες ἵπποι. Et paulo poſt.
τὸν δ᾽ ὀδυσεὺς προπάροιθεν ἰδὼν διομήδεϊ δεῖξεν
οὗτός τοι διόμηδες ἀνήρ. οὗτοι δέ τοι ἵπποι.
οὓς νῶιν πίφαυσκε δόλων ὃν ἐπέφνομεν ἡμεῖς
ἀλλ᾽ ἄγε δὴ πρόφερε κρατερὸν μένος. οὐδέ τι σε χρὴ
ἑστάμεναι μέλεον σὺν τεύχεσιν ἀλλὰ λῦ᾽ ἵππους
ἠὲ σύ γ᾽ ἄνδρας ἔναιρε μελήσουσι δ᾽ ἐμοὶ ἵπποι.
Sed non augurii potuit depellere peſtem.
ἀλλ᾽ οὐκ οἰωνοῖσιν ἐρύσατο κῆρα μέλαιναν.
Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens aurora cubile.
ἠὼς δ᾽ ἐκ λεχέων παρ᾽ ἀγαυοῦ τιθωνοῖο
ὤρνυθ᾽ ἵν᾽ ἀθανάτοισι φόως φέρῃ ἠδὲ βροτοῖσιν
Mater Euryali ad dirum nuncium: ut excuſſos de manibus radios: & penſa demitteret: ut per muros & uirorum agmina ululans & coma ſciſſa decurreret: ut effūderet doloré ī lamētationū querelas: totum de Andromacha ſūpſit lamentāte mortē mariti.
O ueræ phrygiæ: neq; enim phryges.
ὦ μοι ἀπηλητῆρες ἀχαιίδες οὐκέτ᾽ ἀχαιοί.
Quos alios muros aut quæ iam ultra mœnia habetis?
Vnus homo & ueſtris o ciues undiq; ſeptus
Aggeribus tantas ſtrages impune per urbem
Ediderit? iuuenum primos tot miſerit orco?
Non infœlicis patriæ ueterumq; deorum

Et magni æneæ ſegnes miſeretq; pudetq;.

Tela manu iaciunt: quales ſub nubibus atris
Strymoniæ dant ſigna grues: atq; æthera tranant
Cum ſonitu: fugiuntq; notos clamore ſecundo.
τρῶες μὲν κλαγγῆ τ᾽ ἐνοπῆ τ᾽ ἴσαν ὄρνιθες ὥς
ἥυτε περ κλαγγὴ γεράνων πέλει οὐρανόθι πρό
αἵ τ᾽ ἐπεὶ οὖν χειμῶνα φύγον καὶ ἀθέσφατον ὄμβρον
κλαγγῆ ταί γε πέτονται ἐπ᾽ ὠκεανοῖο ῥοάων
Ardet apex capiti: criſtiſq; ac uertice flamma
Funditur: & uaſtos umbo mouet aureus ignes.
Non ſecus ac liquida ſiquando nocte cometæ
Sanguinei lugubre rubent: aut ſyrius ardor
Ille ſitim morboſq; ferens mortalibus ægris
Naſcitur: & leuo contriſtat lumine cælum.
δαῖέ οἱ ἐκ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος ἀκάματον πῦρ
ἀστέρ᾽ ὀπωρινῷ ἐναλίγκιον ὅς τε μάλιστα
λαμπρὸν παμφαίνῃσι λελουμένος ὠκεανοῖο
τοῖον οἱ πῦρ δαῖεν ἀπὸ κρατός τε καὶ ὤμων. Et alibi.
παμφαίνονθ᾽ ὥστ᾽ ἀστὴρ ἐπεσσύμενος πεδίοιο
ὅς ῥά τ᾽ ὀπώρης εἶσιν ἀρίζηλοι δέ οἱ αὐγαὶ
φαίνονται πολλοῖσι μετ᾽ ἀστράσι νυκτὸς ἀμολγῷ
ὅ τ᾽ ἔκεν ὠρίωνος ἐπίκλησιν τε καλέουσι
λαμπρότατος μὲν ὅ γ᾽ ἐστί κακὸν δέ σῆμα τέτυκται
καί τε φέρει πολλὸν πυρετὸν δειλοῖσι βροτοῖσι
Stat ſua cuiq; dies: breue & irreparabile tempus
Omnibus eſt uitæ.

Fata uocant: metamq; dati peruenit ad æui.

Per patrios manes & ſpes ſurgentis iuli
Te precor hanc animam ſerues natoq; patriq;.
Eſt domus alta: iacent penitus defoſſa talenta
Celati argenti: ſunt auri pondera facti
Infectiq; mihi. non hic uictoria teucrum
Vertitur. haud anima una dabit diſcrimina tanta.
Dixerat. æneas contra cui talia reddit:
Argenti atq; auri memoras: quæ multa talenta
Natis parce tuis. belli commercia turnus
Suſtulit iſta prior iam tum pallante perempto.
Hoc patris anchiſæ manes: hoc ſentit iulus.
Sic fatus galeam leua tenet: atq; reflexa
Ceruice orantis capulo tenus abdidit enſem.
ζώγρει ατρέος υἱέ σὺ δὲ ἄξια δέξαι ἄποινα
πολλὰ δ᾽ ἐν αντιμάχοιο δόμοις κειμήλια κεῖται
χαλκός τε χρυσός τε πολύκμητός τε σίδηρος. Et alibi.
ζώγρει ἀτὰρ ἐγὼν ἐμὲ λύσομαι ἔστι γὰρ ἔνδον
καλκός τε χρυσός τε πολύκμητός τε σίδηρος
τῶν χ᾽ ὕμμιν χαρίσαιτο πατὴρ ἀπερείσι᾽ ἄποινα
εἴ κεν ἐμὲ ζωὸν πεπύθοιτ᾽ ἐπὶ νηυσὶν ἀχαίων.
Impaſtus ſtabula alta leo ceu ſæpe peragrans:
Suadet enim ueſana fames: ſed forte fugacem
Conſpexit capream aut ſurgentem in cornua ceruum
Gaudet hyans immane comaſq; arrexit & hæret
Viſceribus ſemper incumbens: lauit improba teter
Ora cruor:
Sic ruit in denſos alacer mezentius hoſtes.
ὥστε λέων ἐχάρη μεγάλῳ ἐπὶ σώματι κυρσας
ἑ ρων ἢ ἔλαφον κεραὸν ἢ ἄγριον αἶγα
πεινῶν
Spargitur & tellus lachrymis: ſparguntur & arma.
δεύοντο ψάμμαθοι δεύοντο δε και τευχεα φωτῶν
δάκρυσι
Cingitur ipſe furens certatim in prœlia turnus:
Iamq; adeo rutulum thoraca indutus ahenis
Horrebat ſquamis: ſuraſq; incluſerat auro:
Tempora nudus adhuc: lateriq; accinxerat enſem:
Fulgebatq; alta decurrens aureus arce.
κνημῖδας μὲν πρῶτα περὶ κνήμησιν ἔθηκεν
καλὰς ἀργυρέοισιν ἐπισφυρίοις ἀραρυίας
δεύτερον δ᾽ αὖ θώρηκα περὶ στήθεσσιν ἔδυνεν
ἀμφὶ δ᾽ ἄρ᾽ ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον
χάλκεον αὐτὰρ ἔπειτα σάκος μέγα τε στιβαρόν τε
εἵλετο τοῦ δ᾽ ἀπάνευθε σέλας γένετο ἠύτε μήνης
Purpureus ueluti cum flos ſucciſus aratro

Langueſcit moriens: laſſoq; papauera collo
Demiſere caput: pluuia cum forte grauantur.
μήκων δ᾽ ὡς ἑτέρωσε κάρη βάλεν ἥτ᾽ ἐνὶ κήπῳ
καρπῷ βριθομένη νοτίῃσί τε εἰαρινῇσι.
Et hæc quidem iudicio legentium relinquenda ſunt: ut ipſi æſtiment quid debeant de utriuſque collatione ſentire. Si tamen me conſulas: non negabo: nonnunq̃ Virgilium in tranſferendo denſius excoluiſſe: ut in hoc loco.
Qualis apes æſtate noua per florea rura
Exercet ſub ſole labor: cum gentis adultos
Educunt fœtus: aut cum liquentia mella
Stipant: aut dulci diſtendunt nectare cellas:
Aut onera accipiunt uenientum: aut agmine facto
Ignauum fucos pecus a preſepibus arcent.
Feruet opus: redolentq; thimo fragrantia mella.
ἠΰτε ἔθνεα εἶσι μελισσάων ἁδινάων
πέτρης ἐκ γλαφυρῆς αἰεὶ νέον ἐρχομενάων
βοτρυδὸν δὲ πέτονται ἐπ᾽ ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν
αἱ μέν τ᾽ ἔνθα ἅλις πεποτήαται αἱ δέ τε ἔνθα.
Vides deſcriptas apes a Virgilio opifices ab Homero uagas? Alter diſcurſum & ſolã uolatus uarietatem: alter exprimit natiuæ artis officiũ.
In iis quoq; uerſibus Maro extitit locupletior interpres.
O ſocii, neq; enim ignari ſumus ante malorum)
O paſſi grauiora: dabit deus iis quoq; finem.
Vos & ſcyllæam rabiem penituſq; ſonantes
Acceſtis ſcopulos: uos & cyclopea ſaxa
Experti: reuocate animos: mœſtumq; timorem
Mittite: forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.
Per uarios caſus: & reliqua.
ὦ φίλοι οὐ γάρ πώ τι κακῶν ἀδαήμονές εἰμεν
οὐ μὲν δὴ τόγε μεῖζον ἔπει σι κακὸν ἢ ὅτε κύκλωψ
εἴλει ἐν σπῆϊ γλαφυρῷ κρατερῆφι βίηφι
ἀλλὰ καὶ ἔνθεν ἐμῇ βουλῇ ἀρετῇ τε νόῳ τε
ἐκφύγομεν καί που τῶνδε μνήσεσθαι ὀίω
Vlyxes ad ſocios unam commemorauit erumnam. Hic ad ſperandam præſentis mali abſolutionem gemini caſus hortatur euentu. Deĩde ille obſcurius dixit: hic apertius: forſan & olim meminiſſe iuuabit. Sed & hoc quod noſter adiecit: ſolatii fortioris eſt. Suos enim nõ tantũ exẽplo euadẽdi: ſed & ſpe futuræ fœlicitatis animauit: per hos labores nõ ſolũ ſedes qetas ſed & regna ꝓmittens. Hos quoq; uerſus ĩſpicere libet.



Ac ueluti ſummis antiquam in montibus ornum
Cum ferro acciſam crebriſq; bipennibus inſtant
Eruere agricolæ certatim: illa uſq; minatur:
Et tremefacta comam concuſſo uertice nutat:
Vulneribus donec paulatim euicta ſupremum
Congemuit: traxitq; iugis auulſa ruinam.
ὁ δ᾽ ἐν κονίῃσι χαμαὶ πέσεν αἴγειρος ὥς
ἥ ῥά τ᾽ ἐν εἱαμενῇ ἕλεος μεγάλοιο πεφύκει
λείη ἀτάρ τέ οἱ ὄζοι ἐπ᾽ ἀκροτάτῃ πεφύασι
τὴν μέν θ᾽ ἁρματοπηγὸς ἀνὴρ αἴθωνι σιδήρῳ
ἐξέταμ᾽ ὄφρα ἴτυν κάμψῃ περικαλλέι δίφρῳ.
Magno cultu ueſter difficultatẽ abſcidẽdæ arboreæ molis expreſſit: uer nullo negocio homerica arbor abſciditur.
Haud ſegnis ſtrato ſurgit palinurus: & omnes
Explorat uentos: atq; auribus aera captat.
Sydera cuncta notat tacito labentia cælo
Arcturum pluuias hyadas geminoſq; triones:
Armatumq; auro circunſpicit oriona.
αὐτὰρ ὁ πηδαλίῳ ἰθύνετο τεχνηέντως
ἥμενος οὐδέ οἱ ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἔπιπτε
πληϊάδας τ᾽ ἐσορόωντι καὶ ὀψὲ δύνοντα βοώτην
ἄρκτον θ᾽ ἣν ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν
ἥ τ᾽ αὐτοῦ στρέφεται καί τ᾽ ὠρίωνα δοκεύει.
Gubernator q explorat cælũ: crebro reflectere ceruicẽ debet captãdo de diuerſis cæli regiõibus ſecuritatem ſereni. Hoc mire & uelut coloribus Maro pinxit. Nam quia arcturus iuxta ſeptentrionem eſt: taurus uero in quo ſunt hyades & orion: in regione auſtri ſunt: crebram ceruicis reflexionem in palinuro ſydera conſulente deſcripſit. Arcturum inquit: Ecce intuetur ptẽ ſeptentrionis. deinde pluuias hyadas: ecce ad auſtrũ flectitur. Geminoſq; triones. Rurſus ad ſeptentriones uertit aſpectũ. Armatũq; auro circũſpicit oriona. Iterum ſe ad auſtrũ reflectit. Sed et uerbo circunſpicit uarietatem ſæpe ſe uiciſſim conuertentis oſtendit. Homerus gubernatorem ſuũ ſemel inducit intuentem pleiadas: quæ in auſtrali regione ſunt: ſemel booten & arcton: quæ ſunt in ſeptentrionali polo.
Nec tibi diua parẽs generis nec dardanus auctor
Perfide: ſed duris genuit te cautibus horrens
Caucaſus: hyrcanæq; admorunt ubera tigres.
νηλεὲς οὐκ ἄρα σοί γε πατὴρ ἦν ἱππότα πηλεύς
οὐδὲ θέτις μήτηρ γλαυκὴ δέ σ᾽ ἔτικτε θάλασσα

πέτρα τετηλίβατη ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής.
Plene Virgilius uon petitionem ſolam: ſicut ille quem ſequebatur: ſed educationem quoq; nutricationis tanq̄ belualem & aſperam criminat̃. Addidit enim de ſuo: Hyrcanæque admorunt ubera tygres: quoniam uidelicet in moribus inoleſcendis magnam fere partem nutricis igeniũ & natura lactis tenet: quæ infuſa tenero & mixta parẽtũ ſemini adhuc recenti: ex hac gemina concretione unam indolem configurat. Hic eſt quod prouidentia naturæ ſimilitudinem natorum atq; gignentium ex ipſo quoq; nutricatu præparans fecit cum ipſo partu alimoniæ copiam naſci. Nam poſtq̄ ſanguis ille opifex in penetralibus ſuis omne corpus effinxit atque aluit: aduentante iam partus tempore idem ad corporis materni ſuperna conſcendens in naturam lactis albeſcit: ut recens notis idem ſit altor: qui fuerat fabricator. Quamobrem non fruſtra creditũ eſt: ſicut ualeant ad fingendas corporis atq; animi ſimilitudines uis & natura ſeminis: non ſecus ad eandem rem lactis quoq; ingenia & proprietates ualere. Neq; in hominibus id ſolum: ſed in pecudibus quoq; animaduerſum. Nam ſi ouium lacte hædi aut caprarum agni forſitan alantur: conſtat ferme in iis lanam duriorem: in iis capillum gigni teneriorem. In arboribus etiam & frugibus indolem uel detractãdam uel augendam maior plerunq; uis & poteſtas eſt aquarum & terrarũ: quæ alũt: q̄ ipſius quod iacitur ſeīs. Ac ſæpe uideas lætam nitentẽq; arborẽ ſi in locum alteꝝ transferatur ſucco terræ deterioris elanguiſſe. Ad criminandos igitur mores defuit Homero quod Virgilius adiecit.
Non tam præcipites biiugo certamine campũ
Corripuere: ruuntq; effuſi carcere currus:
Nec ſic immiſſis aurigæ undantia lora
Concuſſere iugis: proniq; in uerbera pendent.
μάστιγα δ᾽ αἰὲν ἔλαυνε κατωμαδὸν οἱ δὲ οἱ ἵπποι
ὑψόσ᾽ ἀειρέσθην ῥίμφα πρήσσοντες κέλευθον
Graius poeta equorum tantum meminit flagro animante currẽtium: licet dici non poſſet elegantius q̄ quod adiecit: ὑψόσ᾽ ἀειρέσθην quo expreſſit: quem nam dare poterat impetum curſus. Verum Maro & currus de carcere ruentes & cãpos corripiendo præcipites mira celeritate deſcripſit: & accepto breui ſemine de homerico flagro pinxit aurigas concutientes lora undantia & pronos in uerbera pendentes: nec ullam quadrigarum partem intactam reliquit: ut eſſet illi certaminis plena deſcriptio.
Magno ueluti cum flamma ſonore
Virgea ſuggeritur coſtis undantis aheni:
Exultantq; æſtu latices: furit intus aquæ uis:

Hic ait: Glauco & panopeæ & inoo melicertæ: Et tritoneſq; citi & īmania cete. Adeo aũt & declinatiõibus græcis delectat̃: ut Mneſthea dixerit ꝓ Mneſtheũ. Sicut ipſe alibi: Nec fr̃e Mneſtheo. Et ꝓ Orpheo dicere maluerit Orphi græce declinãdo: ut Orphi caliopea lino formoſus apollo. Et Vidimus o ciues diomede. Et taliũ nominum accuſatiuus græcus eſt in e deſinẽs. Nam ſiqs eũ putat latine dixiſſe Diomedẽ: ſanitas metri in uerſu deſiderabit̃. Deniq; omnia carmina ſua græce maluit inſcribere bucolica georgica æneis: cuius nominis figuratio a regula latinitatis aliena eſt. Sed de his hactenus quorum plura omnibus aliqua nõnullis romanoꝝ nota ſũt. Ad alia uenio quæ de græcaꝝ litteraꝝ penetralibus eruta nullis cognita ſũt: niſi qui græcam doctrinam diligẽter hauſerũt. Fuit enim hic poeta ut ſcrupuloſe & anxie: ita diſſimulanter & quaſi clãculo doctus: ut multa trãſtulerit: quæ unde tranſlata ſint: difficile ſit cognitu. In exordio georgicorum poſuit hos uerſus:
Liber & alma ceres ueſtro ſi munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta:
Poculaque inuentis acheloia miſcuit uuis.
Nihil in his uerſibus grãmaticorum cohors diſcipulis ſuis ãplius tradit: niſi illud opera Cereris effectum: ut homines ab ãtiquo uictu deſiſterẽt: & frumento pro glandibus uterentur. Liberum uero uitis repertorem præſtitiſſe humano potui uinum: cui aqua admiſceretur. Cur aũt acheloum amnem potiſſimum Virgilius: cũ aquam uellet intelligi noīauit: nemo uel quærit: uel omnino ſubeſſe aliquid eruditius ſuſpicatur. Nos id altius ſcrutati animaduertimus doctum poetam antiquiſſimorum græcorũ more (ſicut docebit auctoritas) elocutũ: apud quos ꝓprie ī aquæ ſignificatiõe ponebatur achelous. Neque id fruſtra: nã cauſa quoq; eius rei cum cura relata eſt. Sed prius q̄ cauſam propono: illud ãtiquo poeta teſte monſtrabo: hunc morem loquendi peruagatum fuiſſe: ut acheloũ ꝓ q̄uis aq̄ dicerẽt. Ariſtophanes uetus comicus ī comœdia cotalo ſic ait: Grauabor inquit uino cui aqua non fuiſſet admixta. i. mero. Cur autẽ ſic loqui ſoliti ſunt: Ephorus notiſſimus ſcriptor hiſtoriarum libro ſecũdo oſtendit his uerbis:

Poteſt ne lucidius oſtendi acheloũ a græcis ueteribus p̃ro quacũq; aqua dici ſolitũ. Vnde doctiſſīe Virgilius ait uinũ acheloo Libeꝝ p̃rem miſcuiſſe. Ad quã rem & ſi ſatis teſtiũ eſt: cũ Ariſtophanis comici & Ephori hiſtorici uerba prodiderimus: tamen ultra progrediemur. Didymus enī grãmaticorum longe eruditiſſimus poſita cauſa: quã ſuperius Ephorus dixit: alteram quoq; adiecit his uerbis:

Licet abunde iſta ſufficiant ad probationē moris antiq:quo ita loquēdi uſus fuit:ut achelous cōmune omnis aquæ nomen haberetur:tamē his quoq; & Euripidis nobiliſſimi tragœdiarū ſcriptoris addet auctoritas: quā idē Didymus grāmaticus ī his libris quos Τραγῳδουμένης ἀέτεος ſcripſit:poſuit his uerbis:

Sunt in libro ſeptimo illi uerſus:quibus hernici populi & eoꝝ nobiliſſima ut tūc erat ciuitas anagnia enūerāt. Quos diues anagnia paſcit:
Quos amaſene pater.non illis omnibus arma
Nec clypei curruſue ſonāt.pars maxima glandis
Liuentis plumbi ſpargit.pars ſpicula geſtat
Bina manu.fuluoſq; lupi de pelle galeros
Tegmen habent capiti.ueſtigia nuda ſiniſtri
Inſtituere pedis:crudus tegit altera pero.
Hunc morem in italia fuiſſe : ut uno pede calciato altero nudo iretur ad bellum:nuſq̄ adhuc quod ſciā repperi:ſed eam græcorum nonnullis conſuetudinem fuiſſe locupleti auctore iam palam faciam. In q̄ qdem re mirari eſt poetæ huius occultiſſimam diligentiam. Qui cum legiſſet hernicos:quorum eſt anagnia:a pelaſgis oriundos appellatos:quæ ita a pelaſgo quodam duce ſuo:qui Hernicus nominabatur: morem quē de ætolia legerat hernicis aſſignauit: qui ſunt uetus colonia pelaſgorū. Et Hernicum quidem hominem pelaſgum ducem hernicis fuiſſe Iulius Higinus ī libro ſecundo urbiū nō paucis uerbis probat. Morē uero ætolis fuiſſe uno tantummō pede calciato in bellū ire : oſtendit clariſſimus Euripides ſcriptor tragicus. In cuius tragœdia quæ Meleager īſcribitur: nuntius īducitur deſcribens:quo quiſq; habitu fuerit ex ducibus:qui ad aprum capiēdū cōuenerāt. In eo hi uerſus ſunt:

Aīaduertitis diligētiſſime uerba Euripidis a Marone ſeruata. Ait.n.ille:

Et eundem pedem nudum Virgilius quoq; dixit: Veſtigia nuda ſiniſtri inſtituere pedis. In qua quidem re quo uobis ſtudium noſtrorum magis comprobetur:nō reticebimus rem pauciſſimis notam reprehenſum Euripidem ab Ariſtotele: qui ignorātiam iſtud Euripidis fuiſſe cōtēdit. Quod ne affirmem potius q̄ probem: Ariſtotelis uerba ponam ex libro quem de poetis ſecūdo ſupra dixit. In quo de Euripide loquēs ait:

Cum hæc ita ſint:uidetis tamen Virgiliū Euripide auctore q̄ Ariſtotele uti maluiſſe. Nam ut hæc ignorauerit tam anxie doctus minime crediderim. Iure autem prætulit Euripidem. Eſt enim ingens ei cū græcarū tragœdiarum ſcriptoribus familiaritas:quod uel ex præcedentibus licet uel ex his quæ mox dicentur:opinari. In libro quarto in deſcribēda Eliſſæ morte ait:ꝙ ei crinis abſciſus eſſet his uerſibus:
Nondum illi flauum proſerpina uertice crinem
Abſtulerat:ſtygioque caput dānauerat orco.
Deinde Iris a Iunone miſſa abſcidit ei crinem:& ad orcum refert. Hanc Virgilius non de nihilo fabulam fingit:ſicut Aurelius uir alias doctiſſimus Cornutus extimat:qui ad notatiōem eiuſmodi appoſuit his uerſibus uerba Cornuti. Vnde hæc hiſtoria ut crinis auferēdus ſit moriētibus: ignoratur. Sed aſſueuit poetico more aliqua fingere:ut de aureo ramo. Hæc Cornutus. Sed me pudet:ꝙ tantus uir græcarum etiam doctiſſīus litterarum ignorauit Euripidis nobiliſſimam fabulam Alceſtim. In hac enim fabula in ſcæna Orcus īducitur gladiū geſtans:quo crinē abſcidit Alceſtidi:& ſic loquitur:

Proditum ē(ut opīor)quem ſecutus Virgilius fabulam abſcīdēdi crinis induxerit. ἀγνίσαι autem dicunt diis conſecrare. Vnde poeta noſter ait ex Iridis perſona. Hūc ego diti ſacrū iuſſa fero : teque iſto corpore ſoluo. Nunc qa pleraq; & omnia quæ ſupradixi inſtructa auctoritate tragicorum probaui: id quoq; quod a Sophocle tractū eſt : annotabo. In libro enim q̄rto Virgilius Eliſſā facit poſt q̄ ab Aenea relinquitur:uelut ad ſacricolarum ſagarumq; carmina & deuotiones fugientem : & inter cætera ait ſedandi amoris gratia herbas quæſitas:quæ æneis falcibus ſecarētur. Hæc res nōne quæſtione digna eſt? Vnde Virgilio Aeneæ falces in mētem uenerīt? Ponam itaq; uirgilianos uerſus mox:& inde Sophoclis:quos Maro æmulatus eſt:
Falcibus & meſſæ ad lumina quæruntur ahenis
Pubentes herbæ nigri cum lacte ueneni.
Sophoclis autem tragœdia id de quo quærimus etiā titulo præfert. Inſcribitur enim rizotomoi:in qua Medæam deſcribit maleficas herbas ſecātem:ſed auerſam:ne ui noxii odoris ipſa interficeretur:et ſuccū qdem herbarum in cados æneos refundentem. Ipſas autem herbas æneis falcibus execantem. Sophoclis uerſus hi ſunt:

Hæc Sophocles. Quo auctore ſie dubio Virgilius protulit æneas falces. Omnino autem ad rē diuinā pleraq; ænea adhiberi ſolita multa indicio

ſunt:& in his maxime ſacris quibus delinire aliquos aut deuouere aut deniq; exigere morbos uolebãt. Taceo illud plautinum cum ait: Mecũ habet pagus morbus æs: et ꝙ alibi Virgilius: Curetum ſonitus crepitãtiaq; æra. Sed Carminii curioſiſſimi & docti uerba ponam:q in libro de italia ſecũdo ſic ait: Prius itaq; & tuſcos æneo uomere uti cũ conderent urbes ſolitos: in traiecticis eorum ſacris inuenio:et in ſabinis ex ære cultros:quibus ſacerdotes tõderentur. Poſt hæc Carminii uerba longũ fiat: ſi uelim percenſere q̃multis in locis græcorum uetuſtiſſimi æris ſonos tãq̃ rem ualidiſſimam adhibere ſoliti ſunt. Sed præſenti operi docuiſſe nos ſufficit:falces æneas Maronis exẽplo græci auctoris ĩductas. In libro nono Virgilius poſuit hos uerſus:

Stabat in egregiis arcentis filius armis
Pictus acu chlamydem & ferrugine clarus hibera
Inſignis facie:genitor quem miſerat arcens
Eductum matris luco ſymetia circum
Flumina: pinguis ubi & placabilis ara palici.

Quis hic Palicus deus uel potius qui dii Palici(nã duo ſunt)apud nullũ penitus auctoré latinũ quod ſciã repperi:ſed de græcoꝝ penitiſſĩs litteris hanc hiſtoriã eruit Maro. Nã priũ ut ſymetus fluuius cuius his uerſibus meminit: ĩ ſicilia ẽ:ita & dii Palici ĩ ſicilia colũť: quos priũ õiũ Aeſchylus tragicus uir utiq; ſiculus ĩ litteras dedit. Interpretationé quoq; noĩs eoꝝ:quã græci ἀιτυμολογίαν uocãt:expreſſit uerſibus ſuis. Sed priuſq̃ uerſus Aeſchyli ponam:paucis explanãda eſt hiſtoria Palicoꝝ. In ſicilia ſymetus fluuius ẽ. Iuxta hunc nympha Thalia compreſſu Iouis grauida metu Iunonis optauit:ut ſibi terra dehiſceret.factum eſt. Sed ubi uẽit tempus maturitatis infãtum: quos aluo illa geſtauerat:recluſa terra ẽ: & duo ĩfãtes de aluo Thaliæ progreſſi emerſerũt: appellatique ſũt Palici ἀπὸ τοῦ πάλιν ἵκεσθαι:quoniã prius in terrã merſi:denuo inde regreſſi ſũt. Nec lõge ĩde lacus breues ſũt: ſed ĩmẽſũ profundi aq̃rũ ſcaturigĩe ſemper ebulliẽtes:quos ĩcolæ crateras uocãt:& nomine dellos appellãt. fratreſq; eos Palicorum extimãt: & habẽtur ĩ cultu maximo:præcipueq; circa exigẽdum iuxta eos iuſiurãdum præſens & efficax numẽ oſtendiť. Nam cum furti negati uel eiuſcemodi rei fides quæritur:& iuſiurãdum a ſuſpecto petitur:uterq; ab omni cõtagiõe mũdi ad crateras accedunt: accepto prius fideiuſſore a perſona quæ iuratura ẽ:de ſoluẽdo eo quod peteretur:ſi addixiſſet euentus. Ille ĩuocato loci numĩe teſtatũ faciebat eſſe iuratorem:de quo iuraret. Quod ſi fideliter faceret:diſcedebat illæſus. Si uero ſubeſſet iuriiurando mala cõſciẽtia:mox ĩ lacu amittebat uitam falſus iurator. Hæc res ita religioné fratrum commendabat:ut crateres quidem implicabiles uocarentur. Nec ſine diuinatione eſt Palicorum templum. Nã cum ſiciliam ſterilis annus arefeciſſet:diuino Palicorum reſponſo admoniti ſiculi Heroi cuidam certum ſacrificiũ celebrauerũt: & reuertit ubertas. Qua gratia ſiculi omne genus frugum cõgeſſerũt in aram Palicorum. Ex qua ubertate ara ipſa pĩguis uocata eſt. Hæc ẽ oĩs hiſtoria:quæ de Palicis eorũq; fratribus ĩ græcis tantũmodo litteris ĩueniťur:quas Maro nõ minus q̃ latinas hauſit. Sed hæc quæ dixĩus auctoritatibus approbanda ſunt. Aeſchyli tragœdia ẽ: quæ inſcribiť ætna. In hac cũ de Palicis loqueretur:ſic ait:

Hæc Aeſchylus

Calias autem in ſeptima hiſtoria de rebus ita ſcribit:

Hactenus Calias. Polemõ uero ſic ait:ĩ libro qui inſcribitur:

Hæc Polemon. Sed & Anaxagoras in tertia hiſtoria ſua de loci diuinitate ita ſcribit:

Abſoluta ẽ extĩo & auctoribus idoneis aſſerta explanatio uirgiliani loci quem litteratores noſtri nec obſcurum putant:cõtenti uel ipſi ſcire uel inſinuare diſcipulis Palicum dei eſſe cuiuſdam nomen. Quis ſit autem deus iſte uel ũde ſit dictus:tã neſciũt q̃ ſcire nolũt:quia nec ubi quærãt ſuſpicantur: quaſi græcæ lectiõis exptes. Nec illos uerſus relinquemus intactos:qui ſunt in primo γεοργικῶν:

Humida ſolſtitia atq; hyemes orate ſerenas
Agricolæ. hyberno lætiſſima puluere farra.
Lætus ager nullo tãtũ ſe miſia cultu
Iactat:& ipſa ſuas mirãtur gargara meſſes.

Sẽſus hic cũ uideať obſcurior: pauloq; perplexius q̃ poetæ huius mos ẽ pronũtiatus:tamen habet ĩ ſe animaduertendam quæſtionem ex græca antiquitate ueniẽtem. Quæ ſit iſta gargara: quæ Virgilius eſſe uoluit fertilitatis exemplar. Gargara hæc igitur ſunt ĩ miſia:quæ eſt helleſpõti prouĩcia. Sed ſignificatio nominis & loci duplex eſt. Nam & cacumen montis idæ:& oppidum ſub eodem monte hoc nomine uocantur. Homerus ſignificationé cacũinis ita poſuit γάργαρον ἄκρον. Hic gargarũ pro excelſiſſĩo mõtis loco accipi cõuẽire & ipſe ſẽſus ĩdiciũ facit. Nã de Ioue loq̃tur. Sed & alibi eodem Homero teſte manifeſtius exprimitur:

Et Epicharmus uetuſtiſſĩus poeta ĩ fabula quæ ĩſcribit̃ troes: ita poſuit:

Ex his liquido claret gargara cacumen idæ mõtis appellitari. Pro oppi-
do autem gargara qui dixerĩt: enumerabo. Ephorus notiſſĩus hiſtoriaꝝ
ſcriptor in libro quinto ſic ait:

Nec Ephorus ſolus: ſed etiam Phileas uetus ſcriptor in eo libro ꝗ inſcri-
bitur aſia: ſic meminit:
Arati etiam liber elegion fertur: in quo de Diotimo quodã poeta ſic ait:

Ex his uerſibus etiã ciuiũ nomen innotuit: quia gargares uocant̃. Cum
igitur conſtet gargara nunc pro montis cacumine: nunc pro oppido ſub
eodem monte poſito accipienda: Virgilius non de ſummo monte: ſed
de oppido loquitur. Cur tamen gargara poſuerit: ut locum frugum fe-
racem requiramus: et omnem quidem illam miſiam opimis ſegetibus
habitam ſatis conſtat: ſcilicet ob humorẽ ſoli. Vnde Virgilius ĩ ſupra-
dictis uerſibus cum dixiſſet: Hũida ſolſtitia: ĩtulit: nullo tantum ſe mi-
ſia cultu iactat: atq; diceret. Omnis regio quæ opportunos habuit hũo-
res æquiparabit fœcũditates aruorum miſiæ. Sed Homerus cum ait:

Humidum deſignat ſubiacentem mõti agrum. Nam polypidaea ſigni-
ficat fontibus abundantem. Vnde hæc gargara tãta frugum copia erat:
ut qui magnum cuiuſq; rei nũerum uellet exprimere: pro multitudine
immẽſa gargara nominaret. Teſtis Alceus: qui in celo tragœdia ſic ait:

Gargara ut uidetis mãifeſte poſuit ꝓ multitudĩe. Nec alr̃ Ariſtomenes:

Ariſtophanes autem comicus compoſito nomine ex arena & gargaris
innũerabilem: ut eius lepos eſt: numerum conatur exprimere. In fabu-
la enim Acharneuſin ait:

autem ſeorſum pro multis Varro ſæpe in menippeis ſuis poſuit. Sed
Ariſtophanes adiecit gargara ad ſignificationem nũeroſitatis ĩnumeræ.
Eſt ergo ſecundum hæc ſenſus horum uerſuum talis. Cum ea ſit anni
tẽperies: ut hyems ſerena ſit: ſolſtitium uero imbricum: fructus optime
proueniunt. Hæc autem adeo agris neceſſaria ſunt: ut ſine iis nec illi na-
tura ſecundiſſimi miſiæ agri reſponſuri ſint opinioni fertilitatis: quæ de
his habetur. Addit miſiæ nominatim gargara: ꝙ ea urbs poſita in imis
radicibus idæ montis defluentibus inde humoribus irrigetur: poſſitq;
uideri ſolſtitiales imbres non magnopere deſiderare. Hoc ĩ loco ad fidẽ
ſenſui faciendam: ꝙ uliginoſa ſit non ſola gargara prouĩcia montis: ſed
& uniuerſæ miſiæ arua: adhiberi poteſt teſtis Eſchylus:

Quid de græcis in hoc loco traxerit diximus. Addemus præterea hoc cũ
iocunditatis gratia: et ut liqueat Virgilium noſtrum undiq; ueterum
ſibi ornamenta traxiſſe: unde hoc dixerit: hyberno lætiſſima puluere far-
ra. In libro enim uetuſtiſſimorum carminũ qui ante omnia quæ a lati-
nis ſcripta ſunt: cõpoſitus ferebatur: inuẽitur hoc ruſticum uetus cãticũ:
Hyberno puluere: uerno luto grandia farra Camille metes. Noĩa pocu-
loꝝ Virgilius plerũq; græca põit: ut carcheſia ut cymbia ut cantaros ſcy-
phos. De carcheſiis ita: Cape meonii carcheſia bacchi oceano libẽus ait.
Et alibi: Hic duo rite mero libans carcheſia baccho.
De cymbiis: Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte.
De cantaro: Et grauis attrita pendebat cantarus anſa.
De ſcyphis: Et ſacer impleuit dextram ſcyphus. Ea autẽ cuius figuræ
ſint: quiſue eorum fecerit mẽtionẽ: nemo quærit contenti ſcire cuiuſce-
modi eſſe pocula. Et ſcyphos quidem cantaroſq; conſueta uulgi noĩa
ferẽdũ ſi trãſeãt. Sed de carcheſiis cymbiiſq; quæ apud latĩos haud ſcio
an nunꝗ̃ repperias: apud græcos autem ſunt rariſſima: non uideo cur nõ
cogantur ĩquirere: quid ſibi noua & pegrĩa græca nomina uelĩt. Eſt aũt
carcheſium poculũ græcis tantũmodo notum. Meminit eius Pherecides
ĩ libris hiſtoriarum: aitq; Iouẽ Alcumenæ precium cõcubitus carcheſiũ
aureum dono dediſſe. Sed Plautus inſuetum nomen reliquit: aitq; in
fabula Amphitryõe paterã datam: cum longe utriuſq; poculi figura di-
uerſa ſit. Patera enim ut & ipſum nomen indicio eſt: planũ ac patens ẽ.
Carcheſium uero procerum & circa mediam partem compreſſũ anſatũ
mediocriter anſis a ſũmo ad infimum pertingentibus. Aſclepiades aũt
uir inter græcos apprime doctus ac diligens: carcheſia a nauali re exiſtĩat
dicta. Ait enim naualis ueli partem ĩferiorem paternam uocari: at circa
mediam ferme partem τράχηλον dici: ſũmam uero partem carcheſiũ
nominari: & inde diffundi ĩ utrũq; ueli latus: eaq; cornua uocãtur. Nec
ſolus Aſclepiades meminit huius poculi: ſed & alii illuſtres poetæ: ut
Sappho quæ ait:

Sophocles in fabula quæ inſcribitur:
Hæc de carcheſiis ignoratis latinitati: & ſola græcia celebratis. Sed nec
cymbia in noſtro ſermone reperies. Eſt enĩ a græcorum paucis relatum.
Phelimon notiſſimus comicus in fãtaſmate ait:

Anaxandrides etiam comicus in fabula a græcis:

Meminit eius & Demoſthenes ĩ orõne quæ ẽ ĩ Midiã. Cymbia aũt hæc: ut ipſius nõinis figura ĩdicat: diminutiue a cymba dicta: quod & apud græcos & apud nos ab illis trahẽtes nauigii genus eſt. Ac ſane aĩaduerti ego apud græcos multa poculorum genera a re nauali cognominata: ut carcheſia ſupra docui: ut hæc cymbia pocula procera ac nauibus ſimilia. Meminit huius poculi Eratoſthenes uir longe doctiſſimus ĩ epiſtola ad Agetorẽ lacedæmoniũ his uerbis: Fuerũt: q cymbiũ a ciſſimbio per ſincopã dictũ exiſtĩauerũt. Ciſſimbii aũt (ut de Homero taceam: qui hoc poculum Cyclopi ab Vlyxe datum memorat) multi faciunt mentionem: uoluntq; nonnulli ꝓprie ciſſibium ligneum eſſe poculum ex hedera: id eſt κισσοῦ. Et Nicander quidam colophõius in primo hialicon ſic ait:

Sed & Callimachus meminit huius poculi:

Qui autem ciſſimbium ex hedera factum poculum ὅιον ἐκ κίσσου non dici arbitrãt᷑: Euripidis auctoritate niti uidẽt᷑: qui ĩ Andromacha ſic ait:

Hæc de cymbio. Sequitur ut quando cãtarum & poculi & nauigii genus eſſe ſupradiximus: probetur exemplis. Et pro poculo quidem nota res eſt: uel ex ipſo Virgilio qui apertiſſime proprium Liberi patris poculum aſſignat Sileno. Sed id ut ſupra polliciti ſumus etiam pro nauigio poni ſolitum debemus oſtendere. Menander in nauclero:

Et ſacer ĩpleuit dextrã ſcyphus. Scyphus Herculis poculũ eſt: ita ut Liberi p̃ris cãtarus. Herculẽ uero fictores ueteres non ſĩe cauſa cũ poculo fecerunt: & nõnũq̃ caſſabundũ & ebrium: non ſolum ꝙ is heros bibax fuiſſe perhibetur: ſed etiam ꝙ antiqua hiſtoria eſt: Herculẽ poculo tanq̃ nauigio uentis immenſa maria tranſiſſe. Sed de utraq; re pauca ex græcis ãtiquitatibus dicã. Et multibibum heroa iſtum fuiſſe: ut taceã quæ uulgo nota ſunt: illud non obſcurum argumẽtum eſt: quod Ephippus in Buſiride inducit Herculẽ ſic loquẽtem:

Eſt etiam hiſtoria non adeo notiſſima nationẽ quãdã hõinũ fuiſſe ꝓpe heracleã ab Hercule cõſtitutã cilicranoꝝ cõpoĩto noĩe ἀπὸ τῆς κύλικος

Quod poculi genus nos una littera immutata calicem dicimus. Poculo autem Herculem ductũ ad ἐρύθειαν .i. hiſpaniæ ĩſulam nauigaſſe: & Pniaſtis egregius ſcriptor græcorum dicit: et Pherecides auctor eſt: quorũ uerba ſubdere ſupſedi: quia ꝓpiora ſunt fabulæ q̃ hiſtoriæ. Ego tamen arbitror nõ poculo Herculẽ maria tranſuectum: ſed nauigio cui ſcypho nomen fuit: ita ut ſupra cantarum & carcheſium & a cymbiis deriuata cymbia: omnia hæc aſſeruimus nauigiorum uocabula. Nomina quoq; Virgilius nonnunq̃ ex antiquiſſimis græcorum hiſtoriis mutuat᷑. Scitis apud illũ unam ex comitibus Dianæ Opin uocari. Quod nomẽ uulgo fortaſſe temere impoſitum uel etiam fictum putat᷑ ab ignorãtibus inſidioſũ poetã cognomen quod a ueteribus græcis ſcriptoribus ipſi Dianæ fuerat impoſitum: comiti eius aſſignare uoluiſſe. Sed Virgilius ſic ait:

Velocem interea ſuperis in ſedibus opin
Vnam ex uirginibus ſociis ſacraq; caterua
Compellabat: & has triſtis latonia uoces Ore dabat. Et infra:
At triuiæ cuſtos iam dudum in montibus opis.

Opin inquit comitem & ſociam Dianæ. Sed audite ũde Virgilius hoc nomẽ acceperit: q ut dixi quod epitheton ipſuiſce legerat: ſociæ eius impoſuit. Alexander ætholus poeta egregius in libro qui inſcribitur muſæ: refert quãto ſtudio populus epheſius dedicato templo Dianæ curauerit premiis propoſitis: ut qui tunc erant poetæ ingenioſiſſimi: ĩ deã carmĩa diuerſa componerent. In his uerſibus Opis nõ comes Dianæ: ſed Diana ipſa uocata eſt. Loquitur aũt (ut dixi) de populo epheſio:

Apparuit (ni fallor) Opin Dianam dictam: & Virgiliũ de nimia doctrĩa hoc nomen in eius comitem tranſtuliſſe. Exceſſere omnes adytis ariſq; relictis dii. Hoc unde Virgilius dixerit: nullus inquirit: ſed conſtat illũ de Euripide traxiſſe: qui in fabula troadibus inducit Apollinem: cũ troia capienda eſſet: iſta dicentem:

Qui uerſus docent unde Virgilius uſurpauerit diſceſſiſſe deos a ciuitate iam capta. Nec hoc ſine auctoritate græcæ uetuſtatis eſt: quod ait:

Ipſa iouis rapidum iaculata e nubibus ignem.

Euripides enim inducit Mineruam uentos contra græcorum claſſem a Neptuno petentem: dicẽtemq; debere illum facere quod Iupiter fecerit: a quo in græcos fulmẽ acceperit. Apud Virgilium Pan niueo lanæ munere lunam illexiſſe perhibetur in nemora alta uocans. Munere ſic niueo lanæ ſi credere dignũ eſt: et reliqua. In hoc loco Valerius Probus uir perfectiſſimus notat neſcire ſe hanc hiſtoriam ſiue fabulam: quo referat auctore. Quod tãtum uirum fugiſſe miror. Nam Nicander huius eſt

auctor hiſtoriæ poeta: quem Didymus grãmaticorum omnium quique ſint: quique fuerint inſtructiſſĩus fabuloſũ uocat. Quod ſciẽs Virgilius adiecit: ſi credere dignum: adeo ſe fabuloſo uſum auctore fatetur. In tertio libro curſim legitur: neq; unde tranſlatũ ſit: quæritur:

Quæ phœbo pater omnipotens: mihi phœbus apollo Prædixit & cætera.

In talibus locis grãmatici excuſãtes ĩperitiam ſuã ĩuentiones has ingenio magis q̃ doctrinæ Maronis aſſignant: nec dicant eum ab aliis mutuatũ: ne nominare auctores cogãtur. Sed affirmo doctiſſimum uatem etiam ĩ hoc Aeſchylum eminentiſſimum tragœdiarum ſcriptorem ſecutum: q in fabula quæ latina lingua ſacerdotis inſcribitur: ſic ait:

Ecquid clarum factum? inde ſumpſiſſe Virgilium: ꝙ Apollo ea uaticinetur: quæ ſibi Iupiter fatur? Probatum ne uobis eſt Virgilium ut ab eo intelligi non poteſt: qui ſonum latinæ uocis ignorat: ita nec ab eo poſſe qui græcam non hauſerit extrema ſatietate doctrinam. Nam ſi faſtidiũ facere non timerẽ: ĩgẽtia poterã uolumĩa de his quæ a penitiſſia græcoꝝ doctrĩa tñſtuliſſet: ĩplere. Sed ad fidẽ rei ꝓpoſitæ relata ſufficiẽt.

## MACROBII AVRELII THEODOSII VIRI CONSVLARIS ET ILLVSTRIS SATVRNALIORVM LIBER SEXTVS.

### DE His quæ a latinis Maro tranſtulit. Cap.

IC PRAETEXTATVS MIRVM INQVIT ĩ modũ digeſſit Euſtachius quæ de græca ãtiqtate carmini ſuo Virgilius ĩſeruit. Sed meminimus uiros inter omnes noſtra ætate lõge doctiſſimos Furium Cecinnãq; Albinũ promiſiſſe ſe prodituros: quid idem Maro de antiquis ſcriptoribus traxerit. Quod nunc ut fiat: tẽpus admonet. Cumq; omnibus idem placeret: tum Furius Albinus: Etſi uereor: ne dum oſtendere cupio quãtum Virgilius noſter ex antiquorum lectione profecerit: & quos ex omnibus flores uel quæ in carminis ſui decorem ex diuerſis ornamenta leuauerit: occaſionem reprehendendi uel imperitis uel malignis miniſtrem exprobãtibus tanto uiro alieni uſurpationem: nec conſiderantidus hunc eſſe fructum legendi: æmulari ea quæ ĩ aliis probes: & quæ maxĩe inter aliorum dicta mireris: in aliquem uſum tuũ opportuna deriuatione conuertere. quod & nr̃i tã ĩter ſe q̃ a græcis & græcoꝝ excellẽtes ĩter ſe ſæpe fecerũt. Et ut de alienigenis taceam: poſſem pluribus edocere quantũ ſe mutuo cõpilarint bibliothecæ ueteris auctores. Quod tamen opportune alias (ſi uolẽtibus uobis erit) probabo. Vnum nũc exemplum proferã: quod ad probanda quæ aſſero pene ſufficiet. Affranius enim togatarũ ſcriptor in ea togata quæ cõpitalia inſcribitur: nõ ĩuerecũde reſpõdẽs arguẽtibus ꝙ plura ſumpſiſſet a Menandro: Fateor inquit: ſũpſi non ab illo modo: ſed ut quiſquis habuit quod conueniret mihi: quodq; me non poſſe melius facere credidi: etiam a latino. Quod ſi hæc ſocietas & rerũ communio poetis ſcriptoribuſq; omnibus ĩter ſe exercẽda conceſſa eſt: quis fraudi Virgilio uortat: ſi ad excolendum ſe quædam ab antiquioribus mutuatus ſit? Cui etiam gratia hoc nomine eſt habẽda: ꝙ nonnulla ab illis in opus ſuum quod æterno manſurum eſt: tranſferendo: fecit ne omnino memoria ueterum deleretur: quos (ſicut præſẽs tempus oſtendit) non ſolum lectui uerum etiam riſui habere iã cœpĩus. Deniq; & iudicio tranſferendi & modo imitandi conſecutus eſt: ut quod apud illum legerimus alienũ: aut illius eſſe malimus: aut melius hic q̃ ubi natum eſt: ſonare miremur. Dicam itaq; primum quos ab aliis traxit uel ex dimidio ſui uerſus uel pene ſolidos. Poſt hoc locos integros cũ pua quadam mutatione tranſlatos: ſenſuſue ita tranſcriptos: ut unde eſſent eluceret: immutatos alios ut tamen origo eorum non ignoraretur. Poſt hæc quædam de his quæ ab Homero ſumpta ſunt: oſtendam non ipſum ab Homero tuliſſe: ſed prius alios inde ſumpſiſſe: & hũc ab illis quos ſine dubio legerat: tranſtuliſſe.

Ennius libro primo.

Vertitur interea cælum & ruit oceano nox.

Ennius ſexto.

Vertitur interea cælum cum ingentibus ſignis:<br>
Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.

Ennius in primo.

Qui cælum uerſat ſtellis fulgentibus aptum.

Et in tertio.

Cælum proſpexit ſtellis fulgentibus aptum.

In decimo.

Hic nox præceſſit ſtellis ardentibus apta:<br>
Conciliumq; uocat diuum pater atq; hominum rex.

In ſexto.

Tum cum corde ſuo diuum pater atq; hominum rex.<br>
Eſt locus heſperiam graii cognomine dicunt.

In primo.

Eſt locus heſperiam quam mortales perhibebant:<br>
Tuq; o thybri tuo genitor cum flumine ſancto.

In primo.
Teq; pater thyberine tuo cum flumine ſancto.
Accipe daq; fidem:ſunt nobis fortia bello Pectora.
In primo.
Accipe daq; fidem:fœduſq; feri bene firmum.
Et lunam in nimbo nox intempeſta tenebat.
In primo.
Cum ſuperum lumen nox intempeſta teneret.
Tu tamen interea calido mihi ſanguine pœnas Perſolues.
In primo.
Nec pol homo quiſq̄ faciet impune animatus
Hoc:niſi tu.nam mihi calido das ſanguine pœnas.
Concurrunt undiq; tælis Indomiti agricolæ.
Ennius in tertio.
Poſtq̄ defeſſi ſunt:ſtant & ſpargere ſeſe:
Haſtis anſatis concurrunt undiq; tælis.
Summa nituntur opum ui.
Ennius in quarto.
Romani ſcalis ſumma nituntur opum ui.
Et in decimoſexto.
Reges per regnum ſtatuaſq; ſepulcraq; quærunt.
Aedificāt nomen:ſumma nituntur opum ui.
Et mecum ingentis oras euoluite belli.
Ennius in ſexto.
Qui potis ingentis oras euoluere belli.
Ne qua meis dictis eſto mora:iuppiter hac ſtat.
Ennius ī ſeptimo.
Non ſemper ueſtra euertit:nunc iuppiter hac ſtat.
Inuadunt urbem ſomno uinoq; ſepultam.
Ennius in octauo.
Nunc hoſtes uino domiti ſomnoq; ſepulti.
Tollitur in cælum clamor:cunctiq; latini
Ennius in ſeptimodecimo.
Tollitur in cælum clamor exortus utriſq;:
Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum.
Ennius in ſexto.
Explorant numidæ:totam quatit ungula terram.
Idem in octauo.
Cum ſequitur ſummo ſonitu quatit ungula terram.
Idem in decimoſeptimo.



It eques:& plauſu caua concutit ungula terram:
Vnus qui nobis cuntando reſtituit rem.
Ennius in.xii.
Vnus homo nobis cuntando reſtituit rem.
Corruit in uulnus:ſonitum ſuper arma dederunt.
Ennius in.xvi.
Concidit:& ſonitum ſimul inſuper arma dederunt.
Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras.
Lucretius in.ii.
Cum primum aurora reſpargit lumine terras.
Flammarum longos a tergo inuoluere tractus.
Lucretius in.ii.
Non ne uides longos flammarum ducere tractus.
Ingeminant abruptis nubibus ignes.
Lucretius in.ii.
Nunc hinc nunc illinc abruptis nubibus ignes:
Belli ſimulacra ciebat.
Lucretius in.ii.
Componunt:complent:belli ſimulacra cientur.
Simulacraq; luce carentum.
Lucretius in.iiii.
Cum ſæpe figuras
Contuimur miras:ſimulacraq; luce carentum:
Aſper acerba tuens retro redit.
Lucretius in.v.
Aſper acerba tuens immani corpore ſerpens:
Tithoni croceum linquens aurora cubile.
Furius in primo annali.
Interea oceani linquens aurora cubile:
Quod genus hoc hominum?quæue hunc tam barbara morem?
Furius in.vi.
Quod genus hoc hominum ſaturno ſancte create?
Rumoreſq; ſerit uarios:ac talia fatur.
Furius in.x.
Rumoreſq; ſerunt uarios:ac multa requirunt.
Nomine quenq; uocans:reficitq; in prælia pulſos.
Furius in.x.
Nomine quenq; ciet.dictorum tempus adeſſe
Commemorat. Deinde infra.
Confirmat dictis: ſimulatq; exuſcitat acris

Ad bellandum animos: reficitq; ad prælia mentes.
Dicite pierides: non omnia poſſumus omnes.
Lucretius in quinto.
Maior erat natu: non omnia poſſumus omnes.
Diuerſi circunſpiciunt: hoc acrior idem.
Pacuuius ĩ Medea.
Diuerſi circunſpicimus: horror percipit.
Ergo iter inceptum peragunt rumore ſecundo.
Sueuius in libro.v.
Redeunt referuntq; petita rumore ſecundo.
Nunq̃ hodie effugies: ueniam quocunq; uocaris.
Neuius in equo troiano.
Nunq̃ hodie effugies: quin mea manu moriare.
Vendidit hic auro patriam: dominumq; potentem
Impoſuit: fixit leges precio atq; refixit.
Varius de morte.
Vendidit hic latium populis: agroſq; quiritum
Eripuit: fixit leges precio atq; refixit:
Vt gemma bibat: & ſarrano dormiat oſtro.
Varius de morte.
Incubet & tyriis: atq; ex ſolido bibat auro.
Talia ſæcla ſuis dixerunt currite fuſis.
Catullus.
Currite ducentes ſubtegmina currite fuſi.
Fœlix heu nimium fœlix ſi littora tantum
Nunq̃ dardaniæ tetigiſſent noſtra carinæ.
Catullus.
Iuppiter omnipotens utinam non tempore primo
Gnoſia cecropiæ tetigiſſent littora puppes.
Magna oſſa lacertoſq; exuit.
Lucretius in.xvii.
Magna oſſa lacertiq; apparent homini.
Placidam per membra quietem Irrigat.
Furius in primo.
Mitemq; rigat per pectora ſomnum.
Lucretius in.iiii.
Nunc quibus ille modis ſomnus per membra quietem Irrigat.
Campoſq; liquentes.
Lucretius ĩ.vi.de mari ſile.
Et liquidam molem campoſq; natantes.

Et geminos duo fulmina belli ſcipiadas.
Lucretius in.iii.
Scipiades belli fulmen carthaginis horror.
Et ora triſtia tentantum ſenſu torquebit amaror.
Lucretius in.ii.
Fœdo pertorquet ora ſapore.
Morte obita qualis fama eſt uolitare figuras.
Lucretius in.i.
Cernere uti uideamur eas audireq; coram.
Morte obita quorum tellus amplectitur oſſa.
Hic ẽ & illud Virgilii.
Et patris anchiſæ gremio complectitur oſſa,
Ora modis attollens pallida miris.
Lucretius in.i.
Sed quædam ſimulacra modis pallentia miris:
Tum gelidus toto manabat corpore ſudor.
Ennius in.xvi.
Tunc timido manat ex omni corpore ſudor,
Labitur uncta uadis abies.
Ennius in.xiiii.
Labitur uncta carina: uolat ſuper impetus undas.
Ac ferreus ingruit imber.
Ennius in.viii.
Haſtati ſpargunt haſtas: fit ferreus imber.
Apicem tamen incita ſummum Haſta tulit.
Ennius in.xvi.
Tamen inde uolans ſecum abſtulit haſta Inſigne.
Puluerulentus eques furit: omnes arma requirunt.
Ennius in.vi.
Bellatum pecudes quatit: omnes arma requirunt:
Nec uiſu facilis nec dictu affabilis ulli.
Actius ĩ Philoctete.
Quem neq; tueri contra neq; affari queas.
Aut ſpoliis ego iam raptis laudabor opimis:
Aut leto inſigni.
Actius in armorũ iudicio.
Nã trophæũ ferre me a forti uiro pulchrũ eſt.
Si autem & uincar: uinci a tali nullum eſt probrum.
Nec ſi miſerum fortuna ſinonem
Finxit: uanum etiam mẽdacemq; improba finget.

Actius in Telepho.
Nam ſi a me regnum fortuna atq; opes
Eripere quiuit:& uirtutem nequiuit:
Diſce puer uirtutem ex me uerumq; laborem:
Fortunam ex aliis.

Actius ĩ armoꝝ iudicio.
Virtuti is par: diſpar fortunis patris.
Iam iam nec maxima iuno:
Nec ſaturnius hæc oculis pater aſpicit æquis.

Actius ĩ Antigona.
Iam iam neq; dii regunt:
Neq; profecto deum ſummus rex omnibus curat.
Num capti potuere capi:num incenſa cremauit Troia uiros?

Ennius ĩ.x.cũ de pgamis loqueret.
Quæ neq; dardaniis campis potuere perire:
Nec cum capta capi: nec cum combuſta cremari.
Multi præterea quos fama obſcura recondit.

Ennius ĩ Alexandro.
Multi alii aduentant:paupertas quorum obſcurat nomina.
Audentes fortuna iuuat.

Ennius in.vii.
Fortibus eſt fortuna uiris data.
Recoquunt patrios fornacibus enſes:
Et curuæ rigidum falces conflantur in enſem.

Lucretius in.v.
Inde minutatim proceſſit ferreus enſis.
Verſaq; in obſcurum ſpẽs ẽ falcis aenæ.
Pocula ſunt fontes liquidi atq; exercita curſu Flumina.

Lucretius in.v.
Adſedare ſitim fluuii fonteſq; uocabant.
Quos rami fructus:quos ipſa uolentia rura
Sponte tulere ſua:carpſit.

Lucretius in.v.
Quod ſol atq; imbres dederat : quod terra crearat
Sponte ſua:ſatis id placarat pectora donum.
Poſt uerſus ab aliis uel ex integro uel ex parte tranſlatos : uel quædam immutando uerba tanq̃ ſucco alio tinctos: nunc locos locis componere: ſed & animo ut unde formati ſint:quaſi de ſpeculo cognoſcas.

Lucretius in.i.
Nec ſum animi dubius uerbis ea uincere : magnum




Fumidus atq; alte ſpumis exuberat amnis:
Nec iam ſe capit unda:uolat uapor ater ad auras.
ὧς δὲ λέβης ζεῖ ἔνδοθέπιγόμενος πυρὶ πολλῷ
κνίσῃ μέλδομενος ἁπαλλατροφέος σιαλοιο
πάνδοθεν ἀμφολαδὴν ὑπὸ δὲ ξύλα καγκανα κεῖται
Græci uerſus aheni continent mentionẽ multo igne ebullientis:& totũ ipſum locum hæc uerba ornãt. Nam ſcaturigines ex omni parte emergentes ſic eleganter expreſſit. In latinis uerſibus tota rei pompa deſcripta eſt:ſonus flammæ. Et per hoc quod ille dixerat:exultantes æſtu latices et amnem fumidum exuberantem ſpumis atq; intus furentem (unius enim uerbi non reperiens ſimilem dignitatem compenſauit quod deerat copiæ uarietate deſcriptiõis) adiecit poſt omnia : nec iam ſe capit unda : quo expreſſit:quod ſemp uſu euenit ſuppoſiti nimietate caloris. Bene ergo ſe habet poeticæ tubæ cultus : oĩa quæ in hac re eueniunt comprehendens.
Portam quæ imperio ducis cõmiſſa recludunt
Freti armis:ultroq; inuitant mœnibus hoſtem.
Ipſi intus dextra ac leua pro turribus aſtant
Armati ferro & criſtis capita alta coruſcis.
Quales aereæ liquẽtia flumina circum
Siue padi ripis atheſim ſeu propter amœnum
Conſurgunt geminæ quercus:intonſaq; cælo
Attollunt capita:& ſublimi uertice nutant.
νήπιοι ἐνδὲ πύλησι δύο ἀνέρε εὗρον ἀρίςω
υἷας ὑπερθύμους λαπιθάων αἰχμητάων
ἕστασαν ὥς ὅτε δρύες οὔρεσιν ὑπηκάρηνοι
αἱ τ᾽ἄνεμον μίμνουσι καὶ ὑετὸν ὕματα παντα
ῥίζῃσι μεγάλησι διηνεκέες αραρυῖαι
ὥς ἄρα τω χέιρεσσι πεποιθότες ἠδὲ βίηφί
μίμνον ἐπερχόμενον μέγαν ἄσιον οὐδὲ φέβοντό.
Græci milites Polipoetes & Leonteus ſtãt pro portis:& iã mobiles aſiũ aduenientem hoſtem uelut fixæ arbores opperiũtur. Hactenus ẽ græca deſcriptio. Verum uirgiliana Bitiam & Pãdaꝝ portam ultro recludere facit oblaturos hoſti:quod pro uoto quærebãt:ut compos caſtroꝝ fieret per hoc futurus in hoſtium poteſtate. Et geminos heroas modo turres uocat:modo deſcribit luce criſtarum coruſcos. Nec arborum ut ille ſimilitudinem prætermiſit:ſed uberius eã pulchriuſq; deſcripſipſit. Nec hoc negauerim cultius a Marone prolatum.
Olli dura quies oculos & ferreus urget
Somnus:in æternam clauduntur lumina noctem.

ὣς ὁ μὲν αὖθι πεσὼν κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον.
In aliquibus par pene ſplendor amborum eſt. uti
Spargit rapida ungula rores
Sanguineos: mixtaq; cruor calcatur arena.

Et luce coruſcus ahena.

Quærit pars ſemina flammæ.
σπέρματα πυρός.
Indum ſanguineo ueluti uiolauerit oſtro
Siquis ebur.
ὡς δ᾽ ὅτε τίς τ᾽ ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ
Si tangere portus
Infandum caput ac terris adnare neceſſe eſt:
Et ſic fata iouis poſcunt: hic terminus hæret.
At bello audacis populi uexatus & armis
Finibus extorris: complexu auulſus iuli
Auxilium īploret: uideatq; indigna ſuorum
Funera: nec cum ſe ſub leges pacis iniquæ
Tradiderit: regno aut optata luce fruatur:
Sed cadat ante diem mediaq; inhumatus arena.
ἀλλ᾽ εἰ οἱ μοῖρ᾽ ἐστὶ φίλους τ᾽ ἰδέειν καὶ ἱκέσθαι
δός μὴ Ὀδυσσῆα πτολιπόρθιον οἴκαδ᾽ ἱκέσθαι
οἶκον ἐυκτίμενον καὶ ἐὴν ἐς πατρίδα γαῖαν
ὀψὲ κακῶς ἔλθοι ὀλέσας ἄπο πάντας ἑταίρους
νηὸς ἐπ᾽ ἀλλοτρίης εὕροι δ᾽ ἐν πήματα οἴκῳ.
Proxima circeæ raduntur littora terræ:
Diues inacceſſos ubi ſolis filia lucos
Aſſiduo reſonat cantu: tectiſq; ſuperbis
Vrit odoratam nocturna in lumina cædrum:
Arguto tenues percurrens pectine telas.
ναῖεν ἐυπλόκαμος. τὴν δ᾽ ἔνδοθι τέτμεν ἐοῦσαν
πῦρ μὲν ἐπ᾽ ἐσχαρόφιν μέγα καίετο· τηλόσε δ᾽ ὀδμὴ
κέδρου τε ἐυκεάτοιο θύου τ᾽ ἀνὰ νῆσον ὀδώδει
δαιομένων· ἡ δ᾽ ἔνδον ἀοιδιάουσ᾽ ὀπὶ καλῇ
ἱστὸν ἐποιχομένη χρυσείῃ κερκίδ᾽ ὕφαινεν

Meonio regi: quem ſerua licinia furtim
Suſtulerat: uetitiſq; ad troiam miſerat armis.

Ille autem expirans: non me quicunq; es inulto
Victor nec longum lætabere: te quoq; fata
Proſpectant paria: atq; eadem mox arua teneb. s.
οὔ θην οὐδ᾽ αὐτὸς δηρὸν βέῃ, ἀλλά τοι ἤδη
ἄγχι παρέστηκε θάνατος καὶ μοῖρα κραταιὴ
χερσὶ δαμέντ᾽ Ἀχιλῆος ἀμύμονος Αἰακίδαο.
Ad quem ſubridens mixta mezentius ira:
Nunc morere. aſt de me diuum pater atq; hominum rex Viderit.
τὸν καὶ τεθνηῶτα προσηύδα δῖος Ἀχιλλεύς
τέθναθι· κῆρα δ᾽ ἐγὼ τότε δέξομαι ὁππότε κεν δὴ
Ζεὺς ἐθέλῃ τελέσαι ἠδ᾽ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι.
Qualis ubi aut leporem aut candenti corpore cygnum
Suſtulit alta petens pedibus iouis armiger uncis.
Quæſitum aut matri multis balatibus agnum
Martius a ſtabulis rapuit lupus.
ὤρμησεν δὲ ἀλεὶς ὥς τ᾽ αἰετὸς ὑψιπετήεις
ὅς τ᾽ εἶσι πεδίονδε διὰ νεφέων ἐρεβεννῶν
ἁρπάξων ἢ ἄρν᾽ ἀμαλὴν ἢ πτῶκα λαγωόν.
Vndiq; clamor
Tollitur. inuadunt & foſſas aggere complent.

Et quia non eſt erubeſcendum: ſi minorem ſe Homero uel ipſe fateatur:
dicam in quibus mihi uiſus ſit gracilior auctor.
Tum caput orantis nequicq̄ & multa parantis
Dicere deturbat terræ: truncumq; reliquit.
Hi duo uerſus de illo tranſlati ſunt:
ἦ καὶ ὁ μέν μιν ἔμελλε γενείου χειρὶ παχείῃ
ἁψάμενος λίσσεσθαι ὁ δ᾽ αὐχένα μέσσον ἔλασσε
φασγάνῳ ἀΐξας ἀπὸ δ᾽ ἄμφω κέρσε τένοντε
φθεγγομένου δ᾽ ἄρα τοῦ γε κάρα κονίῃσιν ἐμίχθη.
Vide nimiā celeritatē ſaluo pōdere: ad quā nō potuit conatus Maronis accedere. In curruli certamine Homerus alterū currū paululū ātecedētē & alterū pene coniunctum ſequendo qua luce ſignauit?

ὢκα δὲ ἔπειτα
αἱ φηρητιάδαο ποδώκεες ἔκφερον ἵπποι
τὰς δὲ μετεξέφερον διομήδεος ἄρσενες ἵπποι
τρώιοι οὐδέτι πολλὸν ἀνευθέσαν ἀλλὰ μαλ᾽ ἐγγύς
αἰεὶ γὰρ δίφρου ἐπιβησομένοισιν εἴκτην
πνοιῆι δ᾽ εὐμήλοιο μετάφρενον εὐρέε τ᾽ ὤμω
θέρμετ᾽ ἐπ᾽ αὐτῶ γὰρ κεφαλὰς καταθέντε πετέσθην
Humeſcunt ſpumis flatuq; ſequentum.
Mirabilior eſt celeritas cōſequētis priorē curſu pedū apud eūdē uatē.
ἴχνια τύπτε πόδεσσι πάρος κόνιν ἀμφιχυθῆναι
Eſt autem huius uerſus hic ſēſus. Si per ſolum puluereum forte curriat: ubi pes fuerit de terra a currente ſublatus: ueſtigium ſine dubio ſignatum uidetur: & tamen celerius cogitatione puluis qui ictu pedis fuerat excuſſus: ueſtigio ſuperfūditur. Ait enim diuinus poeta: ita proximum fuiſſe qui ſequebatur: ut occuparet antecedentis ueſtigium ātēq̄ puluis ei ſuperfunderet. At hic uidetur idē ſignificare cupiēs quod ait: Calceq; terit iam calce diores. Vide & ī hoc Homeri cultum ἢ καὶ ἀνακλινθεὶς πέσεν ὕπτιος. Iſte ait: Ceruicem īflexam poſuit.
Hos quoq; uerſus (ſi uidetur) comparemus.
ἅρματα δ᾽ ἄλλοτε μὲν χθονὶ πίλνατο πουλυβοτείρῃ
ἄλλοτε δ᾽ ἀίξασκε μετήορα.
Iamq; humilis iamq; æta ti ſublime uidetur
Aera per tenerum ferri.
πασάων δ᾽ ὑπὲρ ἥγε κάρη ἔχει ἠδὲ μέτωπα.
Gradienſq; deas ſupereminet omnes.
ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι ὀλύμπια δώματ᾽ ἔχουσαι
ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε πάρεστέ τε ἴστε τε πάντα.
Et meminiſtis enim diuæ: & memorare poteſtis.

Clamores ſimul horrendos ad ſydera tollit:
Qualis mugitus fugit cum ſaucius aram
Taurus: & incertam excuſſit ceruice ſecurim.
Inſpecto hic utriuſq; filo quantam diſtantiam deprehendes? Sed nec hoc minus eleganter: quod de tauro ad ſacrificium tracto loquens meminit & Apollinis: ſed Neptuni meminit. His autem duobus præcipue rem diuinam fieri tauro teſtis eſt ipſe Virgilius.
Taurum neptuno taurum tibi pulcher appollo.
ἠΰτε πῦρ ἀΐδηλον ἐπιφλέγει ἄσπετον ὕλην
οὔρεος ἐν κορυφῆς ἕκαθεν δὲ φαίνεται αὐγή



ὡς δ᾽ ὅτε χείμαρροι ποταμοὶ κατ᾽ ὄρεσφι ῥέοντες
ἐς μισγάγκειαν συμβάλλετον ὄβριμον ὕδωρ
κρουνῶν ἐκ μεγάλων κοίλης ἔνδοθε χαράδρης
τῶν δέ τε τηλόσε δοῦπον ἐν οὔρεσιν ἔκλυε ποιμήν.
In ſegetem ueluti cum flamma furentibus auſtris
Incidit: aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros: ſternit ſata læta boumq; labores:
Præcipiteſq; trahit ſiluas. ſtupet inſcius alto
Accipiens ſonitum ſaxi de uertice paſtor.
Et duas parabolas temerauit: ut unam faceret: trahens hinc ignem inde torrentem: & dignitatem neutris impleuit.
ὡς δ᾽ ἄνεμοι δύω πόντον ὀρίνετον ἰχθυόεντα
βορέης καὶ ζέφυρος τώ τε θρῄκηθεν ἄητον
ἐλθόντ᾽ ἐξαπίνης ἄμυδις δέ τε κῦμα κελαινὸν
κορθύεται πολλὸν δὲ παρὲξ ἅλα φῦκος ἔχευαν.
Aduerſi rupto ceu quondam turbine uenti
Confligunt: zephyruſq; notuſq; & lætus eois
Eurus equis: ſtridunt ſiluæ: ſæuitq; tridenti
Spumeus atq; imo nereus ciet æquora fundo.
Demet huic uitium quod ſuperius incurrit: de duabus græcis parabolis unam dilucidius conſtruendo.
τοῖσιν δ᾽ ἴκμενον οὖρον ἵει ἑκάεργος ἀπόλλων
Proſequitur ſurgens a puppi uentus euntis.
Quod noſter dixit ἴκμενον: ueſter ait: Surgēs a puppi ſatis decore. Sed extollunt epitheta quæ tot & ſic apta uento noſter impoſuit.
σὺν δὲ δύω μάρψας ὥστε σκύλακας ποτὶ γαίῃ
κόπτ᾽ ἐκ δ᾽ ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέε δεῦε δὲ γαῖαν
τοὺς δὲ διαμελεϊστὶ ταμὼν ὡπλίσσατο δόρπον
ἤσθιε δ᾽ ὥστε λέων ὀρεσίτροφος οὐδ᾽ ἀπέλειπεν
ἔγκατά τε σάρκας τε καὶ ὀστέα μυελόεντα
Viſceribus miſerorum & ſanguine ueſcitur atro.
Vidi egomet duo de numero cum corpora noſtro
Prenſa manu magna medio reſupinus in antro Frangeret ad ſaxum.
Narrationē facti nudam & breuē Maro poſuit. Cōtra Homerus πάθος miſcuit: & dolore narrādi īuidiā crudelitatis æquauit.
τὴν δὲ μετ᾽ ἰφιμέδειαν ἀλωῆος παράκοιτιν
εἰσίδον ἣ δὴ φάσκε ποσειδάωνι μιγῆναι
καί ῥ᾽ ἔτεκεν δύο παῖδε μινυνθαδίω δὲ γενέσθην
ὦτόν τ᾽ ἀντίθεον τηλεκλειτόν τ᾽ ἐφιάλτην
τοὺς δὴ μηκίστους θρέψε ζείδωρος ἄρουρα

καὶ πολὺ καλλίστους μετά γε κλυτὸν ὠρίωνα
ἐννέωροι γὰρ τοίγε καὶ ἐννεαπήχεες ἦσαν
εὖρος ἀτὰρ μῆκος γενέσθην ἐννεόργυιοι
οἵ ῥα καὶ ἀθανάτοισιν ἀπειλήτην ἐν ὀλύμπω
φυλόπιδα στήσειν πολυάϊκος πολέμοιο
ὄσσαν ἐπ᾽ ὀλύμπω μέμασαν θέμεν αὐτὰρ ἐπ᾽ ὄσσῃ
πήλιον εἰνοσίφυλλον ἵν᾽ οὐρανὸς ἀμβατὸς εἴη.

Hic & aloidas geminos imania uidi Corpora: q̄ manibus magnū reſcīdere cælū Aggreſſi: ſuperiſq; iouē detrudere regnis. Homerus magnitudinē corporū alte lateq; dimēſus eſt: & uerbo℞ abitu mēbra depinxit. Veſter ait imania corpora: nihilq; ulterius adiecit: mēſura℞ nomina nō auſus attigere. Ille de conſtruēdis mōtibus conatū īſanæ molitiōis expreſſit. Hic aggreſſus reſcindere dixiſſe contentus eſt cælū. Poſtremo locū loco ſi compares: pudendam inuenies differentiam.

ὡς δ᾽ ὅτ᾽ ἐν αἰγιαλῷ πολυηχέϊ κῦμα θαλάσσης
ὄρνυτ᾽ ἐπασσύτερον ζεφύρου ὑποκινήσαντος
πόντω μέν τὰ πρῶτα κορύσσεται αὐτὰρ ἔπειτα
χέρσω ῥηγνύμενον μεγάλα βρέμει ἀμφὶ δέ τ᾽ ἄκρας
κυρτὸν ἐὸν κορυφοῦται ἀποπτύει δ᾽ ἁλὸς ἄχνην.

Fluctus uti primo cœpit cū albeſcere ponto: Paulatī ſeſe tollit mare: & altius undas Erigit: īde imo cōſurgit ad æthera fundo. Ille cum marino motu & littoris fluctus ab īitio deſcribit: hoc iſte præteruolat. Deinde quod ait ille πόντω μὲν τὰ πρῶτα κορύσσεται: Maro ad hoc uertit. Paulatī ſeſe tollit mare. Ille fluctus īcremēto ſuo ait ſublime curuatos littoribus illidi: & aſperginem collectæ ſordis expuere: quod nulla expreſſius pictura ſignaret. Veſter mare a fundo ad æthera uſq; perducit. Dixerat: idq; ratum ſtygii per flumina fratris Per pice torrentis atraque uoragine ripas. Annuit: & totū nutu tremefecit olympum.

ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ᾽ ὀφρύσι νεῦσε κρονίων
ἀμβρόσιαι δ᾽ ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος
κρατὸς ἀπ᾽ ἀθανάτοιο μέγαν δ᾽ ἐλέλιξεν ὄλυμπον.

Phidias cū Iouē olympiū fīgeret: īterrogatus de quo exēplo diuinā imitaretᷓ effigiē: reſpōdit archetypū Iouis in his ſe tribus Homeri uerſibus īueniſſe. Nā de ſupciliis & crinibus totū ſe Iouis uultū collegiſſe: quod utrūq; uidetis a Virgilio prætermiſſū. Sane cōcuſſū olympū nutus maieſtate nō tacuit. Iuſiurādū uero ex alio Homeri loco ſūpſit: ut tranſlatiōis ſterilitas hac adiectione compenſaretur.

Ora puer prima ſignans intonſa iuuenta. Prætermiſſa gratia incipientis pubertatis minus gratam fecit latinam deſcriptionem.

ὡς δ᾽ ὅταν ἔν τε κύνεσσι καὶ ἀνδράσι θηρευτῆσι
κάπριος ἠὲ λέων στρέφεται σθένει βλεμεαίνων
οἱ δέ τε πυργηδὸν σφέας αὐτοὺς ἀρτύναντες
ἀντίοι ἵσταντο καὶ ἀκοντίζουσι θαμειὰς
αἰχμὰς ἐκ χειρῶν τοῦ δ᾽ οὔποτε κυδάλιμον κῆρ
ταρβεῖ οὐδὲ φοβεῖται ἀγηνορίη δέ μιν ἔκτα
ταρφέα τε στρέφεται στίχας ἀνδρῶν πειρητίζων
ὅππῃ τ᾽ ἰθύσῃ τῇ τ᾽ εἴκουσι στίχες ἀνδρῶν.

Vt fera: quæ dēſa uenatū ſepta corona Cōtra tela furit: ſeſeq; haud neſcia morti Iniicit: & ſaltu ſupra uēabula fertur. Videtis ī āguſtū latinā parabolā ſic eſſe cōtractā: ut nihil poſſit eſſe ieiunius. graecā cōtra & uerbo℞ & re℞ copia pōpā ueræ uenationis impleſſe. In tāta ergo differētia pene erubeſcendum eſt comparare.

φράξαντες δόρυ δουρὶ σάκος σάκεϊ προθελύμνῳ
ἀσπὶς ἄρ᾽ ἀσπίδ᾽ ἔρειδε κόρυς κόρυν ἀνέρα δ᾽ ἀνήρ.

Haud aliter troianæ acies acieſq; latinæ Concurrūt: hæret pedi pes denſuſq; uiro uir. Quāta ſit differētia utriuſq; loci: lectori æſtiādū reliquo.

ὄρνις γὰρ σφιν ἐπῆλθε περησέμεναι μεμαῶσιν
αἰετὸς ὑψιπέτης ἐπ᾽ ἀριστερὰ λαὸν ἐέργων
φοινήεντα δράκοντα φέρων ὀνύχεσσι πέλωρον
ζωὸν ἔτ᾽ ἀσπαίροντα καὶ οὔπω λήθετο χάρμης
κόψε γὰρ αὐτὸν ἔχοντα κατὰ στῆθος παρὰ δειρὴν
ἰδνωθεὶς ὀπίσω ὁ δ᾽ ἀπὸ ἕθεν ἧκε χαμᾶζε
ἀλγήσας ὀδύνῃσι μέσω δ᾽ ἐνὶ κάββαλ᾽ ὁμίλω
αὐτὸς δὲ κλάγξας πέτετο πνοιῇς ἀνέμοιο.

Vtq; uolans alte raptū cū fulua draconē Fert aqla: īplicuitq; pedes: atq; unguibus hæſit: Sautius at ſerpēs ſinuoſa uolumina uerſat: Arrectiſq; horret ſquamis: & ſibilat ore Arduus īſurgēs: illa haud minus urget obunco Luctātē roſtro: ſimul æthera uerberat alis. Virgilius ſolam aquilæ prædā refert: nec homericæ aquilæ omen aduertit: quæ & ſiniſtra ueniēs uīcentiū ꝓhibebat acceſſū: & accepto a captiuo ſerpente morſu prædam dolore deiecit: factoq; tripudio ſoliſtimo cū clamore dolorē teſtāte præteruolat: qbus ōibus uictoriæ præuaricatio ſignificabatᷓ. His prætermiſſis quæ aīam parabolæ dabāt: uelut exanime ī latinis uerſibus corpus remāſit. Parua metu prio mox ſeſe attollit in auras: Ingreditᷓq; ſolū: & caput īter nubila cōdit.

ἣ τ᾽ ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται αὐτὰρ ἔπειτα
οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει.

Homerus ἔριν: hoc eſt contentionem a paruo dixit incipere: & poſtea ĩcrementum cælum uſque ſubcreſcere. Hoc idem Maro de fama dixit ſed ĩcõgrue. Neq;.n.æq̃ ſunt arguméta cõtentiõis & famæ: qa contétio & ſi uſq; ad mutuas uaſtatiões ac bella proceſſerit: adhuc cõtétio eſt: & manet ipſa quæ creuit. Fama uero cũ ĩ ĩméſũ ꝓdit: fama eſſe iã deſinit: & fit notio rei iã cognitæ. Quis.n. iã famã uocet: cũ res aliq̃ a terra in calũ nota ſit? Deĩde nec ipſã hyꝑbolé potuit æq̃re. Ille cælu dixit: hic auras & nubila. Hæc aũt rõ fuit nõ æq̃ndi oĩa quæ ab auctore trãſcripſit: ꝙ ĩ õĩ opis ſui pte alicuius homerici loci imitationé uolebat ĩſerere: nec tamé hũanis uiribus illã diuinitaté ubiq; æq̃re: ut in illo loco quem uolo õĩũ nrũ iudicio ĩ cõmune péſari. Minerua Diomedi ſuo pugnanti dũtaxat flãmarũ addidit ardore: et inter hoſtiũ cædes fulgor capitis uel armorum pro milite minatur.

δαῖ ἑοι ἐκ κόρυθόςε καὶ ασπίδοσ ακαματον πῦρ
ας:ρόπορινῷ ἐναλίγκιον ὄςε μάλιςα
λαμπρὸν παμφαινησι λελουμένος ὠκεανοῖο
τοῖόν οἱ πῦρ δαῖεν απο κρατόσ τε καὶ ὤμων.

Hoc miratus ſupra mõũ Virgilius ĩmodice é uſus. Mõ.n.ita de Turno ait. Tremũt ſub uertice criſtæ Sãguĩeæ: clypeoq; micãtia fulmĩa mittũt. Mõ idé põit de Aenea. Ardet apex capiti criſtiſq; ac uertice flãma Fũdit: & uaſtos ũbo uomit æreus ignes. Quod q̃ ĩportune poſitũ ſit: hĩc apparet: ꝙ necdũ pugnabat Aeneas: ſed tãtũ ĩ naui ueniés apparebat. Alio loco: Cuĩ triplici crinita iuba galea alta chimærã Suſtĩet: ætneos efflãté faucibus ignes. Quid quod Aeneas recens allatis a Vulcano et in terra poſitis miratᷣ Terribilé criſtis galeã flãmaſq; mouété. Vultis aliã fruédi auiditaté uidere loci huius: cuius ſupra meminimus fulgore correptus?

Seruo uoluit loquẽti Ioui aſſignare paré reuerétiã. Nã cũ & ĩ prĩo uoluĩe: & ĩ.iiii.& ĩ.viiii.loqtᷣ quadã Iupiter ſine tumultu. Deniq; poſt Iunonis & Veneris iurgiũ ĩſit eo dicẽte: Deũ domus alta ſileſcit: & tremefacta ſolo tellus: ſilet arduus æther. Tũ zephyri poſuere: premit placida æquora põtus: tãq̃ nõ idé ſit q locutus ſit paulo ãte ſĩe ullo mũdi totius obſeqo. Sĩlis opportũitas é ĩ eiuſdé Iouis lãce quã ex illo loco ſũpſit.

καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε ταλαντα
ἐν δ᾽ ἐτίθει δύο κῆρε τανηλεγέος θανατοιο
τὴν μὲν ἀχιλλῆος τὴν δ᾽ ἕκτορος ἱπποδάμοιο
ἕλκε δὲ μέσσα λαβών ῥέπε δ᾽ ἕκτορος αἴσιμον ἦμαρ
ᾤχετο δ᾽ εἰσ αΐδαο λίπε δὲ ἑ φοῖβοσ απόλλων.

Nã cũ iã de Turno prædixiſſet Iuno:
Nũc uero ĩ imparibus uideo cõcurrere fatis:



Parcarumque dies & lux inimica propinquat.
Manifeſtũq; eſſet: Turnum utiq; perituꝝ: ſero tamen.
Iuppiter ipſe duas æquato examine lances
Suſtinet: & fata imponit diuerſa duorum.

Sed hæc & alia ignoſcẽda Virgilio: qui ſtudii circa Homerum nimietate excedit modũ. Et re uera non poterat non ĩ aliqbus minor uideri: qui ꝑ omnem poeſim ſuam hoc uno é præcipue uſus archetypo. Acriter .n. in Homeꝝ oculos intendit: ut æmularetur eius non modo magnitudiné: ſed ſimplicitatem & præſentiam orationis & tacitam maieſtatem. Hĩc diuerſarum inter heroas ſuos perſonarũ uaria magnificatio: hinc deoꝝ ĩterpoſitio: hinc auctoritas fabuloſorum: hinc affectuum naturalis expreſſio: hinc monumentorum perſecutio: hinc parabolarum exaggeratio: hinc torrentis orationis ſonitus: hinc rerum ſingularum cum ſplendore faſtigium. Adeo autem Virgilio Homeri dulcis imitatio eſt: ut & in uerſibus uitia quæ a nõnullis imperite reprehẽdũtᷣ: imitatus ſit. eos dico quos græci uocant:

Quos hic quoque homericum ſtilum approbans non refugit: ut ſunt apud ipſũ a cephali: arietat ĩ portas: parietibus textũ cæcis iter: & ſilia. Vt eſt qui in medio uerſu breues ſyllabas pro longis habent. Et duros obice poſtes. Conſilium ipſe pater & magna ĩcepta latinus. Syllabæ lõgiores ſunt. Quin protinus omnia uulcano decoquit humoré. Et ſpumas miſcent argẽti ac ſulphura. Et arbutus horrida. Sũt apud Homeꝝ uerſus uulſis ac raſis ſimiles & nihil differentes ab uſu loquendi. Hos quoque tanq̃ heroice incõptos adamauit.

Omnia uincit amor: & nos cedamus amori.
Nudus in ignota palinure iacebis arena.

Sunt amœnæ repetitiones: quas non fugit.

Pan etiam arcadia mecum ſi iudice certet:
Pan etiam arcadia dicat ſe iudice uictum.

Homerica quoque epitheta q̃tum ſit admiratus imitando confeſſus ẽ: & mille talium uocabulorum: quibus uelut ſyderibus micat diuini carminis uariata maieſtas. Ad hæc a ueſtro reſpondetur: Male ſuada fames. Auricomos cẽtum geminus briareus. Adde & fumigeram noctem: & qcquid in ſingulis pene uerſibus diligens lector agnoſcit. Sæpe Homerus internarrãdũ uelut ad aliqué dirigit orationé. Nec hoc Virgilius omiſit. Migrantes cernas: totaq; ex urbe ruentes. Totũq; ĩſtructo marte uideres Feruere leucaten. Et Pelago credas innare reuulſas Cycladas. Et Studio ĩ caſſũ uideas geſtire lauandi. Item diuinus ille uates res uel paulo uel multo ante tranſactas opportune ad narrationis ſuæ ſeriem reuocat: ut & hiſtoricum ſtilum uitet non per ordinem dirigendo quæ

geſta ſunt:nec tamē præteritoꝝ nobis notitiā ſubtrahat. Theben aſiæ ciuitatē aliaſq; plurimas Achilles āte q̃ iraſceretur euerterat. Sed Homeri opus ab Achillis ira ſūpſit exordium. Ne igitur ignoraremus:quæ prius geſta ſūt:fit eoꝝ tēpeſtiua narratio. Itē ne ignoraremus:quo duce claſſis græcorū ignotum ſibi troiæ littus īuenerit: cū de Calchāte quereret' ait:
καὶ νήεσσἠγήσαταχαιῶν ἴλιον εἴσω
ἣν διὰ μαντοσύνην τὴν οἱ πόρε φοῖβος ἀπόλλων.
Et ipſe Calchas narrat omen quod græcis nauigantibus de ſerpēte paſſeꝝ populatore cōtigerit. Ex quo denunciatū ē exercitū annos decem in hoſtico futuꝝ. Alio loco ſenex idem ut referēdis fabulis amica & loquax ætas res refert uetuſtas.

et ſequētia. Virgilius omne hoc genus pulcherrime æmulatus eſt. Nam memini heſionæ uiſentē regna ſororis Laumedōtiadē priamū. Et Atq; equidem memini teucrū ſidona uenire. Et Qualis eram cum primā aciē preneſt e ſub ipſa Straui. Et de furto uel pœna Caci tota narratio nec uetuſtiſſīa tacuit:quin & ipſa notitiæ noſtræ auctoris ſui imitator īgereret. Nanq; ferūt luctu cygnū phœthontis amati: & ſimilia. Vbi uero enumerantur auxilia:quæ græci catalogū uocāt: eūdē auctorem ſuum conatus imitari: ī nonnullis paululum a grauitate homerica deuiauit. Primum q Homerus prætermiſſis athenis ac lacedemoniis uel ipſis micenis:unde erat rector exercitus:boetiā in catalogi ſui capite locauit:non ob loci aliquam dignitatem: ſed notiſſimum promōtorium ad exordiū ſibi enumerationis elegit. Vnde ꝓgrediens modo mediterranea: modo maritīa iūcta deſcribit. Inde rurſus ad utrūq; ſitum cohærentium locoꝝ diſciplīa deſcribentis uelut iter agentis accedit. Nec ullo ſaltu cohærētiā regionum in libro ſuo hiare permittit:ſed hoc hiandi more procedens redit unde digreſſus eſt:& ita finitur quicquid enumeratio eius amplectit'. Contra Virgilius nullum ī commemorandis regionibus ordinē ſeruat: ſed locorum ſeriē ſaltibus lacerat. Adducit primum cluſio & coſis Maſſicum. Abas hunc ſequitur:manu populoniæ iluæque comitatus. Poſt hos Aſilam miſere piſæ. Quæ in q̃ longinqua ſint hetruriæ parte notius eſt:q̃ ut annotandum ſit. Inde mox redit cærete & pyrgos & grauiſcas loca urbi proxima:quibus ducem Aſturē dedit. Hinc rapit illum Cygnus liguriam Ocnus mantuā. Sed ne ī catalogo auxiliorum Turni:ſi uelis ſitum locoꝝ mente percurrere: īuenies illum cōtinentiam regionū ſecutū. Deinde Homerus omnes quos in catalogo enumerat: etiam pugnātes uel ꝓſpera uel ſiniſtra ſorte cōmemorat. Et cū uult dicere occiſos quos catalogo non inſeruit: non hominis ſed multitudinis nomen inducit. Et quotiens multam necem ſignificare uult: meſſem hominum factam dicit: nulli certū nomen facile extra catalogum uel addens ī acie uel detrahēs. Sed Maro noſter anxietatē huius obſeruationis omiſit. Nā & ī catalogo nominatos præterit in bello:& alios nominat ante non dictos. Sub Maſſico duce mille manus iuuenum ueniſſe dixit:qui mœnia cluſi quiq; coſas liquere. Deīde Turnus naui fugit:qua rex cluſinis aduectus oſinius oris:quē Oſiniū nūq̃ āte nominauit. Et nūc īeptum ē: regē ſub Maſſico militare. Præterea nec Maſſicus nec Oſinius ī bello penitus apparent: ſed & illi quos dicit:fortēq; gyā fortēq; ſergeſtū. Pulcher quoq; Equlus & mauortius Hæmon & fortiſſimus Vmbro & Virbius hippolyti proles pulcherrima bello nullum locum īter pugnātium agmina uel glorioſa uel turpi commemoratione meruerunt. Aſtur: itēq; Cupauo: & Cygnus inſignis Cygni Phætontiſque fabulis nullā pugnæ opā præſtant:cū Aleſus & Sacrator ignotiſſī pugnent: & Atinas ante nō dictus. Deinde in his quos nominat: fit ſæpe apud ipſum incauta confuſio. In nono Corinæū ſternit Aſilas. Deinde ī.xii. Ebuſum Corinæus interficit. Obuius ambuſtum torretem corinæus ab ara Corripit: ut uenienti ebuſo plagamque ferenti Occupat os. Sic & Numā quem Niſus occidit: poſtea Aeneas perſequitur fortemq; Numā. Camertem in.x. Aeneas ſternit. At ī .xii. Iuturna formā aſſimulata camerti. Clorea ī.xi. occidit Camilla:ī .xii. Turnus. Palinurus Iaſides & Iapix Iaſides. Quæro an fratres ſīt. Hyrtacides ē Hippocoō: & rurſus Hyrtacides Corinæū ſternit Aſilas. Sed potuerūt duo unum nomen habuiſſe. Vbi eſt illa in his caſibus Homeri cautio: apud quē cum duo Aiaces ſint: mō dicit λοκρῶνδἠγεμόνευε ὀιλῆος ταχὺς ἄιας:modo τελαμώνιος αἰας.
Item alibi

Nec deſinit: quos iungit nomine: inſignibus ſeparare: ne cogatur lector ſuſpitiones de uarietate appellationis agitare. Deinde in catalogo ſuo curauit Virgilius uitare faſtidium: quod Homerus alia ratione nõ cauit eadem figura ſæpe repetita. Hic autem uariat: uelut dedecus aut crimẽ uitans repetitionẽ. Primus init bellũ tyrrhenis aſper ab oris: Filius huic iuxta lauſus. Poſt hos inſignem fama per gramina currum: Tũ gemini fratres: nec preneſtine fundator. At Meſappus equum domitor. Ecce ſabinorum priſco de ſanguine. Hic agamẽnonios. Et te mõtoſe. Quin & marubia uenit de gente ſacerdos. Ibat & hippolyti proles. Has copias fortaſſe putat aliquis diuinæ illi ſimplicitati præferendas? Sed neſcio quomodo Homeꝝ repetitio illa unice decet. Et ẽ genio ãtiqui poetæ digna enumerationiq; conueniens: ꝙ ĩ loco mera nomina relaturus non incuruauit ſe neque minute torſit: deducendo ſtilum per ſinguloꝝ uarietates: ſed ſtat in conſuetudine percẽſentium tanq̄ per aciem diſpoſitos enumerans. Quod nõ aliis q̄ numeroꝝ fit uocabulis. Et tamẽ egregie ubi oportet de nominibus ducum uariat.

Illam uero enumerationis congeſtionem apud Homerum Maro admiratus ita expreſſit: ut pene eum dixerim elegantius tranſtuliſſe.

Et ſimilia. Ad quod exemplum illa uirgiliana ſunt.

Agmina denſentur campis: argiuaque pubes
Aurũcæque manus rutuli ueteresque ſicani
Et ſacranæ acies & picti ſcuta labici:
Qui ſaltus thyberine tuos ſacrumque numici
Littus arant: rutuloſque exercent uomere colles
Circæumque iugum: quis iuppiter anxuris aruis
Præſidet: & cætera. Vterq; ĩ catalogo ſuo poſt difficilium reꝝ uel nõinũ



narrationem infert fabulam uerſibus amœnioribus: ut lectoris animus recreetur. Homerus inter enumerandam regionem & urbium nomina facit locum fabulis: quæ horrorem ſatietatis excludant.

Et reliqua: quibus protraxit iocũditatem. Virgilius in hoc ſecutus auctorem in priore catalogo modo de Auentino modo de Hippolyto fabulatur. In ſecundo cygnus ei fabula eſt: & ſic amœnitas intertexta faſtidio narrationum medetur. In omnibus uero georgicorũ libris hoc idem ſumma cum elegantia fecit. Nam poſt præcepta quæ natura res dura eſt: ut legentis animum uel auditum nouaret: ſingulos libros uel acciti extrinſecus argumenti interpoſitione concluſit: primum de ſignis tempeſtatum: de laudatione ruſticæ uitæ ſecundum: et tertius deſinit ĩ peſtilentiam pecorum. quarti finis eſt de Orpheo & Ariſteo non ocioſa narratio. Ita in omni opere Maronis homerica lucet imitatio. Homerus omnem poeſim ſuã ita ſẽtẽtiis farſit: ut ſingula eius ἀποφθέγματα uice prouerbiorum in omnium ore fungantur.

Et alia innumerabilia quæ ſententialiter proferuntur. Nec hæc apud Virgilium fruſtra deſideraueris. Nõ omnia poſſumus omnes. Omnia uincit amor. Labor improbus omnia uincit. Vſq; adeo ne mori miſerũ eſt? Stat ſua cuiq; dies. Dolus an uirtus quis in hoſte requiret? Et q̄d quæq; ferat regio: & quid quæq; recuſet. Auri ſacra fames. Et ne obtundam nota referẽdo: mille ſententiaꝝ taliũ aut ĩ ore ſunt ſingulorũ: aut obuiæ intẽtioni legentis occurrũt. In nonnullis ab homerica ſecta

Haud ſcio caſu ne an ſponte diſcis fortunā. Homerus neſcire maluit: & ſoli decreto quā μοῖραν uocat omnia regenda cōmittit: adeo ut hoc uocabulum τύχη in nulla parte homerici uoluminis nominet. Contra Virgilius non ſolum nouit & meminit: ſed omnipotentiā quoq; eidem tribuit: quā & philoſophi qui eā nominā: nihil ſua ui poſſe ſed decreti: ſiue prouidentiæ miniſtram eſſe uoluerunt. Et in fabulis ſeu ī hiſtoriis nonnūq̄ idē facit. Aegeon apud Homerum auxilio eſt Ioui. Hunc cōtra Iouē armāt uerſus Maronis. Eumedes Dolonis proles bello præclara animo manibuſq; parentē refert: cū apud Homerum Dolo imbellis ſit. Nullā cōmemorationē de iudicio Paridis Homerus admittit. Idē uates Ganymedem non ut Iunonis pellicem a Ioue raptū: ſed Ioui aliū poculorū miniſtrū ī cælū a diis aſcitum fert: uelut decorum. Virgilius tantā deam quod cuiuis de honeſtis fœminæ deforme eſt: uelut ſpecie uictam Paride iudicante doluiſſe: et ꝓpter catamiti pellicatū totā gentem eius uexaſſe cōmemorat. Interdū ſic auctorem ſuum diſſimulanter imitat: ut loci inde deſcripti ſolam diſpoſitionē mutet: & faciat uelut aliud uideri. Homerus ingenti ſpiritu ex perturbatione terræ ipſum Ditem patrem territum proſilire & exclamare quodammodo facit.

Hoc Maro nō narrationis: ſed parabolæ loco poſuit: ut aliud eſſe uideretur. Nō ſecus ac ſi qua penitus ui terra dehiſcens Infernas reſeret ſedes: & regna recludat Pallida diis inuiſa: ſuperque immane barathrum Cernatur: trepidētque immiſſo lumine manes. Hoc quoque ſimulādo ſurripuit. Nam cū ille dixiſſet deos ſine labore uiuere θεοὶ ῥεῖα ζῶντες. Hoc idem dixit occultiſſime: Dii iouis in tectis iram miſerantur inanē Amborum: & tantos mortalibus eſſe labores: quibus ipſi ſcilicet carēt. Quid Virgilio contulerit Homerus: hinc maxime liquet: ꝙ ubi rerū neceſſitas exegit a Marone diſpoſitionē inchoandi belli: quā non habuit Homerus: quippe qui Achillis irā exordiū ſibi fecerit: quæ decimo demum belli anno contigerit: laborauit ad rei nouæ partum: ceruum fortuito ſaucium fecit cauſam tumultus. Sed ubi uidit hoc leue nimiſque puerile: dolorem auxit agreſtium: ut impetus eorū ſufficeret ad bellū. Sed nec ſeruos Latini & maxime ſtabulo regio curantes atque ideo quid fœderis cum troianis Latinus icerit: ex muneribus equorum & currus iugalis non ignorantes: bellum generis domini oportebat tamen ferre. Quid igitur deoꝝ maxima deducitur e cælo: & maxima furiarum de tartaris aſſciſcit. Sparguntur angues uelut in ſcæna parturientes furorem. Regina non ſolū de penetralibus reuerentiæ matronalis educitur: ſed & per urbem mediā cogitur facere diſcurſus. Nec hoc contenta ſiluas petit accitis reliquis matribus in ſocietatem furoris Bacchatur chorus quōdā pudicus: & orgia inſana celebrantur. Quid plura? maluiſſem Maronē & in hac parte apud auctorem ſuum uel apud quenlibet græcorū aliū quod ſequeretur habuiſſe. Alium non fruſtra dixi: quia non de unius racemis uindemiam ſibi fecit: ſed bene in rem ſuam uertit quicqd ubicūq; inuenit imitandum: adeo ut de argonauticorum quarto quorum ſcriptor eſt Apollonius librum æneidos ſuæ quartum totū pene formauerit: ad Didonem uel Aeneam amatoriam continentiam Medeæ circa Iaſonem tranſferendo: quod ita elegantius auctore digeſſit: ut fabula laſciuientis Didonis: quā falſam nouit uniuerſitas: per tot tamē ſæcula ſpeciē ueritatis obtineat: & ita pro uero p ora omniū uolitet: ut pictores fictoreſque qui figmentis liciorū contextas imitantur effigies: hac materia uel maxime in efficiendis ſimulacris tanq̄ unico argumēto decoris utuntur: nec minus hiſtrionū ꝑpetuis & geſtibus & cantibus celebratur. Tantū ualuit pulchritudo narrandi: ut omnes phœniſſæ caſtitatis cōſcii: nec ignari manū ſibi inieciſſe reginā ne pateret dānum pudoris: cōniueant tamen fabulæ: & intra conſcientiā ueri fidem frementes malint pro uero celebrari: quod pectoribus humanis dulcedo fingentis īfudit. Videamus utrū attigerit & Pindaꝝ: quē Flaccus imitationi inacceſſum fatetur. Et minuta quidem atque rorantia quæ inde ſubtraxit: relīquo. Vnum uero locū: quē tentauit ex integro pene tranſcribere: uolo cōīcare uobiſcū: quia dignus eſt: ut eum uelimus altius intueri. Cū Pindari carmen quod de natura atq; flagrantia montis ætnæ cōpoſitum eſt: æmulari uellet: eiuſmodi ſententias & uerba molitus eſt: ut Pindaro quoque ipſo qui nimis opima & pingui facundia exiſtimatus eſt: inſolentior hoc quidem in loco tumidiorque ſit. Atq; uti uoſmetipſos eius quod dico arbitros faciam: carmen Pindari quod eſt ſuper monte ætna quātulum mihi eſt memoriæ dicam.

κίων δ᾽ οὐρανία συνέχει νιφόεσσ᾽ αἴτνα πάνετες χίονος ὀξείας τιθήνα
τᾶς ἐρεύγονται ἀπλάτου πυρὸς ἁγνόταται ἐκ μυχῶν πηγαὶ ποτα-
μοὶ δ᾽ ἁμέραισι μὲν προχέοντι ῥόον καπνοῦ αἴθωνος ἀλλ᾽ ἐν ὄρφναι-
σι πέτρας φοίνισσα κυλινδάμενα φλὸξ ἐς βαθεῖαν φέρει πόντου πλά-
καγὺν πατάγω κεῖνο δ᾽ ἀφαίστοιο κρουνοὺς ἑρπετὸν δεινοτάτους
ἀναπέμπει.

Audite nūc Virgilii uerſus: ut īchoaſſe eū uerius q̄ perfeciſſe dicatis.

Portus ab acceſſu uentorum immotus: & ingens
Ipſe: ſed horrificis iuxta tonat ætna ruinis.
Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubem
Turbine fumantem piceo & candente fauilla:
Attollitq; globos flammarum: & ſydera lambit.
Interdum ſcopulos auulſaque uiſcera montis
Erigit eructans: liquefactaq; ſaxa ſub auras
Cum gemitu glomerat: fundoq; exæſtuat imo.

In pricipio Pindarus ueritati obſecutus dixit quod res erat: quodq; illic oculis deprehenditur: interdiu fumare ætnā noctu flāmigare. Virgilius autem dum in ſtrepitu ſonituque uerborū conquirendo laborat: utrūq; tempus nulla diſcretione facta confundit. Atque ille græcos quidem fontes imitatus ignes eructare: & fluere amnes fumi: & flāmarum fulua & tortuoſa uolumina in plagas maris ferre quaſi quoſdā igneos amnes luculente dixit. At hic ueſter atram nubem turbine piceo & fauilla fumante ῥόον καπνοῦ αἴθωνα interpretari uolēs craſſe & immodice congeſſit. globoſque flāmarum quod ille κρουνοὺς dixerat: duriter poſuit & ἀκύρως. Hoc uero inenarrabile eſt: ꝙ nubem atram fumare dixit turbine piceo & fauilla candente. Non enim fumare ſolent neque atra eſſe qua ſunt candentia: niſi forte candente dixit peruulgate & improprie pro feruenti non pro relucenti. Nam candens ſcilicet a candore nō a calore dictum. Quod autem ſcopulos eructari & erigi eoſdemq; ipſos ſtatim liquefieri & gemere atque glomerari ſub auras dixit: hoc nec a Pindaro ſcriptum nec unq̄ fando auditum: & omnium quæ monſtra dicuntur: monſtroſiſſimum eſt. Poſtremo graiæ linguæ q̄ ſe libenter addixerit: de crebris quæ uſurpat uocabulis æſtimate. Dirus Vlyxis. Speluæa ferarum. Dædala tecta. Rhodopeiæ arces. Altaque panchæa: atque gæthæ atq; hebrus: & actias orithya. Et Thyas ubi audito ſtimulat trieterica baccho Orgia: nocturnuſq; uocat clamore citherō. Et nō tibi tyndaridis facies inuiſa lacænæ. Et Ferte ſimul faunique pedem dryadeſq; puellæ. Et Hic atque hinc glomerantur oreades. Et Pars pedibus plaudunt choreas. Et Mileſia uellera nymphæ Carpebant hyaliſa tyro fucata colore. Et Drunoque xanthoq; liceaque phyllodoceque. Et Melite panopæaque uirgo: Neſæa ſpioque thaliaq; cymodoceque. Et alcādrumque haliumque nœmonaque prytaninque. Et Amphyon dircæus in attæo aracinto. Et Senior glaucique chorus inouſq; palæmon. Verſus eſt Parthenii: quo grammatico in græcis Virgilius uſus eſt.



Quam ſit: & anguſtis hunc addere rebus honorem.
Sed me parnaſi deſerta per ardua dulcis
Raptat amor: iuuat ire iugis qua nulla priorum
Caſtaliam molli deuertitur orbita cliuo.

Lucretius in. i.

Nec me animi fallit q̄ ſint obſcura: ſed acri
Percuſſit thirſo laudis ſpes magna meum cor:
Et ſimul incuſſit ſuauem in pectus amorem
Muſarum: quo nunc inſtinctus mente uigenti
Auia pieridum peragro loca nullius ante
Trita ſolo.

Accipe & alterum locum Maronis illi unde traxerat comparandum: ut eundem colorem ac pene ſimilem ſonum loci utriuſq; reperias.

Virgilius.

Si non ingentem foribus domus alta ſuperbis
Mane ſalutantum totis uomit ædibus undam:
Nec uarios inhiant pulchra teſtudine poſtes.
Et mox.
At ſecura quies & neſcia fallere uita
Diues opum uariarum: at latis ocia fundis:
Speluncæ uiuiq; lacus: at frigida tempe:
Mugituſq; boum molleſq; ſub arbore ſomni.
Non abſunt illic ſaltus ac luſtra ferarum:
Et patiens operum paruoq; aſſueta iuuentus.

Lucretius in. ii.

Si non aurea ſunt iuuenum ſimulacra per ædes
Lampadas igniferas manibus retinentia dextris:
Lumina nocturnis epulis ut ſuppeditentur:
Nec domus argento fulgens auroq; renidens:
Nec citharam reboant laqueata aurataq; tempe:
Cum tamen inter ſe proſtrati in gramine molli
Propter aquæ riuum ſub ramis arboris altæ:
Non magnis opibus iucunde corpora curāt:
Præſertim cum tempeſtas arridet: & anni
Tempora conſpargunt uiridantis floribus herbas.
Non umbræ altorum nemorum non mollia poſſunt.
Prata mouere animum: non qui per ſaxa uolutus
Purior electro campum petit amnis.

Lucretius in. ii.

Nec teneræ ſalices atq; herbæ rore uirentes

Fluminaque ulla queunt ſummis labentia ripis
Oblectare animum:ſubitamq; auertere curam.
Ipſius uero peſtilentiæ:quæ eſt ī tertio georgicorum:color totus & linia-
menta pene omnia tracta ſunt de deſcriptione peſtilentiæ quæ eſt in.vi.
Lucretii. Nam uirgiliana incipit.
Hic quondam morbo cæli miſeranda coorta eſt
Tempeſtas:totoq; auctunni incanduit æſtu:
Et genus omne neci pecudum dedit omne ferarum.
Lucretii uero ſic incipit.
Hæc ratio quondam morborum & mortifer æſtus
Finibus in cecropis funeſtos reddidit agros:
Vaſtauitq; uias: exhauſit ciuibus urbem.
Sed quatenus totum locum utriuſq; ponere ſatis longū eſt : excerpam
aliqua:ex quibus ſimilitudo geminæ deſcriptionis appareat.
Virgilius ait.
Tum uero ardentes oculi atq; attractus ab alto
Spiritus interdum gemitu grauis:imaq; longo
Ilia ſingultu tendunt:it naribus ater
Sanguis:& oppreſſas fauces premit aſpera lingua.
Lucretius ait.
Principio caput incenſum feruore gerebat:
Et duplices oculos ſuffuſa luce rubentes.
Sudabant etiam fauces intrinſecus atræ:
Sanguine & ulceribus uocis uia ſepta coibat.
Atq; animi interpres manabat lingua cruore
Debilitata molis motu grauis aſpera tactu.
Virgilius ſic ait.
Hæc ante exitium primis dant ſigna diebus.
Et quæ darent ſigna:ſupra rettulit: id eſt
Demiſſæ aures:incertus ibidem
Sudor:& ille quidem morituris frigidus aret:
Pellis & attactu tractanti dura reſiſtit.
Lucretius ait.
Multaq; præterea mortis tunc ſigna dabantur
Perturbati animi: mens in mœrore metuq;
Triſte ſupercilium:furioſus uultus & acer:
Sollicitæ porro plenæq; ſonoribus aures:
Creber ſpiritus aut ingens raroq; coortus:
Sudoriſq; madens per collum ſplendidus humor
Tenuia ſputa minuta croci contracta colore:



Salſaq; per fauces raucas uix edita tuſſis.
Virgilius.
Profuit inſerto latices infundere cornu
Leneos.ea uiſa ſalus morientibus una.
Mox erat hoc ipſum exitio.
Lucretius ait.
Nec ratio remedii communis certa dabatur.
Nam quod alis dederat uitalis aeris auras
Voluere in ore:liceret & cæli templa tueri:
Hoc aliis erat exitio:letumq; parabat.
Virgilius ait.
Præterea nec iam mutari pabula refert.
Quæſitæq; nocent artes:ceſſere magiſtri.
Lucretius ait.
Nec requies erat ulla mali:defeſſa iacebant
Corpora:miſſabat tacito medicina timore.
Virgilius ait.
Ipſis eſt aer auibus non æquus:& illæ
Præcipites alta uitam ſub nube relinquunt.
Lucretius ait.
Nec tamen omnino temere illis ſedibus ulla
Comparebat auis:nec triſtia ſeda ferarum
Exuperant ſiluis:languebant pleraq; morbo:
Et moriebantur.
Non ne uidentur nobis membra huius deſcriptionis ex uno fonte ma-
naſſe? Sed rurſus locos alios comparamus.
Gaudent perfuſi ſanguine fratrum:
Exilioq; domos & dulcia limina mutant.
Lucretius in.iii.
Sanguine ciuili rem conflant:diuiciaſq;
Conduplicant auidi cædem cæde accumulantes:
Crudeles gaudent in triſti funere fratris.
Multa dies uariuſq; labor mutabilis æui
Rettulit in melius:multos alterna reuiſens
Luſit:& in ſolido rurſus fortuna locauit.
Ennius in.viii.
Multa dies in bello conficit unus.
Et rurſus multæ fortunæ forte recumbunt.
Haud quēq̄ ſemper fortuna ſecuta eſt.
O præſtans animi iuuenis:quantum ipſe feroci

Virtute exuperas: tanto me impenſius æquum eſt
Conſulere: atq; omnes metuentem expendere caſus.

Actius ĩ Antigona.

Quanto magis te iſtiuſmodi eſſe intelligo:
Tanto antigona magis me par eſt tibi
Conſulere & parcere.
O lux dardaniæ ſpes o fidiſſima teucrum. et reliqua.

Ennius ĩ Alexandro.

O lux troiæ germane hector
Quid ita cum tuo lacerato corpore miſer?
Aut qui te ſic reſpectantibus tractauere nobis?
Frena pelectronii: lapythæ gyroſq; dedere
Impoſiti dorſo: atq; equitem docuere ſub armis
Inſultare ſolo: & greſſus glomerare ſuperbos.

Varius de morte.

Quem non ille ſinit lentæ moderator habenæ:
Qua uelit ire: ſed anguſto prius ore coercens
Inſultare docet campis: fingitq; morando.

Virgilius.

Talis amor daphnim: qualis cum feſſa iuuencum
Per nemora atq; altos quærendo bucula lucos
Propter aquæ riuum uiridi procumbit in ulua
Perdita: nec ſeræ meminit decedere nocti.

Varius de morte

Ceu canis umbroſam luſtrans gortinia uallem:
Si ueteris potuit ceruæ comprendere luſtra:
Sæuit in abſentem: & circum ueſtigia luſtrans
Aethera per nitidum tenues ſectatur odores.
Non amnes illam medii non ardua tardant.
Perdita nec ſeræ meminit decedere nocti.
Nec tua funera mater
Produxi: preſſiue oculos: aut uulnera laui.

Ennius ĩ Cteſiphonte.

Neq; terram inicere: neq; cruenta
Conueſtire mihi corpora licuit.
Neq; miſeræ lauere lachrymæ ſalſum ſanguinem.
Namq; canebat uti magnum per inane coacta
Semina: terrarumq; animæq; mariſq; fuiſſent:
Et liquidi ſimul ignis: ut iis exordia primis
Omnia: & ipſe tener mundi concreuerit orbis.



Tum durare ſolum: & diſcludere nerea ponto
Cœperit: & rerum paulatim ſumere formas.
Iamq; nouum terræ ſtupeant luceſcere ſolem.
Lucretius in. v. ubi de confuſione orbis ante hunc ſtatum loquitur.
His neq; tum ſolis tota cerni lumine claro
Altiuolans poterat: neq; magni ſydera mundi
Nec mare nec cælum nec deniq; terra nec aer
Nec ſimilis noſtris rebus res ulla uideri.
Sed noua tempeſtas quædam: moleſq; coorta
Diffugere inde loci partes cœpere: pareſq;
Cum paribus iungi res: & diſcludere mundum:
Membraq; diuidere: & magnas diſponere partes.

Et infra.

Hoc eſt a terris magnum ſecernere cælum:
Et ſeorſum mare uti ſecreto humore pateret:
Seorſum item puri ſecretiq; ætheris ignis.

Et infra.

Omnia enim magis hæc ex leuibus atq; rotundis.
Cum fatalis equus ſaltu ſuper ardua uenit
Pergama: & armatum peditem grauis attulit aluo.

Ennius ĩ Alexandro.

Nam maximo ſaltu ſuperauit
Grauibus armatis equus.
Qui ſuo partu ardua perdat pergama.
Tum pater omnipotens rerum cui ſumma poteſtas
Infit: eo dicente deum domus alta ſileſcit.
Et tremefacta ſolo tellus ſilet: arduus æther:
Tum uenti poſuere: premit placida æquora pontus.

Ennius ĩ Scipione.

Mundus cæli uaſtus conſtitit ſilentia:
Et neptunnus ſæuus undis aſperis pauſam dedit.
Sol equis iter repreſſit ungulis uolantibus.
Conſiſtere amnes perennes: arbores uento uacant.
Itur in antiquam ſiluam ſtabula alta ferarum:
Procumbunt piceæ: ſonat icta ſecuribus ilex:
Fraxineæq; trabes: cuneis & ſiſſile robur
Scinditur: ac uoluunt ingentes montibus ornos.

Ennius in. vi.

Incedunt arbuſta per alta ſecuribus cædunt:
Percellunt magnas quercus: exciditur ilex.

Fraxinus frangitur:atq; abies conſternitur alta.
Pinus proceras peruertunt:omne ſonabat
Arbuſtum fremitu ſiluai frondoſai:
Diuerſi magno ceu quondam turbine uenti
Confligunt:zephyruſq; notuſq;:& lætus eois Eurus equis.

Ennius in.xvii.

Concurrunt ueluti uenti cum ſpiritus auſtri
Imbricitor aquiloq; ſuo cum flamine contra:
Inde mari magno fluctus extollere certant.
Nec tamen:hæc cum ſint hominumq; boumq; labores
Verſando terram experti:nihil improbus anſer.

Lucretius in.v.

Sed tamen interdum magno quæſita labore
Cum iam per terras frondent atq; omnia florent:
Aut nimiis torrens feruoribus ætherius ſol:
Aut ſubiti perimunt imbres gelidæq; pruinæ:
Flabraq; uentorum uiolento turbine uerſant.

Sunt alii loci plurimorum uerſuum : quos Maro in opus ſuũ cũ paucorum immutatione uerborum a ueteribus tranſtulit. Et quia longum eſt uniuerſos uerſus ex utroq; tranſcribere:libros ueteres notabo:ut qui uolet illic legendo æqualitatem locorum conferendo miretur. In prĩo æneidos tempeſtas deſcribitur:& Venus apud Iouem queritur de periculis filii:& Iupiter eam de futurorum proſperitate ſolatur. Hic locus totus ſumptus a Neuio eſt ex primo libro belli punici. Illic enim æque Venus troianis tempeſtate laborantibus cum Ioue queritur:& ſequunt̃ uerba Iouis filiam conſulantis ſpe futurorum. Item de Pandaro & Bitia aperientibus portas:locus acceptus eſt ex libro quintodecimo Ennii:qui induxit hiſtros duos in obſidione Erupiſſe porta: & ſtragem de obſidēte hoſte feciſſe. Nec Tullio compilando dummodo undiq; ornamenta ſibi conferret: abſtinuit. O fama ingens ingentior armis Vir troiane. Nempe hoc ait:Aeneam famam ſuam factis fortibus ſupergreſſum: cũ plerũq; fama ſit maior rebus. Senſus hic in Catone Ciceronis his uerbis contingebat in eo: quod pleriſq; cõtra ſolet:ut maior omnia re q̃ fama uiderētur. Nã ſæpe euenit:ut expectatio cognitione:aures ab oculis uincerentur. Item proximus huic longo:ſed proximus interuallo. Cicero ĩ Bruto. Duobus igitur ſũmis Craſſo & Antonio Lutius Philippus ꝑximus accedebat:ſed longo interuallo:tamen proximus. Sunt quædam apud Virgilium:quæ ab Homero creditur tranſtuliſſe: ſed ea docebo a noſtris auctoribus ſumpta. Qui priores hæc ab Homero in carmĩa ſua traxerãt. Quod primum ſummus homericæ laudis cumulus ē. Quod cum ita a plurimis aduerſus eum uigilatum ſit:coactæq; omnium uires manum contrafecerint.

Ille uelut pelagi rupes ĩmota reſiſtit. Homerus de Aiacis forti pugna ait.
Hũc locũ Ennius in.xv.ad pugnam Celii tribuni his uerſibus traſſert.

Vndiq; conueniunt:uelut imber tæla tribuno
Configunt parmam:timuit haſtilibus umbo
Aerato ſonitu galeæ:ſed nec pote quiſq̃
Vndiq; nitendo corpus diſcerpere ferro.
Semper abundantes haſtas frangitq; quatitq;:
Totum ſudor habet corpus: multumq; laborat.
Nec reſpirandi fit copia præpete ferro.
Hiſtri tæla manu iacientes ſolicitabant.

Hinc Virgilius eundē locũ de incluſo Turno gratia elegãtiore cõpoſuit.

Ergo nec clypeo iuuenis ſubſiſtere tantum
Nec dextra ualet: obiectis ſic undiq; tælis
Obruitur:ſtrepit aſſiduo caua tempora circum
Tinnitu galea:& ſaxis ſolida æra fatiſcunt.
Diſcuſſæq; iubæ capiti: nec ſufficit umbo
Ictibus.ingeminãt haſtis & troes & ipſe
Fulmineus mneſtheus:tum toto corpore ſudor
Liquitur:& piceum(nec reſpirare poteſtas)
Fulmen agit feſſos:quatit æger anhelitus artus.

Homerus ait.

Furius in.iiii.annali.

Preſſatur pede pes:mucro mucrone:uiro uir.

Hinc Virgilius ait.

Hæret pede pes:denſuſq; uiro uir.

Homeri eſt.

Hunc ſecutus Hoſtius poeta ĩ libro.ii.belli hiſtrici ait.

Non ſi mihi linguæ Centum atq; ſint ora totidem uoceſq; liquatæ.

Hinc Virgilius ait.

Non mihi ſi linguæ centum ſint oraq; centum

Homerica deſcriptio eſt equi fugientis in hæc uerba.

Ennius hinc traxit.

Et tum ſicut equus qui de præſepibus actus
Vincla ſuis magnis animis abrupit:& inde
Fert ſeſe campi per cærula lætaq; prata

Celſo pectore: ſæpe iubã quaſſat ſimul altam:
Spiritus ex anima calida ſpumas agit albas.

Virgilius.

Qualis ubi abruptis fugit præſepia uinclis et cætera.
Nemo ex hoc uiles putet ueteres poetas: ꝙ uerſus eorũ ſcabri nobis ui/
dẽt᷑. Ille.n.ſtilus enniani ſæculi auribus ſolus placebat: & diu laborauit
ætas ſecuta:ut magis huic molliori ſtilo acqeſceret᷑. Sed ulterius nõ mo/
ror Cecinã:qn & ipſe ꝓdat quæ meminit Maronẽ ex ãtiqtate tñſtuliſſe.
Tum Cecinna in uerſibus uel in locis quantum ſibi Maro ex antiqtate
quæſiuerit: Furius ut memor & ueteris & nouæ auctorum copiæ diſſe/
ruit. Ego conabor oſtendere hunc ſtudioſiſſimum uatem & de ſingulis
uerbis ueterũ aptiſſime iudicaſſe:& inſeruiſſe lecta operi ſuo uerba quæ
nobis noua uideri facit incuria uetuſtatis. Vt ecce:addita pro inimica &
infeſta:quis non extimet poetam arbitrio ſuo nouum uerbum ſibi uo/
luiſſe fabricari? Sed nõ ita eſt. Nam quod ait:Næc teucris addita Iuno
uſq̃ aberit:i d eſt affixa & per hoc infeſta:hoc iam dixerat Lucilius ĩ quar/
todecimo his uerſibus.
Si mihi non prætor ſiet additus:atq; agitet me:
Non male ſit ille ut dico me extenderat unus.
Mane ſalutantum totis uomit ædibus undam.
Pulchre uomit undam & antique. Nam ait Ennius.
Et tyberis flumen uomit in mare ſaxum.
Vnde & nunc uomitoria ĩ ſpectaculis dicimus: unde homĩes glomeratĩ
ingredientes in ſedilia ſe fundunt. Agmen pro actu & ductu quodam
ponere nõ inelegans eſt:ut leui fluit agmine tybris: immo & antiquũ ẽ.

Ennius enim ĩ.v.ait.

Quod per amœnam urbem leni fluit agmine flumen.
Quod ait:Crepitantibus urere flammis:nõ nouum uſurpauit uerbum:
ſed prior Lucretius in.vi.poſuit.
Nec res ulla magis q̃ phœbi delphica laurus
Terribili ſonitu flamma crepitante crematur.
Tũ ferreus haſtis:Horret ager:horret mire ſe hẽt. Sed & Ennius ĩ.xiiii.
Horreſcit tælis exercitus aſper utrunq;. Et in Erectheo:Arma arrigũt
horreſcunt tæla. Et in Scipione.
Sparſis haſtis lõgis cãpus ſplẽdet & horret. Sed & ãte omnes Homerus.

Splendet tremulo ſub lumine pontus. Tremulum lumen de imagine
rei ipſius expreſſum eſt. Sed prior Ennius in Menalippe.
Lumen ſic tremulo terra & caua cærula candent. Et Lucretius in.vi.
Præterea ſolis radiis iactatur aquai humor. & in lucem tremulo rareſcit

ab æſtu. Hic candida populus antro Imminet & lentæ texunt ũbracula
uites. Sunt qui extiment hoc uerbum umbracula Virgilio auctore cõ/
poſitum: cum Varro rerum diuinarum libro decimo dixerit nonnullis
magiſtratibus in oppido id genus umbraculi conceſſum. Et Cicero in.v.
de legibus: Vis ne igitur(quoniam ſol paululum a meridie iam deuexus
uidetur:neq; dum ſatis ab his nouellis arboribus omnis hic locus opa/
catur)deſcendatur ad lirim?eaq; quæ reſtant in illis alnorum ũbraculis
perſequamur. Similiter ĩ Bruto. Sed ut et Theophraſti doctiſſimi ho/
minis umbraculis:
Tranſmittunt curſu campos:atq; agmina cerui
Pulueruléta fuga glomerãt. Quod ait ſpecioſe trãſmittũt pro trãſeũt.

Sic & Lucretius in.ii.

Et circũuolitant equites:medioſq; repente
Tranſmittunt ualido quatientes impete campos.
Sed & Peſtanus Iubonenſis ſic ait. Pedibus equos tranſmiſimus: quod
eſt tranſiuimus. Quã tota cohors imitata relictis Ad terrã defluxit eqs.

Sic Furius ĩ primo.

Ille graui ſubito deuinctus uulnere habenas
Miſit equi:lapſuſq; ĩ humum defluxit:& armis Reddidit æratis ſonitũ.
Tum durare ſolũ & diſcludere nerea ponto Cœperit. Ferit aures noſtras
hoc uerbum diſcludere:ut nouum. Sed prior Lucretius in quinto.
Diffugere inde loci partes cœpere: pareſq;
Cum paribus iũgi res:& diſcludere mundum. Paſtorem tityre pingues
Paſcere oportet oues:deductum dicere carmen. Deductum pro tenui &
ſubtili eleganter poſitum eſt. Sic autem & Affranius in uirgine uerbis
pauculis reſpondit: Triſti uoce deducta:malleq; ſe non quieuiſſe. Dixit
item apud Cornifitium:Deducta mihi uoce garrienti. Sed hæc ab illo
fluxerunt:quod Pomponius in atelania:quæ kalendæ martiæ inſcribit᷑:
ait. Vocem deducas oportet: ut mulieris uideantur uerba. Iube modo
afferatur unus:ego uocem reddam tenuem & tremulã. Et ĩfra:Etiã nũc
uocem deducã. Proiectaq; ſaxa pachynni Radimus. Proiecta ſi ſecũdũ
conſuetudinem dicatur: intelligit᷑ abiecta. Si ſecũdum ueteres proiecta
porro iacta ut alibi ait. Proiecto dum pede leuo Aptat ſe pugnæ. Sed &
Siſenna in ſecundo dixit: Et marſi propius ſuccedunt:atq; ita ſcutis ꝓ/
iectis tectis ſaxa certatim lenta manibus coniiciunt in hoſtes. Et ĩ eodẽ:
Vetus atq; ingens erat arbor ilex: quæ circum proiectis ramis maiorem
ptem loci ſummi tegebat. Et Lucretius in.iii.
Quamlibet immani proiectum corporis extet.
Et tempeſtiuam ſiluis euertere pinum.
Hoc uerbum de pino tempeſtiuam a Catone ſumpſit: qui ait: Pineam

nucem cum effodies:luna decreſcente eximito poſt meridiem ſine uẽto auſtro. Tum uero erit tempeſtiua;cũ ſemẽ ſuũ maturum erit. Inſeruit operi ſuo & græca uerba:ſed non primus hoc auſus. Auctorũ.n.ueterũ audaciam ſecutus eſt. Dependent lychni laquearibus aureis. Sicut Ennius in.viiii.Lychnorum lumina bis ſex. Et Lucretius in.v. Quin etiam nocturna tibi terreſtria quæ ſũt Lumina pendentes lychni. Lucilius ĩ.i. Porro chænopoda chnopodos lychnoſq;:& diximus cemnos ante pedes lecti atq; lucernas. Et quod dixit: Nec lucidus æthra ſyderea polus: Ennius prior dixerat in.xvi: Interea fax occidit:oceanumq; rubra tractĩ obruit æthra. Et Ilius in teuthrante. Flammineam per æthram alte feruidam ferri facem. Dædala Circe: qa Lucretius dixerat:Dædala tellus. Reboant ſiluæq; & magnus olympus:quia eſt apud Lucretium: Nec cithara reboant laqueata aurataq; tecta. Sed hac licentia largius ſũt uſi ueteres:parcius Maro. Quippe illi dixerunt & pauſam & machæram & acociam & malacem & alia ſimilia. Nec non & punicis oſciſq; uerbis uſi ſunt ueteres:quorum imitatione Virgilius peregrina uerba nõ reſpuit: ut in illo: Silueſtres uri aſſidue. Vri enim gallica uox eſt:qua feri boues ſignificãtur. Et camuris hirtæ ſub cornibus aures. Camuris peregrinum uerbum eſt:id eſt in ſe redeuntibus. Et forte nos quoq; hac nõe camerã figurauimus. Multa quoq; epitheta apud Virgilium ſunt:quæ ab ipſo facta creduntur: ſed & hæc a ueteribus tracta monſtrabo. Sunt autem ex his alia ſimplicia: ut gradiuus mulciber: alia compoſita ut arcitenẽs uitiſator. Sed prius de ſimplicibus dicam. Et diſtinctos mulciber afros. Mulciber eſt Vulcanus: ꝙ ignis ſit: & omnia mulceat ac domet. Actius in Philoctete: Heu mulciber arma ignauo ĩ uicta es fabricatus & manu. Et Egnatius de rerum natura libro primo: Deniq; mulciber & ipſe ferẽs altiſſĩa cæli cõtĩgũt. Hædiq; petulci Floribus ĩſultẽt. Lucretius ĩ.ii.

Præterea teneri tremulis in uocibus hædi
Corniferas norunt matres agniq; petulci.

Illud audaciæ maxĩæ uideri poſſit:quod ait in bucolicis: Et liqdi ſimul ignis pro puro uel lucido ſeu pro effuſo & abundanti:niſi prior hoc epitheto Lucretius uſus fuiſſet ĩ.vi.

Hac etiam fit uti de cauſa Mobilis ille
Deuolet in terram liquidi calor aureus ignis.

Triſtis pro amaro tranſlatio decens eſt:ut triſtiſq; lupini. Et ita Ennius in libro ſabinarum.iiii. Neq; triſte quæritat ſinapi:neq; cepe mœſtum. Auritos lepores non Maro primus uſurpat: ſed Afranium ſeqtur:qui ĩ prologo ex perſona Priapi ait. Nam quod uulgo prædicat aurito me parente natũ nõ ita ẽ. Et ut compoſita ſubiungam: quod ait Virgilius: Vidit thuricremis cum dona imponeret aris.

Iam Lucretius in.ii.dixerat:

Nam ſæpe ante deum uitulus delubra decora
Thuricremas propter mactatus cõcidit aras.

Quam pius arcitenens. Hoc epitheto uſus eſt Neuius belli punici libro ſecundo. Deinde pollens ſagittis inclytus arcitenens ſanctiſq; delphis prognatus pythius apollo. Idem alibi.

Cum tu arcitenens ſagittis pollens dea.

Sed & Hoſtius libro ſecundo belli hiſtrici.

Dia minerua ſimul autem inuictus apollo
Arcitenens latonius etiam ſiluicolæ fauni.

Neuius libro primo belli punici.

Siluicolæ homines belliq; inertes.

Actius in bacchis.

Siluicolæ ignota inuiſentes loca.
Deſpiciens mare ueliuolum.

Luius in Helena.

Tu qui permenſus ponti maria alta ueliuola.

Ennius in.xiiii.

Cum procul aſpiciunt hoſtes accedere uentis Nauibus ueliuolis.

Idem in Andromache.

Rapit ex alto naues ueliuolas.
Vitiſator ſeruans curuam ſub imagine falcem.

Actius in bacchis.

O dionyſe pater optime uitiſator ſemela genitus euchia.
Almaq; curru Noctiuago phœbe.

Egnatius de rerũ natũa libro primo:

Roſcida noctiuagis aſtris labentibus phœbe
Pulſa loco ceſſit concedens lucibus altis.
Tu nubigenas inuicte bimembres.

Cornifitius in Glauco.

Centauros fodere bimembres.
Caprigenumq; pecus nullo cuſtode per herbas.

Pacuuius in Paulo.

Quanuis caprigeno pecori grandior greſſio eſt.

Actius in Philoctete.

Caprigenum trita ungulis. Idem in Minotauro.
Taurigeno ſemine ortum fuiſſe:an humano.

Decẽter & his epithetis Virgilius uſus ẽ: ꝓ ſagitta uolatile ferꝝ:& ꝓ romanis gẽtẽ togatã.quoꝝ altero Sueuius:altero Laberius uſus eſt. Nam Sueuius in libro.vi.ait.

Volucrumq; uolatile telum. Ac Laberius in ephœbo: Licentiam ac libidinẽ: ut tollã petis togatæ ſtirpis. Idem infra: Iccirco ope dilatatum ẽ dominium togatæ gentis. Figuras uero quas traxit de uetuſtate: ſi uolentibus uobis erit: cum repentina memoria ſuggeſſerit: enũerabo. Sed nunc dicat uolo Seruius quæ in Virgilio notauerit ab ipſo figurata non a ueteribus accepta: uel auſu poetico noue quidem ſed decenter uſurpata. Quotidie enim romanæ indoli enarrando eundem uatem: neceſſe eſt habeat huius annotationis ſcientiam promptiorem.

Figuræ uirgilianæ. Cap.

p Lacuit uniuerſis electio. In reliq̃ ſuffecti etiã adhortati ſũt Seruiũ: ut quæ ĩ ſe refuſa ſũt: ãnotaret. Ille ſic ĩcipit: Vates iſte uenerabilis uarie modo uerba modo ſenſus figurando: multum latinitati leporis adiecit: qualia ſunt hæc. Suppoſita de matre nothos furata creauit: ut ipſa creauerit: quos creari fecerit. Tepidaq; recentem Cæde locũ: cum locus recens cæde noue dictus ſit. Et Hæc ait: et ſocii ceſſerunt æquore iuſſo: pro eo quod iuſſi ceſſerunt. Et cæſo ſparſurus ſanguine flammas: qui ex cæſis uidelicet profũditur. Vota deũ primo uictor ſoluebat eoo: ꝓ quæ diis uota ſũt. Et me conſortẽ nati concede ſepulcro. Alius dixiſſet: Et me conſortẽ nato concede ſepulcri. Et Illa uiam celerans per mille coloribus arcum: id eſt per arcum mille colorũ. Et Hic alii ſpolia occiſis direpta latinis Cõiiciunt igni: pro in ignem. Et corpore tela mõ atq; oculis uigilantibus exit. Tela exit: pro uitat. Et ſenior leto canentia lumina ſoluit: ꝓ uetuſtate ſenilia. Exeſæ arboris antro: pro cauerna. Et frontem obſcenam rugis arat: arat nõn nimie: ſed pulchre dictum. Ter ſecũ ærato circũfert tegmĩe ſiluam: pro iaculis. Et uir gregis: ꝓ capro. Et illa q̃ pulchra ſũt: aquæ mõs: teloꝝ ſeges: ferreus ĩber: Vt apud Homeꝝ.

Et dona laboratæ cereris. Et oculiſq; aut pectore noctẽ accipit. Et uociſq; offenſa reſultat imago. Et pacemque per aras exq̃rũt. Et paulatim abolere ſicheum ĩcipit. Sæpe etiam uerba pro uerbis pulchre ponit: Oraque corticibus ſumunt horrenda cauatis: ora pro perſonis. Et diſcolor unde auri per ramos aura refulſit. Quid ẽ enim aura auri? aut quemadmodũ aura refulget? Sed tamen pulchre uſurpauit. Et ſimili frondeſcit uirga metallo: q̃ bene uſus eſt frondeſcit metallo? Et nigri cum lacte ueneni: nigro imponere nomen lactis. Et haud alr̃ iuſtæ quibus eſt mezentius iræ. Odio eſſe aliquem uſitatum: iræ eſſe: ĩuentum Maronis eſt. Item de duobus ĩcipit dicere: & ĩ unũ deſinit: Interea reges ingenti mole latinus Quadriiugo uehitur curru: Vt ẽ apud Homerum:

Et protinus orſilochum & buthen duo maxima teucrum





Corpora: ſed buten aduerſũ cuſpide fixit. & cætera.

Iuturnã miſero fateor ſuccurrere fratri Suaſi: cũ ſolitũ ſit dici: Iuturnæ ſuaſi. Et Vrbem quam ſtatuo ueſtra eſt. Et tu modo quos ĩ ſpẽ ſtatues ſubmictere gentis: Præcipuum iam inde a teneris impende laborem: pro in eos impende. Facit pulcherrimas repetitiones. Nam neque parnaſi uobis iuga: nã neq; pindi Vlla moram fecere. Que uobis quæ digna uiri pro talibus auſis? Vidiſtis quo turnus equo: quibus ibat in armis? Nec interpoſitiones eius ocioſæ ſunt. Si te nulla mouet tantarũ gloria rerum. At ramum hunc (aperit ramũ qui ueſte latebat) Agnoſcas. Vt ſceptrum hoc(dextra ſceptrum nam forte gerebat) Nunq̃ fronde leui. Et illa mutatio elegantiſſima eſt: ut de quo loquebatur ſubito ad ipſum uerba cõuertẽs: Vt bello egregias idẽ diſiecerit urbes: Troiãq; œchaliãq; & duros mille labores Rege ſub euryſtheo fatis iunonis ĩiquæ Pertulerit: tu nubigenas inuicte bimembris. & reliqua. Illa uero ĩtermiſſio: Quos ego: ſed motos præſtat componere fluctus: tracta ẽſt a Demoſthene:

Hæc uero q̃ poetica ĩdignatio: Proh iuppiter ibit: Hic ait. Hæc miſeratio: O patria o rapti neqcq̃ ex hoſte penates. Et illa trepidatio: Ferte citi ferrum: date tela: & ſcandite muros: Hoſtis adeſt. Et cõqueſtio: Me ne igr̃ ſocium ſũmis adiungere rebus: Niſe fugis? Quid illa excogitatio nouoꝝ intellectuũ: ut Mẽtitaq; tela: Et Ferrũq; armare ueneno. Et Cultuſque feros mollire colẽdo: Exuerĩt ſilueſtrem animum. Et Virgineumq; alte bibit acta cruorem. Vt apud Homerum de haſta:

Et Pomaque degenerant ſuccos oblita priores. Et Glacie curſus frenaret aquaꝝ. Et mixtaque ridẽti colocaſia fũdet acãtho. Eſt mollis flãma medullas Interea: & tacitũ uiuit ſub pectore uulnus. Et Duro ſub robore uiuit Stupa mouẽs tardũ fumũ. Et ſæuitque canũ latratus ĩ auras. Et Cælataq; amnẽ fũdẽs pater ĩachus urna. Et affixæ uenis: aĩaſq; ĩ uulnera ponũt. Et qcqd de apibus dixit ĩ uirorũ fortiũ ſimilitudinem: ut adderet quoq; mores: & ſtudia: populos: & prœlia. Quid plura: ut & quirites uocaret: dies me deficiet: ſi omnia perſequi a Virgilio figurata uelim. Sed ex his quæ dicta ſunt: omnia ſimilia lector diligens annotabit.

c Vm Seruius iſta diſſereret: Prætextatus Auienum Euſtachio inſuſurrantem uidens: Quid age inquit Euſtachi: uerecũdiã Auieni probi adoleſcẽtis iuua. Et ipſe publicato nobis quod immurmurat: Euſtachius iam inquit: multa de Virgilio Seruium geſtit interrogare: quoꝝ enarratio reſpicit officium litteratoris. Et tẽpus indulgeri optat: quo de obſcuris ac dubiis ſibi a doctiore fiat certior. Et Prætextatus: Probo ĩqt:

mi Auiene: quod ea de quibus ambigis: clam te eſſe non pateris. Vnde exoratus ſit a nobis doctiſſimus doctor: ut te ſecum negocium habere patiatur: quia in cōmune proficient quæ deſideras audire. Ne tu modo ultra ceſſes aperire Seruio uiam de Virgilio diſſerendi. Tunc Auienus totus cōuerſus in Seruium: dicas uolo inquit doctoꝝ maxime: quid ſit ꝙ cum Virgilius anxie ſemper diligens fuerit in uerbis pro cauſæ merito uel atrocitate ponēdis: incurioſe & abiecte ī iis uerſibus uerbū poſuit: Candida ſuccīctā lartantibus īguina monſtris Dulichias uexaſſe rates. Vexaſſe. n. uerbum eſt leuis ac parui incōmodi: nec tam atroci caſui cōgruens: cum repente homines a bellua immaniſſima rapti laniatiq; ſint. Sed & aliud huiuſcemodi deprehendi: Quis aut euryſthea durum? aut illaudati neſcit buſiridis aras? Hoc enim uerbum illaudati non ē idoneū ad exprimendam ſceleratiſſimi hominis deteſtationem: qui ꝙ homines omnium gentiū īmolare ſolitus fuit: nō laude dignus eſt ſed deteſtatione: execrationeq; totius generis hūani dignus ē. Sed nec hoc uerbū ex diligentia uirgiliana uenire mihi uidetur: Per tunicā ſqualentē auro. Non. n. conuenit dicere auro ſqualentem: quoniam nitori ſplendoriq; auri contraria ſit ſqualoris illuuies. Et Seruius. De uerbo uexaſſe ita reſponderi poſſe arbitror: uexaſſe graue uerbum eſt: tractumque ab eo uidetur: quod ē uehere: in quo ineſt iam uis quædam alieni arbitrii. Nō enim ſui potens eſt: qui uehitur. Vexaſſe autem quod ex eo inclinatum ē: ui atque motu procul dubio uaſtiore eſt. Nam qui fertur & raptatur atq; huc atque illuc diſtrahitur: is uexari proprie dicitur. Sicuti taxare preſſius crebriuſq; eſt q̄ tangere: unde id procul dubio inclinatum ē. Et iactare multo fuſius largiuſq; ē: q̄ iacere: unde id uerbum traductū ē. Quaſſare etiam q̄ quatere grauius uiolētiuſq; ē. Nō igitur quia uulgo dici ſolet uexatum eſſe quem fumo aut uento: aut puluere laborare uidemus: propterea debet uis uera atq; natura uerbi deperire: quæ a ueteribus qui proprie & ſignate locuti ſunt: ita ut decuit obſeruata eſt. M. Catonis uerba ſunt: ex oratione quā de achæis ſcripſit: Cūq; Hānibal terram italiam laceraret: atque uexaret. Vexatam italiam dixit Cato ab Hānibale: quando nullum calamitatis aut ſæuitiæ aut immanitatis genus reperiri queat: quod in eo tempore italia non perpeſſa ſit. M. Tullius quarto in Verrē: Quæ ab iſto ſic ſpoliata atque direpta ē: non ut ab hoſte aliquo qui tamen in bello religionem & conſuetudinis iura retineret: ſed ut a barbaris prædonibus uexata eſſe uideatur. De illaudato autē duo uidētur reſpōderi poſſe. Vnū ē eiuſmodi: Nemo quiſq̄ tā efflictis ē moribus: qn faciat aut dicat nonūq̄ aliquid: quod laudari queat. Vnde hic antiquiſſimus uerſus uice ꝓuerbii celebratus eſt.

Sed. n. q in ōi re atque omni tempore omni laude uacatus illaudatus ē: iſq; omnium peſſimus deterrimuſque eſt. At ſicuti omnis culpæ priuatio inculpatum facit: inculpatus autem inſtar eſt abſolutæ uirtutis. illaudatus quoq; igitur finis eſt extremæ malitiæ. Itaque Homerus non uirtutibus appellandis: ſed uitiis detrahendis laudare ampliter eā ſolet Hoc enim eſt.

Epicurus quoque ſimili modo maximam uoluptatem priuationem detractionemque omnis doloris definiuit iis uerbis:

Eadem ratione idem Virgilius inamabilem dixit ſtygiam paludem. Nā ſicut illaudatū κατὰ ϛέρησιν laudis: ita inamabilē per amoris ϛέρησιν deteſtatus eſt. Altero modo illaudatus ita defenditur. Laudare ſignificat priſca lingua nominare appellareque. Sic in actionibus ciuilibus auctor laudari dicitur: quod eſt nominari. Illaudatus ergo eſt: quaſi illaudabilis: id eſt nunq̄ nominandus: ſicuti quondam a cōmuni cōſilio aſiæ decretū eſt: uti nomen eius: qui templum Dianæ epheſiæ īcēderat: ne quis ullo in tempore nominaret. Tertium reſtat ex his quæ reprehēſa ſunt: ꝙ tunicam ſqualentem auro dixit. Id autem ſignificat copiam denſitatemque auri in ſquamaꝝ ſpeciem intexti. Squalere enim dictum ab ſquamarū celebritate aſperitateq;: quæ in ſerpentum piſciumue coriis uiſuntur. Quam rem & alii & hic idem poeta locis aliquot demonſtrat. Quem pellis inquit ahenis In plumam ſquamis auro conſerta tegebat. Et alio loco: Iamque adeo rutylum thoraca indutus ahenis Horrebat ſquamis. Accius in pelopidibus ita ſcribit: Eius ſerpentis ſquamæ ſqualido auro & purpura prætextæ. Quicquid igitur nimis īculcatū obſitūq; aliqua re erat: ut īcuteret uiſentibus facie noua horrorem: id ſqualere dicebatur. Sicut in corporibus incultis ſquamoſiſq; alta congeries ſordium ſqualor appellatur. Cuius ſignificationis multo aſſiduoque uſu totum id uerbum ita contaminatum eſt: ut iam ſqualor de re alia nulla q̄ de ſolis inquinamentis dici cœperit. Gratum mihi eſt Auienus inquit correctū: quod de optimis dictis male opinabar. Sed in hoc uerſu mihi uidetur deeſſe aliquid: Ipſe quirinali lituo paruaque ſedebat Succīctus trabea. Si. n. nihil deeſſe cōcedimus: reſtat ut fiat lituo & trabea ſuccīctus: quod eſt abſurdiſſimum. Quippe cum lituus ſit uirga breuis in parte qua robuſtior eſt incurua: qua augures utuntur. Nec uideo qualī poſſit lituo ſuccinctus uideri. Reſpondit Seruius ſic hoc dictum eſſe: ut pleraque dici per defectionem ſolent: ueluti cum dicitur. M. Cicero hō magna eloquentia. Et Roſcius hiſtrio ſūma uenuſtate. Nō plenū hoc utrūque neq; perfectū eſt: ſed enim pro pleno ac perfecto auditur: ut

Virgilius alio in loco: Victorem buten īmani corpore:id ē corpus īmane habentē. Et item alibi In medium geminos immani pondere ceſtus Proiecit. Ac ſimiliter : Domus ſanie dapibuſq; cruētis . Sic igitur id quoq; dictum uideri debet:Ipſe quirinali lituo:id eſt lituum quirinalē tenens. Quod minime mirandū foret:ſi ita dictum fuiſſet. Picus quirinali lituo erat:ſicuti dicimus ſtatua grandi capite erat . Et eſt autem & erat & fuit plerunque abſunt cum elegantia ſine detrimento ſententiæ. Sed quoniam litui facta mentio eſt: prætermictendum non ē: quod poſſe quæri animaduertimus : utrum a tuba lituus auguralis appelletur : an tuba a lituo augurum lituus dicta ſit. Vtrunque enim pari forma & pariter ī capite incuruum ē. Sed ſi (ut quidam putant)tuba a ſonitu: lituus appellata ē ex illo Homeri uerſu λίγξε βιός: neceſſe eſt: ut uirga auguralis a tubæ ſimilitudine lituus uocetur. Vtitur autē uocabulo iſto Virgilius pro tuba: ut ibi : Et lituo pugnas inſignis obibat & haſta. Subiecit Auienus: Maturate fugam: quid ſit paꝝ mihi liquet . Contraria enim mihi uidetur fuga maturitati: unde quid de hoc uerbo ſentiendum ſit: quæſo me doceas. Et Seruius : Nigidius homo omnium bonarū artium diſciplinis egregius: Maturare īqt ē: quod neq; citius neq; ſerius: ſed mediū quiddam & temperatum eſt. Bene atque proprie Nigidius: Nam & in frugibus & in pomis matura dicuntur quæ neque cruda neque immitia ſunt : neque caduca & nimium cocta: ſed tempore ſuo tēperate adulta. Hanc interpretationē nigidianā diuus Auguſtus duobus uerbis græcis eleganter exprimebat. Nam & dicere in ſermonibus & ſcribere ī epiſtolis ſolitū ferunt: σπεῦδε βραδέως:per quod monebat:ut ad rē agendam ſimul adhiberetur & induſtriæ celeritas & tarditas diligentiæ. Ex quibus duobus contrariis fit maturitas. Sic ergo & Virgilius īducit Neptunum diſceſſum uentis imperantem : ut & tam cito diſcedant tanq̄ fugiant: & tamen flandi mediocritatem in regreſſu teneant tanq̄ mature : id eſt temperate abeuntes. Veretur enī ne in ipſo diſceſſu claſſi noceant: dum raptu nimio tanq̄ per fugam redeunt . Idem Virgilius maturare & properare tanq̄ plene contraria ſcitiſſime ſeparauit his uerſibus: Frigidus agricolas ſi quando continet imber: Multa forent quæ mox cælo properanda ſereno Maturare datur. Bene & eleganter duo iſta uerba diuiſit. Nanque in propera tu rei ruſticæ per tēpeſtates & pluuias quoniam & neceſſitate ocium ē: maturari poteſt: Per ſerenas uero quoniam tempus inſtat: properari neceſſe ē. Sane cum ſignificandum ē coactius quid & feſtinatius factū: rectius hoc dicitur præmature factū q̄ mat̃e. Sicuti Afranius dixit in togata: cui tituli nomen ē: appetis dominatū: Petēs præmature præcocem. In quo uerſu animaduertendū ē: ꝙ præcocē inquit non præcoquem. Eſt enim caſus eius rectus non præcoquis : ſed



præcox. Hic Auienus rurſus interrogat. Cum Virgilius inquit Aeneam ſuum tanq̄ omnium pium a contagione atrocis uiſus apud inferos uīdicauerit: & magis eum fecerit audire reoꝝ gemitus q̄ ipſa uidere tormēta: in ipſos uero campos piorum licenter induxerit: cur hoc tantum uerſu oſtendit illi partem locorum:quibus impii cohibebant̃: Veſtibulū ante ipſū primiſq; ī faucbus orci. Qui.n.ueſtibulū & fauces uidet: ītra ipſam ædē iam ſine dubitatione ſucceſſit. Aut ſiquid aliud de ueſtibuli uocabulo intelligendū:ſcire deſidero. Ad hæc Seruius: Pleraq; ſūt uocabula quibus uulgo utimur: non tamen liquido animaduertimus quid ea ex uera proprietate ſignificent: ſicuti eſt ueſtibulum in ſermonibus celebre atque obuium uerbum: non in omnibus tamen qui illo facile utuntur: ad liquidū expectatū. Putant enim ueſtibulum eſſe partē domus priorē quam atrium uocant. Sed Cecilius Gallus uir doctiſſimus in libro de ſignificatione uerborum:quæ ad ius ciuile pertinēt: ſecundo: ueſtibulum dicit eſſe non ī ipſis ædibus neq; ædium partem:ſed locum ante ianuam domus uacuum: per quē de uia aditus acceſſuſque ad fores ædium fit. Ipſa enī ianua procul a uia fiebat area īterſita quæ uacaret. Quæ porro huic uocabulo ratio ſit:quæri multum ſolet. Sed quæ ſcripta apud idoneos auctores legi:proferre in medium non pigebit. Ve particula ſicuti quædam alia:tum intentionem ſignificat:tum minutionem. Nā uetus & uehemens alteꝝ ab ætatis magnitudine cōpoſitum eliſumq; ē : alteꝝ a nimio impetu & uī mentis inſtructum. Vecors autem & ueſanus priuationem ſignificat ſanitatis & cordis. Diximus autem ſuperius eos:qui amplas domus antiquitus faciebant:locū ante ianuam uacuū relīquere ſolitos:qui īter fores domus & uiā medius eſſet. In eo loco: qui dominū eiuſdem domus ſalutatū uenerant: prius q̄ admitterentur:conſiſtebāt: & neque in uia ſtabant:neque intra ædes erāt. Ab illa ergo grandis loci conſiſtione & quaſi quadam ſtabulatione ueſtibula appellata ſūt ſpatia:in quibus multum ſtaretur ab aduenientibus:prius q̄ ītromitterent̃ in domum. Alii conſentientes ueſtibula eadem eſſe quæ diximus:ī ſēſu tamen uocabuli diſſentiunt . Referūt enim non ad eos qui adueniunt: ſed ad illos qui in domo commanent: quoniam illic nunq̄ conſiſtunt: ſed ſolius tranſitus cauſa ad hunc locum ueniūt exeūdo ſiue redeundo. Siue igitur ſecundum priores per augumentum: ſiue per ſecundos per diminutionem intellegendum eſt:tamen ueſtibula conſtat aream:quæ a uia domum diuidit. Fauces autē iter auguſtū eſt : per quod ueſtibulū de uia flectitur. Ergo Aeneas:cum uidet fauces atque ueſtibulū domus impiorum:non ē intra domum: nec contactu ædiū execrabili ſæuoque polluit̃: ſed de uia uidet loca inter uiam & ædes locata. Bidētes hoſtiæ qd eſſēt inquit Auienus:interrogaui quendam de grāmaticoꝝ cohorte:

& ille bidentes oues eſſe reſpondit: iccircoq; lanigeras adiectū: ut oues planius demonſtrarentur. Eſto inquā oues bidentes dicantur. Sed quæ ratio huius in ouibus epitheti ſcire inq̄ uolo. Atque ille nihil contatus: oues in quit bidentes dictæ ſunt: ꝙ duos tantum dentes habeant. Tunc ego: ubi terrarum quæſo te inq̄ duos ſolos per naturam dentes habere oues aliquando uidiſti. Oſtentum enim hoc eſt: & factis piaculis procu/randū. Tum ille permotus mihi & iritatus: quære inquit ea potius quæ a grāmatico quærenda ſunt. Nā de ouiū dentibus opiliones percūctāt͛. Facetias ego nebulonis hoīs riſi: & reliqui. Sed te percūctor: quaſi ipſius uerborum naturæ coſciū. Tum Seruius de numero dentium quem ille opinatus eſt: reprehendendus a me non ē: cū ipſe iam riſeris. Veꝝ pro/curandum mihi eſt: ne illud obrepat: ꝙ bidentes epithetum ſit ouium: cum Pomponius egregius atellanarum poeta in gallis tranſalpinis hoc ſcripſerit: Mars tibi uoueo facturū: ſi unq̄ rediero: bidente uerre. Pu/blius autem Nigidius ī libro: quē de extis compoſuit: bidentes appellari ait non oues ſolas: ſed omnes beſtias bimas. Neq; tamen dixit: cur ita appellentur. Sed in cōmentariis ad ius pontificum pertinentibus legi bi/dēnes primo dictas. d. littera ex ſuperfluo (ut ſæpe aſſolet) īteriecta: ſicut pro reire redire dicitur: & pro reamare redamare: & redarguere pro rear/guere. Ad hiatum enim duarum uocalium procurandum inter poni ſolet. d. littera. Ergo bidentes primum dictæ ſunt quaſi biennes: & lō/go uſu loquēdi corrupta eſt uox: et ex bidennibus bidētes dictæ. Higinus tamen: qui ius pontificum non ignorauit: in. v. librorū quos de Virgilio fecit: bidentes appellari ſcripſit hoſtias: quæ per ætatem duos dentes al/tiores haberent: per quos ex minore in maiorem tranſcendiſſe conſtaret ætatem. Iterū quærit Auienus in his uerſibus. Frena pelethronii lapithæ gyroſq; dedere Impoſiti dorſo: atque eqtē docuere ſub armis Inſultare ſolo: & greſſus glomerare ſuperbos. Cur Virgilius equi officium equiti dederit. Nam inſultare ſolo & glomerare greſſus: equi conſtat eſſe non equitis. Bene inquit Seruius hæc tibi quæſtio nata eſt ex incuria ueteris lectionis. Nam quia ſæculum noſtrū ab Ennio & ōi bibliotheca uetere deſciuit: multa ignoramus: quæ non laterent: ſi ueteꝝ lectio nobis eſſet familiaris. Omnes enim antiqui ſcriptores ut hominem equo īſidentē: ita & equum cum portaret hominem equitem uocauerunt: & equitare non hominem tantum: ſed equum quoque dixerunt. Ennius libro aīa/liū. vii. ait: Deniq; ui magna quadrupes eques atque elephanti Proiiciūt ſeſe. Nunquid dubium eſt: quin equitem in hoc loco ipſum & equum dixerit: cum addidiſſet illi epitheton quadrupes? Sic & equitare quod uerbum e uocabulo equitis inclinatum eſt: & homo utēs equo & equus ſub homine gradiens dicebatur. Lucilius nāq; uir apprime līguæ latinæ

G



ſcius equum & currere & equitare dicit hoc uerſu: Nempe hunc currere equum nos: atque eqtare uidemus. Ergo & apud Maronē: qui antiquæ latinitatis diligens fuit: ita intelligendū eſt: atque equitem docuere ſub armis. Id eſt docuerunt & equum portantem hominem inſultare ſolo: & greſſus glomerare ſuperbos. Subiecit Auienus: Cū iam trabibus cōtex/tus acernis Staret equus. Scire uellē ī equi fabrica caſu ne an ex īduſtria hoc genus ligni nominauerit. Nam licet unum pro quolibet ligno po/nere poeticæ licentiæ ſit: ſolet tamen Virgilius temeritatem licētiæ non amare: ſed rationis certæ uim rerum uel nominum eligere.

# MACROBII AVRELII THEODOSII VIRI CONSVLARIS ET ILLVSTRIS SATVRNALIORVM LIBER. 7.

PRimis mēſis poſt epulas iā remotis & diſcurſim uariantibus poculis minutioribus: Prætextatus ſolet cibus īquit cū ſumit' tacitos efficere: potus loquaces. At nos & inter pocula ſilemus tāq̄ debeat ſeriis uel etiam philoſophicis carere tractatibus tale conuiuiū. Et Symmachus: Verum ne ita ſentis Vecti? ut philoſophia conuiuiis īterſit:& nō tāq̄ cēſoria quædam & plus nimio uerecunda materfamilias penetralibus ſuis contineatur? nec miſceat ſe libero: cui etiā tumultus familiares ſūt: cū ipſa huius ſit uerecundiæ: ut ſtrepitū nō modo uerborū: ſed ne cogitationū qdē ī ſacrarium ſuæ qetis admictat. Doceat nos uel peregrina inſtitutio & diſciplina a parthis petita: q ſolēt cū cōcubinis nō cū cōiugibus inire cōuiuia: tanq̄ has & ī uulgus ꝓduci & laſciuire quoq; illas nō niſi domi abditas tueri deceat tectū pudorem. An ego cenſeam producendam philoſophiam: quo rethorica uenire ars & profeſſio popularis erubuit? Iſocrates enim græcus orator qui uerba prius libera ſub numeros ire primus coegit: cum in conuiuio a ſodalibus oraretur: ut aliquid in medium de eloquentiæ ſuæ fonte proferret: hāc ueniam deprecatus eſt. Quæ præſens inquit locus & tempus exigit: ego nō calleo. quæ ego calleo: nec loco præſenti ſunt apta nec tempori. Ad hæc Euſtachius: Probo Symmache propoſitum tuum: ꝙ philoſophiam ea quam maximam putas obſeruatione ueneraris: ut tātum intra ſuum penetral exiſtimes adorandam. Sed ſi propter hoc a conuiuiis exulabit: procul hinc faceſſant & alumnæ eius honeſtatē dico & modeſtiam nec minus cum ſobrietate pietatem. Quam enim harum dixerim minus eſſe uenerabilē? Ita fit ut ab eiuſmodi cœtibus relegatus matronarum talium chorus libertatem conuiuiorum ſolis concubinis id eſt uitiis & criminibus abdicat. Sed abſit: ut philoſophia quæ ī ſcholis ſuis ſollicite tractat de officiis conuiuialibus: ipſa conuiuia reformidet: tanq̄ nō poſſit rebus aſſerere: quæ ſolet uerbis docere: aut neſciat ſeruare modum: cuius ī omnibus humanæ uitæ actibus terminos ipſa cōſtituit. Neq; enim ita ad menſas inuito philoſophiam: ut non ſe ipſa moderet': cuius diſciplina eſt rerum omnium moderationem docere. Vt ergo inter te & Vectiū uelut arbitrali iudicatione componā: aperiam qdē philoſophiæ tricliniorum fores. Sed ſpondeo ſic interfuturā: ne menſuram notæ ſibi ac ſectatoribus ſuis diſpēſationis excedat. Tūc Furius: Quia te unicū Euſtachi inquit ſectatorem philoſophiæ noſtra ætas tulit: oratus ſis ut

modum diſpenſationis: quam das ei conuiuanti: nobis ipſe patefacias. Et Euſtachius: Primum hoc eam ſcio ſeruaturam: ut ſecum æſtimet præſentium ingenia conuiuarum. Et ſi plures peritos uel ſaltē amatoris ſui in conuiuii ſocietate reppererit: ſermonē de ſe patietur agitari: quia uelut paucæ litteræ mutæ diſperſæ inter multas uocales in ſocietatem uocis facile manſueſcunt: ita rariores imperiti gaudentes conſortio peritorum: aut conſonant ſiqua poſſunt: aut rerū talium capiunť auditu. Si uero plures ab īſtitutione huius diſciplinæ alieni ſint: prudētibus q paucíores ītererunt ſāciet diſſimulationem ſui: & patietur loquacitatem maiori parti amiciorem ſociare: ne rara nobilitas a plebe tumultuoſiore turbetur. Et hæc eſt una de uirtutibus philoſophiæ: quia cum orator non aliter niſi orando probetur: philoſophus non minus tacendo pro tempore q̄ loquendo philoſophatur. Si ergo pauci aderunt doctiores: in conſenſum rudis conſortii ſalua & interquieſcente ueri notione migrabūt: ut omnis diſcordiæ ſuſpicio ſ... ſſat. Nec mirū ſi doctus faciet: quod fecit quondam Piſiſtratus athenarum tyrannus: qui cum filiis ſuis rectum dando conſilium non optinuiſſet aſſenſum: atq; ideo eſſet in ſimultate cum liberis: ubi hoc æmulis cauſam fuiſſe gaudii cōperit ex illa diſcordia ſperantibus ī domo regnantis naſci poſſe nouitatem: uniuerſitate ciuiū conuocata ait: ſuccēſuiſſe quidē ſe filiis nō acqeſcentibus pr̄iæ uolūtati. Sed hoc ſibi poſtea uiſū paternæ aptius eſſe pietati: ut in ſētentiam liberorū ipſe concederet. Sciret igitur ciuitas ſobolē regis cum patre eſſe concordem. Hoc commento ſpem detraxit īſidiātibus regnātis quieti. Ita in omni uitæ genere præcipueque in lætitia conuiuali ōe quod uidetur abſonum: in unam concordiam ſoni ſalua innocentia redigendū eſt. Sic Agathonis cōuiuiū: quia Socratas Phedros Pauſanias & Eriſymmachos habuit. Sic ea cœna quam Callias doctiſſimus dedit Charniadā dico Antiſthenem & Hermogenem cæteroſque his ſimiles uerbū nullū niſi philoſophū ſēſit. At uero Alcinoi uel Didonis menſa quaſi ſolis apta delitiis habuit hæc Ioppam: illa Poliphemum cithara canentes. Nec deerant apud Alcinoum uiri ſaltatores: & apud Didonē Bitias ſic hauriens merum ut ſe totum ſuperflua eius effuſione prolueret. Nonne ſiquis aut īter phæacas aut apud pœnos ſermones de ſapientia erutos conuiualibus fabulis miſcuiſſet: & gratiā illis cœtibus aptā perderet: & in ſe riſum plane iuſte moueret. Ergo prima eius obſeruatio erit æſtimare conuiuas. Deinde ubi ſibi locum patere uiderit: non de ipſis profunditatis ſuæ inter pocula ſecretis loqueť: nec nodoſas & anxias ſed utiles quidem facileſque quæſtiones mouebit. Nam ſicut inter illos qui excercitii genus habent ī mediis ſaltare conuiuiis: ſiqs ut ſe amplius exerceat: uel ad curſū uel ad pugillatū ſodales laceſſiuerit:



quaſi ineptus relegabitur ab alacritate conſortii: Sic apud menſam quādo licet aptis philoſophandum eſt: ut crateri liquoris ad lætitiam nati adhibeatur non modo nympharum ſed muſarum quoq; admixtione temperies. Nam (ſicut fateri neceſſe eſt) in omni conuentu aut tacēdum eſt: aut loquendum. Quæramus ſilentium ne conuiuiis: an & opportunus ſermo conueniat. Nam ſicut apud athenas ariopagitæ tacentes iudicant: ita inter epulas oportet ſemper ſileri. Non eſt ultra quærendū inter menſas philoſophandum nec ne ſit. Si uero non erūt muta conuiuia: cur ibi ſermo permictitur: honeſtus ſermo prohibetur? maxime cum non minus q̄ dulcedo uini hilarent uerba conuiuium. Nam ſi Homeri latentem prudentiam inſcruteris altius: delinimentum illud quod Helena uino miſcuit: non herba fuit: nō ex india ſuccus: ſed narrandi opportunitas: quæ hoſpitem mœroris oblitum flexit ad gaudiū. Vlyxis enim præclara facinora filio præſente narrabat.

ϖάντα μὲν οὐκἂν ἐγὼ μυθήσομαί οὐδ᾽ὀνομήνω.
ὅσσοι ὀδυσσῆος ταλασίφρονος εἰσὶν ἄεθλοί
ἀλλ᾽οἷον τόδ᾽ἔρεξε καὶ ἔτλη καρτερὸς ἀνήρ
δήμῳ ἐνὶ τρώων ὅτι ϖάσχετε ϖήματα ἀχαιοί.

Ergo paternam gloriam & ſingula eius fortia dicendo animū filii fecit alacriorem: & ita credita eſt contra mœrorem uino remediū miſcuiſſe. Quid hoc inquis ad philoſophiam? Immo nihil tā cognatum ſapiētiæ: q̄ locis & temporibus aptare ſermones perſonarum quæ aderunt æſtīatione in medium uocata. Alios enim relata incitarunt exempla uirtutū: alios beneficiorum nōnullos modeſtiæ: ut & qui aliter agebant: ſæpe auditis talibus ad emendationem uenirent. Sic autem uitiis irretitos: ſi & hoc conuiuiis exegerit loquendi ordo: feriet philoſophia nō ſentientes: ut Liber pr̄ thyrſo ferit per obliquationē circūfuſæ hederæ latente mucrone. quia non ita profitebitur ī conuiuio cenſorem: ut palam uitia caſtiget. Cæterum his obnoxii repugnabūt: & talis erit conuiuii tumultus: ut ſub huiuſmodi inuitati uideātur edicto:

Quod ſupereſt: læti bene geſtis corpora rebus
Procurate uiri: & pugnam ſperate parari.

Aut ut Homerus breuius & expreſſius dixit:

Ergo ſi opportunitas neceſſariæ reprehēſionis emerſerit: ſic a philoſopho proficiſcetur: ut & tecta & efficax ſit. Quid mirum ſi feriet ſapiens ut dixi non ſentientes: cū interdum ſic reprehēdat ut reprehenſus hilareť? Nec tantum fabulis ſuis ſed interrogationibus quoque uim philophiæ nihil īeptū loquētis oſtendet. Hāc ergo nullus honeſtus actus locuſue cœtuſue excludat: quæ ita ſe aptat: ut ubiq; ſic appareat neceſſaria tā q̄

abeſſe illã nefas fuerit. Et Auienus: Nouas mihi duas diſciplinas uideris ĩducere interrogandi uel reprehendendi: ut alacritas utrinque iis ad quos ſermo ẽ excitetur: cum dolor ſemper reprehenſionem uel iuſtam ſequatur. Vnde hæc quæ leuiter attigiſti: fac quæſo enarrando planiora. Primum inquit Euſtachius hoc teneas uolo: non de ea me reprehenſione dixiſſe: quæ ſpeciem accuſationis habet: ſed quæ uituperationis inſtar ẽ: hoc græci ſcõma uocant: nõ minus quidem amarum q̃ accuſatio: ſi importune proferatur. Sed a ſapiente ſic proferetur: ut dulcedine quoque nõ careat. Et prius tibi de interrogando reſpondeã. Qui uult amœnus eſſe conſultor: ea interrogat quæ ſunt interrogato facilia reſponſu: & quæ ſcit illum ſedula exercitatione didiciſſe. Gaudet enim quiſquis prouocatur ad doctrinam ſuam in medium proferendam: quia nemo uult latere quod didicit: maxime ſi ſcientia quam labore quæſiuit: cum paucis illi familiaris & plurimis ſit incognita: ut de aſtronomia uel dialectica cæteriſq; ſimilibus. Tũc enim uidetur conſequi fructũ laboris: cum adipiſcuntur occaſionem publicandi quæ didicerant ſine oſtẽtationis nota: qua caret qui non ingerit: ſed inuitatur ut proferat. Contra magne amaritudinis eſt: ſi coram multis interroges aliquem quod non optima ſcientia quæſiuit. Cogitur enim aut negare ſe ſcire: quod extremum uerecundiæ damnũ putant: aut reſpondere temere & fortuito ſe euentui ueri falſiue cõmictere. Vnde ſæpe naſcitur ĩſcitiæ proditio: & õe hoc infortunium pudoris ſui imputat conſulenti. Nec nõ & q obierunt maria & terras: gaudent cum de ignoto multis uel terrarũ ſitu uel ſinu maris interrogantur: libenterque reſpondent & deſcribunt modo uerbis modo radio loca: glorioſiſſimum putantes quæ ipſi uiderant aliorꝝ oculis obiicere. Quid duces & milites: qui fortiter a ſe facta ſemper dicturiũt: & nõ tacẽt arrogãtiæ metu? Nõ ne ſi ut hæc referãt ĩuitẽtur: mercedẽ ſibi laboris extimant perſolutã? remuneratione putantes inter uolentes narrare quæ fecerant? Adeo autem id genus narrationum habet quẽdã gloriæ ſaporem: ut ſi inuidi uel æmuli forte præſẽtes ſint: tales ĩterrogationes obſtrependo diſcutiant: & alias inſerendo fabulas prohibeant illa narrari: quæ ſolent narranti laudẽ creare. Pericula quoque præterita uel erumnas penitus abſolutas qui euaſit: ut referat: gratiſſime ꝓuocat᷑. Nam qui adhuc ĩ ipſis uel paululum detinetur: horret admonitionem & formidat relatum. Ideo Euripides expreſſit: adiecit enim σωθέντα: ut oſtenderet poſt finem malorum gratiam relationis incipere. Et poeta noſter adiiciendo olim: quid aliud niſi poſt emenſa infortunia futuro tempore iuuare dicit memoriam ſedati laboris? Forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit. Nec negauerim eſſe malorum genera: quæ non uult qui pertulit uel tranſacta meminiſſe. Nec minus ĩterrogatus offenditur q̃ cum in ipſis malis fuit: ut qui carnifices expertus eſt & tormenta membrorum: ut qui infauſtas pertulit orbitates: uel cui nota quõdã afflicta cẽſoria eſt. Caue interroges: ne uidearis obiicere. Illum ſæpe ſi potes ad narrandum prouoca: qui recitando fauorabiliter exceptus eſt: uel qui libere & fœliciter legationẽ peregit: uel ab ĩperatore comiter affabiliterq; ſuſceptus eſt: uel ſiquis tota pene claſſe a piratis occupata ſeu ingenio ſeu uiribus ſolus euaſit: quia uix implet deſiderium loquentis rerꝝ taliũ uel longa narratio. Iuuat: ſi quem dicere iuſſeris amici ſui repentinam fœlicitatem: quantus illi honor acreuerit: quam ſponte non audebat uel tacere uel dicere modo iactantiæ modo malitiæ metu. Qui uenatibus gaudet: interroget᷑ de ſiluæ ambitu de ambage luſtrorum de uenationis euentu. Religioſus ſi adeſt: da illi referendi copiam: quibus obſeruationibus meruerit auxilia deorum: quantus illi cerimoniarũ fructus: quia & hoc genus religionis exiſtimant: numinum beneficia non tacere. Adde quia uolunt & amicos ſe numinibus extimari. Si uero & ſenex præſens eſt: habes occaſionem qua plurimum illi contuliſſe uidearis: ſi eum interroges uel quæ ad illum omnino non pertinent. Eſt enim huic ætati loquacitas familiaris. Hæc ſciens Homerus quandam congeriem ſimul interrogantium Neſtori fecit offerri:

Tot loquendi ſemina interrogando congeſſit: ut pruritum ſenectutis expleret. Et uirgilianus Aeneas gratum ſe ad omnia præbens Euandro: uarias illi narrandi occaſiones miniſtrat. Neque enim de una re aut altera requirit: ſed ſingula lætus Exquiritque auditque uirꝝ monumenta priorꝝ. Et Euãder cõſultationibus captus ſcitis q̃ multa narrauerit. Hæc dicentem fauor excepit omnium. Sed mox ſubiecit Auienus: Vos ões qui doctorum doctiſſimi adeſtis orauerĩ: ut hortatu ueſtro Euſtachius: quæ de ſcõmate paulo ãte dixerit: aiet᷑ aperire. Omnibuſq; ad hoc prouocantibus: ille contexuit. Præter categoriam quæ ẽ ψόγος: & præter διαβολὴν quæ delatio eſt: ſũt alia duo apud græcos nomina lœdoria & ſcõma: quibus nec uocabula latina reperio: niſi forte dicas lederiam exprobrationem eſſe ad directam cõtumeliam. Scõma enim pene dixerim morſum figuratum: quia ſæpe fraude uel urbanitate tegit᷑: ut aliud ſonet aliud intelligas. Nec tamen ſemper ad amaritudinem pergit: ſed nonnunq̃ iis in quos iacitur & dulce eſt. Quod genus maxime uel ſapiẽs uel alias urbanus exercet præcipue inter mẽſas & pocula: ubi facilis eſt ad iracundiam prouocatio. Nam ſicut in præcipiti ſtantem uel leuis tactus ĩpellit: ita uino uel ĩfuſũ uel aſperſũ paruus quoq; dolor ĩcitat in furorem. Ergo cautius in conuiuio abſtinendum ſcõmate: quod tectã intra ſe habet iniuriã. Tanto enim preſſius hærent talia dicta q̃ directe

ledoriæ: ut hami coangulosi q̃ directi mucrones tenacius īfiguntur:ma-
ximeque dicta huiuſmodi riſum præſentibus mouent:quo uelut aſſēſus
genere cōfirmatur iniuria. Eſt.n.ledoria huiuſmodi :Oblitus ne es quia
ſalſamenta uendebas? Scomma autem:quod diximus ſæpe cōtumeliam
eſſe celatam:tale eſt: Meminimus quando brachio te emungebas. Nam
cum res eadem utrobique dicta ſit:illud tamen ledoria ē : quod aperte
obiectum exprobratumque eſt: hoc ſcomma quod figurate. Octauius
qui natu nobilis uidebatur:Ciceroni recitanti ait:Non audio quæ dicis.
Ille reſpondit Certe ſolebas bene foratas habere aures. Hoc eo dictum ē:
quia Octauius libys oriundus dicebatur:quibus mos eſt aurem forare.
In eundem Ciceronem Laberius:cum ab eo ad conſeſſum non reciperet̃
dicente reciperem te niſi anguſte ſederemus: ait ille minus mordacit̃ :
Atque ſolebas duabus ſellis ſedere: obiiciens tanto uiro lubricum fidei.
Sed id quod Cicero dixit: niſi anguſte ſederemus: ſcomma eſt in.C.Cæ-
ſarem:qui in ſenatum paſſim tā multos admictebat:ut eos.xiiii.gradus
capere non poſſent. Tali ergo genere quod fœtū contumeliæ eſt:abſti-
nendū ſapienti ſuper cæteris in conuiuio eſt. Sunt alia ſcōmata minus
aſpera edentatæ belluæ morſus: ut Tullius in conſulem: qui uno tātū
die conſulatum peregit. Solent inquit eſſe flamines diales:modo con-
ſules diales habemus. Et in eundem: Vigilantiſſimus eſt conſul noſter:
qui in conſulatu ſuo ſomnum non uidit. Eidemque exprobranti ſibi:
ꝙ ad eundem conſulem non ueniſſet: Veniebam inquit:ſed nox me
comprehendit. Hæc & talia ſunt:quæ plus urbanitatis:minus amaritu-
dinis habent:ut ſunt & illa de nonnullis corporis uitiis aut parum aut
nihil gignentia doloris:ut ſi in caluitium cuiuſq̃ dicas:uel ī naſum ſeu
curuam erectionem ſeu ſocraticam depreſſionem. Hæc enim quanto
minoris īfortunii ſunt:tanto lenioris doloris. Contra oculorum orbitas
nō ſine excitatione commotionis obiicit̃. Quippe Antigonus rex Theo-
critum chium:de quo iurauerat ꝙ ei parſurus eſſet:occidit propt̃ ſcōma
ab eodem de ſe dictum. Cum enim quaſi puniēdus ad Antigonum ra-
peretur:ſolantibus eum amicis ac ſpē pollicentibus:ꝙ omnino clæmētiā
regis experturus eſſet:cum ad eius oculos ueniſſet reſpōdit: Ergo īpoſſi-
bilem mihi dicitis ſpem ſalutis. Erat autem Antigonus uno orbatus
oculo:& importuna urbanitas maledicacē luce priuauit. Nec negauerī
philoſophos quoque incurriſſe nonunq̃ per indignationem hoc genus
ſcommatis. Nam cum regis libertus ad nouas diuitias nuper erectus
philoſophos ad conuiuium congregaſſet:& irridēdo eorum minutulas
quæſtiones: ſcire ſe uelle dixiſſet:cur & ex nigra & ex alba faba pulmētū
unius coloris edat: Aridices philoſophus indigne ferens: tu nobis īquit
abſolue:cur & de albis & nigris loris ſimiles maculæ gignātur. Scōmata



quæ in ſuperficie habent ſpeciem contumeliæ:ſed interdum non tāgunt
audientes:cum eadem ſi obnoxio dicantur exagitant: ut contra ſūt quæ
ſpeciem laudis habent:& perſonam audientis efficiunt contumeliæ ple-
nā. De prætore prius dicā. Lucius Quintus prætor de prouincia nuper
reuerterat: obſeruata quod mireris domitiani tēporis præturæ maxima
caſtitate. Is cum æger aſſidenti amico diceret:frigidas ſe habere manus:
renidens ille ait: Atqui eas de prouincia calidas paulo ante reuocaſti.
Riſit Quintus delectatuſq; eſt: quippe alieniſſimus a ſuſpicione fur-
torum. Contra ſi hoc diceretur male ſibi conſcio & ſua furta recolenti:
exacerbaſſet auditū. Critobolum famoſæ pulchritudinis adoleſcentem
Socrates cum ad comparationem formæ prouocaret: iocabatur:non ir-
ridebat. Certe ſi dicas conſumatarū diuitiarū uiro tibi excito creditores
tuos:aut ſi nimis caſto gratæ ſunt tibi meretrices:quia continua eas lar-
gitate ditaſti:utique delectabuntur ſcientes his dictis ſuam conſcientiā
non grauari. Sicut contra ſunt:quæ ſub ſpecie laudis exagitant: ſicut
paulo ante diuiſi. Nā ſi timidiſſimo dixero Achilli uel Herculi cōparā-
dus es.aut famoſæ iniquitatis uiro: ego te Ariſtidi in æquitate ꝓpono:
ſine dubio uerba laudem ſonantia ad notam uituperationis ſuæ uterq;
tracturus eſt. Eadem ſcommata eoſdem modo iuuare modo mordere
poſſunt pro diuerſitate præſentium perſonarum. Sunt enim quæ ſi
coram amicis obiiciantur nobis:libenter audire poſſimus:& uxore uero
ſeu parentibus magiſtriſue præſentibus dici ī nos aliquod ſcomma no-
limus:niſi forte tale ſit quod illorum cenſura libenter accipiat. Vt ſi
qs adoleſcentem coram parentibus uel magiſtris irrideat: ꝙ inſanire
poſſit continuis uigiliis lectionibuſque nocturnis: aut uxore præſente
ꝙ ſtulte faciat uxorium ſe præbendo:nec ullam elegantiam eligendo
formarum. Hæc enim & in quos dicuntur & præſentes hilaritate per-
fundunt. Commendat ſcomma & conditio dicentis: ſi ī eadem cauſa
ſit:ut ſi alium de paupertate pauper irredeat: ſi obſcure natum natus
obſcure. Nā Tharſius Amphias cum ex hortulano potēs eſſet:& ī ami-
cum quaſi degenerem nonnulla dixiſſet: mox ſubiecit: Sed & nos de
eiſdem ſeminibus ſumus:& omnes pariter lætos fecit. Illa uero ſcōmata
directa lætitiā cum in quem dicuntur infundunt:ſi uirum fortem uitu-
peres quaſi ſalutis ſuæ prodigum & pro aliis mori uolentem: aut ſi
obieceris liberali:ꝙ res ſuas profundat minus ſibi q̃ aliis conſulendo.
Sic & Diogenes Antiſtenem Cynicum magiſtrum ſuum ſolebat ueluti
uituperando laudare. Ipſe me aiebat mendicum fecit e diuite: & pro
ampla domo in dolio fecit habitare. Melius autem iſta dicebat:q̃ ſi di-
ceret gratus illi ſum: quia ipſe philoſophum me & conſumatæ uirtu-
tis uirum fecit.Ergo cum unum nomen ſcommatis ſit:diuerſi continēt̃

in eo effectus. Ideo apud lacedæmonios īter cætera exactæ uitæ inſtituta hoc quoque exercitiū genus a Lygurgo eſt inſtitutum: ut adoleſcētes & ſcommata ſine morſu dicere:& ab aliis ī ſe dicta perpeti diſcerent. Ac ſiquis eorum in indignationem ob tale dictū prolapſus fuiſſet: ulterius ei in alterum dicere non licebat. Cum ergo uideas mi Auiene (īſtituenda eſt enim adoleſcentia tua:quæ ita docilis ē ut dicēda præcipiat)cū uideas inq̄ anceps omne eſſe ſcommatum genus: ſuadeo in conuiuiis ī quibus lætitiæ inſidiabitur ira: ab eiuſmodi dictis faceſſas: & magis quæſtiones conuiuales uel proponas uel ipſe diſſoluas. Quod genus ueteres ita ludicrum non putarunt: ut & Ariſtoteles de ipſis aliqua conſcripſerit & Plutarchus & ueſter Apuleius. Nec contemnendum ſit:quod tot philoſophātium curā meruit. Et Prætextatus:Hoc quæſtionum genus:cum & ſenilem deceat ætatem: cur ſoli iuueni ſuadetur? Quin agite omnes qui adeſtis hæc apta conuiuio fabulemur:nec de cibatu tantum:ſed & ſi qua uel natura corporum uel alia præſēte maxime Diſario noſtro:cuius plurimum ad hoc genus quæſtionum poterit ars & doctrina conferre: ſortiamurque(ſi uidetur)ut per ordinem unuſquiſque proponat quam ſoluendam exiſtimet quæſtionem. Hic aſſenſi omnes Prætextato anteloquium detulerunt:orantes ut cum ipſe cœpiſſet cæteris ex filo conſultationis eius interrogandi conſtituerunt exemplum. Tum ille quæro inquit:utrum ſīplex an multiplex cibus digeſtu facilior ſit:quia multos hunc: nonnullos illum ſectantes uidemus. Et eſt quidem ſuperba ac contumax & ueluti ſui oſtentatrix continentia: contra amœnam ſe & comē appetentia uult uideri. Cū ergo cenſoria ſit una:delicata altera: ſcire equidem uelim:quæ ſeruandæ aptior ſit ſanitati. Nec longe petendus aſſertor eſt:cum Diſarius adſit:qui quod conueniat corporibus humanis nō minus callet:q̄ ipſa nat̃a huius fabricæ auctor & nutrix. Dicas ergo uelim:quid de hoc quod quæritur medicinæ ratio perſuadeat. Si me Diſarius inquit aliquis ex plebe imperitorum de hac quæſtione cōſuluiſſet:quia plebeia ingenia magis exēplis q̄ ratione capiuntur:admonuiſſe illum contentus forem inſtitutionis pecudum:quibus ſi cū ſīplex & uniformis cibus ſit:multo ſaniores ſunt corporibus humanis: & īter ipſa illæ morbis implicantur:quibus(ut altiles fiant)offæ compoſitæ & quibuſdam condimentis uariæ farciuntur: nec dubitaret poſthac cum aduertiſſet animalibus ſimplici cibo utentibus familiarem ſanitatem: ægreſcere autē & īter illa quæ ſaginam compoſita uarietate crudeſcere: fortaſſe illum attentiorē exemplo altero feciſſem:ut conſideraret nullū unq̄ fuiſſe medicorum circa curas ægreſcētium tam audacis negligētiæ: ut febrienti uarium & non ſimplicem cibum daret. Adeo conſtat q̄ facilis digeſtu ſit uniformis alimonia: ut ei uel cum infirma ſit natura



ſufficiat. Nec tertium defuiſſet exemplum:ita eſſe uitandam ciborum uarietatem: ut uaria ſolent uina uitari. Quis enim ambigat eum: qui diuerſo uino utitur:ī repentinam ruere ebrietatem? nec dum hoc potus copia poſtulāte? Tecum autem Vecti: cui ſoli perfectionē diſciplinaꝝ omnium contigit optinere: non tā exemplis q̄ ratione tractandū ē:quæ & me tacente clā te eſſe non poterit. Cruditates eueniūt:aut qualitate ſucci ī quem cibus uertitur:ſi nō ſit aptus humori qui corpus optinuit: aut ipſius cibi multitudine non ſufficiente natura ad omnia quæ congeſta ſunt concoquenda. Ac primū de ſucci qualitate uideamus. Qui ſimplicem cibum ſumit : facile quo ſucco uel corpus eius iuuetur uel grauetur uſu docente cognoſcit. Nec enim ambigit cuius cibi qualitate poſſeſſus ſit:cum unum ſumpſerit:& ita fit:ut noxa cuius cauſa deprehenſa eſt:facile uitet̃. Qui autem multiplici cibo alitur: diuerſas patit̃ qualitates ex diuerſitate ſuccorū. Nec concordant humores ex materiæ uarietate naſcentes:nec efficiunt liquidum purumue ſanguinem: ī quē iecoris miniſterio uertuntur:& in uenas cum tumultu ſuo tranſeunt. Hinc morborum ſcaturigo: qui ex repugnantium ſibi humorum diſcordia naſcuntur. Deinde quia non omniū quæ eſui ſunt: una nat̃a eſt:non omnia ſimul coquuntur: ſed alia celerius: tardius alia:& ita fit ut digeſtionum ſequentium ordo turbetur. Neque enī cibi quē ſumimus:una digeſtio ē:ſed ut corpus nutriat quattuor patitur digeſtiones: quaꝝ unā omnes uel ipſi quoq; ebetes ſētiunt:alias occultior ratio deprehendit. Quod ut omnibus liqueat:paulo altius mihi cauſa repetēda eſt. Quattuor ſunt nobis uirtutes:quæ adminiſtrandam alimoniam receperunt. Quarum una dicitur καθεκτική: quæ deorſum trahit cibaria confecta mandibulis. Quid enim tam craſſam materiam per faucium āguſta fulciret:niſi eam uis naturæ occultior hauriret. Hauſta uero ut non continuo lapſu per omne corpus ſuccedentibus ſibi foraminibus peruiū ad imū uſque deſcendāt:& talia qualia accepta ſūt:egerātur:ſed ſalutare officium digeſtionis expectant. Secundæ hoc cura uirtutis eſt: quam græci quia retentatrix ē: uocant καθεκτική. Tertia quia cibum in aliud ex alio mutat: uocatur ἀλλοιωτική. Huic obſequuntur omnes: quia ipſa digeſtionibus curat. Ventris enim duo ſunt orificia. Quoꝝ ſuperius erectū recipit deuorata: & in follem uentris recondit. Hinc ē ſtomachus qui paterfamilias dici meruit:quaſi omne animal ſolus gubernans. Nam ſi ægreſcat:uita in ancipiti ē titubante alimoniæ meatu: cui natura tanq̄ rationis capaci uelle ac nolle contribuit. Inferius uero demiſſū inteſtinis adiacentibus inſeritur:& inde uia ē egerendi. Ergo ī uentre fit prima digeſtio uirtute ἀλλοιωτικῆ in ſuccū uertēte q̧cquid acceptū eſt:cuius fæx retrimenta ſunt:quæ per īteſtina inferiore orificio

tradente labuntur: & officio quartæ uirtutis:cui ἀποκριτική nomen ē:
procuratur egeſtio. Ergo poſtq̃ ĩ ſuccum cibus reformatur:hic iã iecoris
cura ſuccedit. Eſt autem iecur concretus ſanguis:& ideo habet natiuum
calorem:quod confectum ſuccum uertit in ſanguinem. Et ſicut cibum ĩ
ſuccum uerti prima eſt: ita ſuccum tranſire in ſanguinẽ ſecũda digeſtio
eſt. Hunc calor iecoris adminiſtrandum per uenarum fiſtulas in ſua
quæque membra diſpergit: parte quæ ex digeſtis frigidiſſima eſt inlie-
nem refuſa: qui ut iecur caloris: ita ipſe frigoris domicilium eſt. Nam
ideo omnes dexteræ partes ualidiores ſunt & debiliores ſiniſtræ: quia
has regit calor uiſceris ſui:illæ contagione frigoris ſiniſtra optinentis he-
betantur. In uenis autem & arteriis: quæ ſunt receptacula ſanguinis &
ſpiritus:tertia fit digeſtio. Nam acceptum ſanguinem quodam modo
defæcant:& quod in eo aquoſũ eſt:uenæ in ueſicam refundunt:liquidũ
uero purumque & altilem ſanguinem ſingulis totius corporis membris
miniſtrãt. Et ita fit ut cibũ ſolus uẽter accipiat eius alimonia diſperſa
per uniuerſos membrorum meatus: oſſa quoq; & medullas & ungues
nutriat & capillos. Etiam hæc eſt quarta digeſtio:quæ in ſingulis mẽbris
fit:dũ quod unicuique membro datum eſt:ipſi membro fit nutrimẽtũ.
Nec tamen huic totiens defæcato retrimenta ſua deſũt: quæ cũ mẽbra
omnia in ſua ſũt ſanitate: per occultos euaneſcunt meatus. Siqua uero
pars corporis ægreſcat:ĩ ipſã quaſi infirmiorem ultima illa quæ diximus
retrimenta labuntur. Et hinc naſcuntur cauſæ quæ ῥεύματα medicis
uocare mos ē. Si enĩ fuerit ultimi ſucci iuſto uberior multitudo: hanc
a ſe repellit pars corporis illa:quæ ſanior ē:& ſine dubio labit' ĩ infirmã:
quæ uires non habet repellendi. Vnde & alieni receptio diſtendit locũ:
in quem ceciderit:& hinc creantur dolores. Hæc ē ergo triplex cauſa uel
podagræ uel cuiuſlibet ex cõfluentia morbi:id eſt multitudo humoris:
fortudo membri a ſe repellentis:& recipientis infirmitas. Cum igitur
aſſeruerimus:quattuor ĩ corpore fieri digeſtiones:quarum altera pendet
ex altera:& ſi præcedens fuerit impedita : nullus fit ſequentis effectus:
recurramus animo ad illã primam digeſtionem:quæ in uentre cõficit':
& ĩuenietur quid impedimẽti ex multiformi naſcatur alimonia. Diuer-
ſorum enim ciborum diuerſa natura eſt: & ſunt qui celerius qui tardius
digeruntur. Cum ergo prima digeſtio uertitur ĩ ſuccum: quia nõ ſimul
accepta omnia uertuntur:quod prius uerſum ē:dum alia tardius uertũt'
aceſcit:& hoc ſæpe etiã eructando ſentimus. Alia quoque quibus tarda
digeſtio ē:uelut ligna humida quæ urgente igne fumum de ſe creant:ſic
illa ĩminente igne naturæ fumant: dum tardius coquuntur:ſiquidem
nec hoc ſenſum eructantis euadat. Cibus autem ſimplex non habet cõ-
trouerſam moram:dum ſimplicem in ſuccum uertitur.Nec digeſtio illa



turbatur:dũ omnes ſibi pro ſtatuta momẽtorum dimenſione ſuccedũt.
Siquis autem (quia nihil impatientius imperitia)rationes has dedignet'
audire:extimans non impediri digeſtionem niſi ſola ciborum multitu-
dine:nec uelit de qualitate tractare. Hic quoque multiformis alimonia
deprehenditur cauſa morborum. Nam pulmentorum uarietas recipit
uaria condimenta: quibus gula ultra q̃ naturæ neceſſe eſt laceſſitur:&
fit inde congeries: dum pruritu deſiderii amplius uel certe de ſingulis
parua libantur. Hinc Socrates ſuadere ſolitus erat illos cibos potuſue
uitandos:qui ultra ſitim famemue ſedandam producunt appetentiã.
Denique uel propter hoc edendi uarietas repudietur:quia plena eſt uo-
luptatis:a qua ſeriis & ſtudioſis cauẽdum eſt. Quid enim tam cõtrariũ
q̃ uirtus & uoluptas. Sed modũ diſputationis facio:ne uidear hoc ipſũ
in quo ſumus:licet ſobrium ſit tamen quia uariũ eſt:accuſare cõuiuiũ.
Hæc cũ Prætextato & cæteris prona aſſẽſione placuiſſent: Euãgelus ex-
clamauit:nihil tam indignum toleratu:q̃ ꝙ aures noſtras græca lingua
captiuas tenet:& uerborum rotunditati aſſentire cogimur circunuenti
uolubilitate ſermonis: quia ad extorquendam fidem agit in audientes
tyrannum. Et quia his loquendi laberinthis impares nos fatemur: age
Vecti hortemur Euſtachium:ut recepta contraria diſputatione ꝗcquid
pro uario cibo dici poteſt uelit cõmunicare nobiſcum: ut ſuis telis lĩgua
uiolenta ſuccumbat: & græcus græco eripiat hũc plauſum:tanq̃ cornix
cornici oculos effodiat. Et Symmachus: Rẽ iucundam Euangele ama-
rius poſtulaſti. Audere enĩ contra tam copioſe & eleganter inuenta:res
quæ habeat utilem uoluptatem: ſed non tanq̃ ingeniis inſidiantes &
glorioſis tractatibus inuidentes hoc debemus expetere. Nec abnego po-
tuiſſe me quoque tanq̃ palinodiam canere. Eſt enim rethorica prælucio
cõmunes locos in utramuis partem inuentorum alternatione tractare.
Sed quia facilius græcorum inuentionibus a græcis forte aliis relata reſ-
pondent: te Euſtachi oramus omnes: ut ſenſa & inuenta Diſarii cõtra-
riis repellendo ĩ ĩtegrum reſtituas exauctoratum conuiuiorum leporẽ.
Ille diu hoc a ſe officium deprecatus: ubi tot ĩpellentium procerũ ꝗbus
obuiandum non erat hortatui ſuccubuit: bellum inquit duobus mihi
amiciſſimis cogor indicere Diſario & continentiæ. Sed ab auctoritate
ueſtra tanq̃ ab edicto prætoris ĩpetrata uenia gulæ patronum(quia ne-
ceſſe eſt)profitebor. In primo ſpecioſis magis q̃ ueris pene nos Diſarii
exemplis:ut docebitur: noſtri cepit ingenium. Ait enim pecudes uti
ſimplici cibo: & ideo expugnari difficilius earũ q̃ hominũ ſanitatem.
Sed utranq; falſam probabo. Nam neque ſimplex ē animalibus mul-
tis alimonia: nec ab illis q̃ a nobis morbi remotiores. Teſtatur unum
uarietas pratorum quæ depaſcuntur: quibus herbæ ſunt amaræ pariter

& dulces aliæ ſuccũ calidum aliæ frigidum nutrientes: ut nulla culina poſſit tam diuerſa condire: q̃ in herbis natura uariauit. Notus ẽ Eupolis inter elegantes habendus ueteris comœdiæ poetas. Is in fabula quæ ĩſcribitur æges: inducit capras de cibi ſui copia in hæc ſe uerba iactantes: βοσκόμεθ ὕλης ἄπο παντοδαπῆς. Videt̃ ne uobis ciborum iſta ſimplicitas: ubi tot enumerantur uel arbuſta uel frutices non minus ſucco diuerſa q̃ nomine? Quod autẽ non facilius morbis homines q̃ pecudes occupentur: Homero teſte cõtentus ſum: qui peſtilentiã refert a pecudibus eſſe inchoatã: quando morbus ante q̃ in homines poſſet irrepere: facilius captis pecoribus incubuit. Sed & quanta ſit multis animalibus infirmitas: uitæ breuitas indicio eſt. Quid enim eorum quibus notitia nobis in uſu eſt: poteſt annos hominis æquare? niſi recurras forte ad ea quæ de coruis atque cornicibus fabuloſa dicuntur? Quos tamen uidemus omnibus inhiare cadaueribus: uniuerſiſque ſeminibus inſidiari: fructus arborum perſequi. Nam non minus edacitatis habent: q̃ de lõgæuitate eorum opinio fabulatur. Secundum (ſi bene recordor) exẽplũ eſt: ſolere medicos ægris ſimplicem cibum offerre non uarium: cũ hunc offeratis (ut opinor) non quaſi digeſtu faciliorem: ſed quaſi minus appetendum: ut horrore uniformis alimoniæ edendi deſiderium langueſceret quaſi multis cõcoquendis pro infirmitate non ſufficiente nata. Ideo ſiquis ægreſcentium uel de ipſo ſimplici cibo amplius appetat: ſubducitis adhuc deſideranti. Ideo uobis commento tali non qualitas: ſed modus quæritur. Quod autem in edendo ſicut in potando ſuades uaria uitari: habet latentis captionis inſidias: quia nomine ſimilitudĩs coloratur. Cæterum lõge alia ciborum ratio eſt. Quis enim unq̃ edẽdo plurimum mente ſauciatus eſt: quod in bibendo contingit. Fartus cibo ſtomacho uel uentre grauatur: infuſus uino fit ſimilis inſano. Opinor quia craſſitudo cibi uno in loco permanens expectat adminiſtrationem digeſtionis: & tunc demum membris ſenſim confectus illabitur: potus ut natura leuior mox altum petit: & cerebrum: quod in uertice locatum eſt ferit fumi calentis aſpergine: & ideo uaria uina uitantur: ne res quæ ad poſſidendũ caput repentina eſt: calore tam diuerſo q̃ ſubito conſilii ſedẽ ſauciet. Quod æque in cibi uarietate metuendum nulla ſimilitudo ratio nulla perſuadet. In illa uero diſputatione: qua digeſtionum ordinem ſermone luculẽto & uario digeſſiſti: illa omnia quæ de natura humani corporis dicta ſunt: & nihil nocent propoſitæ quæſtioni: & eloquenter dicta non abnego. Illi ſoli non aſſentior: ꝙ ſuccos uarios de ciborum uarietate confectos dicis contrarios eſſe corporibus: cum corpora ipſa de contrariis qualitatibus fabricata ſint. Ex calido enim & frigido de ſicco & humido conſtamus. Cibus uero ſimplex: cui adeſt ſuccum de ſe unius qualitatis emittit. Scimus autem ſimilibus ſimilia nutriri. Dic quæſo unde aliæ tres qualitates corporis nutrĩetur. Sĩgula autem ad ſe ſimilitudinem ſui rapere teſtis ẽ Empedocles: qui ait

Te autem ſæpe audio Hippocratis tui uerba cũ admiratione referẽtem:

Ergo ſi homo nõ unum: nutriendus eſt non ex uno. Nã & deus oĩum fabricator aerem: quo circunfundimur & cuius ſpiramus hauſtu: non ſĩplicẽ uoluit habere qualitatẽ: ut aut frigidus ſit ſemper aut caleat: ſed nec continuæ ſiccitati nec perpetuo eum addixit humori: quia una nos nõ poterat qualitate nutrire de permixtis quattuor fabricatos. Ver ergo calidum fecit & humectum. Sicca eſt æſtas & calida. Auctũnus ſiccus & frigidus. Hyems humida pariter & frigida eſt. Sic & elementa quæ ſunt noſtra principia: ex diuerſitatibus etiã ipſa cõſtant: & nos nutriũt. Eſt enim ignis calidus & ſiccus. Aer humectus & calidus. Aqua ſimilr̃ humecta & frigida. Terra frigida pariter & ſicca. Cur ergo nos ad uniformem cibum redigis: cum nihil nec in nobis nec circa nos nec in iis de qbus ſumus uniforme ſit. Quod autem aceſcere uel nonnunq̃ fumare in ſtomacho cibum uis aſſignare uarietati: ut credamus pronuncies oportet: aut ſẽper eũ qui uario cibo utitur hæc pati: aut nũq̃ illũ pati q ſĩplicẽ ſumit. Si uero & qui mẽſa fruit̃ copioſa hoc uitiũ ſæpe nõ ſẽtit: & qui ſe uno cibo afficit: ſæpe ſuſtinet quod accuſas: cur hoc uarietati & non perpetuo eum edacitati aſſignas? Nam & de ſimplici auidus noxã patitur cruditatis: & in uario moderatus digeſtionis commodo fruitur. At inquies ipſa immoderatio ex ciboꝝ uarietate naſcitur titillante gula: & ad aſſumẽda plura q̃ neceſſe ẽ prouocãte. Rurſus ad ea quæ iã dixi reuoluor: cruditates de modo non de qualitate prouenire. Modum enĩ ſeruat: qui ſui potens ẽ. Et in menſa ſicula uel aſiana excedit impatiẽs: etiã ſi ſolis oliuis aut olere ueſcatur. Et tamẽ ille copioſus: ſi moderationem tenuit: ſanitatis compos ẽ: cõtra inſanus fit ille: cui merus ſal cibus eſt: ſi hoc ipſum uoraciter inuaſerit. Poſtremo ſi in his quæ ſumimus: uarietatem noxiam putas: cur potionum remedia quæ per os humanis uiſceribus infunditis: ex tam contrariis ac ſibi repugnantibus mixta cõpoĩtis? Succo papaueris admiſcetis euforbiũ mãdragorã: aliaſq; herbas conclamati frigoris pipere temperatis. Sed nec monſtruoſis carnibus abſtinetis inſerentes poculis teſticulos caſtorum & uenenata corpora uiperarum: quibus admiſcetis quicquid nutrit india: quicquid deuehit̃ herbarum: quibus creta generoſa ẽ. Cum ergo ad cuſtodiam uitæ hæc faciant remedia: ꝙ cibus ſiquidem illa eam reuocent: iſte contineat: cur illis prouidere uarietatem laboras? iſtum ſqualori uniformitatis

adiicis? Poſt omnia in uoluptatem cenſura cothurnati ſermonis inuectus es: tanq̄ uoluptas uirtuti ſemper inimica ſit: & nõ cum in luxũ ſpreta mediocritate prolapſa eſt. Quid enim agit ipſe ſerius nõ edẽdo niſi cogente fame nec potando præter ſitim: niſi ut de utroque capiat uoluptatem? Ergo uoluptas non mox nomine ipſo infamis eſt: ſed ſit modo utendi uel honeſta uel arguenda. Parum ẽ ſi accuſata ſit & non etiam laudetur uoluptas. Nam cibus qui cũ uoluptate ſumitur: deſiderio tractus in uentrem reconditur patula expectatione rapientem: & dũ animoſe fruitur: mox eum concoquit. Quod non ex æquo cibis eueĩt: quos nulla ſui dulcedo commendat. Quid ergo accuſas uarietatem quaſi gulæ irritamentum: cum ſalus ſit hominis uigere appetẽtiam: qua deficiente langueſcit: & periculo fit propior. Nam ſicut in mari gubernatores uento ſuo etiam ſi nimius ſit: contrahendo in minorem modũ uela præteruolant: & flatum cum maior eſt coercent: ſopitum uero excitare non poſſunt: ita & appetentia cum titillatur & creſcit: rationis gubernaculo temperatur. Si ſemel ceciderit: animal extinguit. Si ergo cibo uiuimus: & cibum appetentia ſola commẽdat: elaborandum nobis eſt commento uarietatis: ut hæc ſemper prouocetur: cum præſto ſit ratio quæ intra moderationis ſuæ terminos temperetur. Memineritis tamen lepido me conuiuio adeſſe non anxio. Nec ſic admiſto uarietatẽ: ut ꝓbem ubi quærũtur æſtiuæ niues & hybernæ roſæ. Et dum magis oſtentui q̄ uſui ſeruitur: ſiluarum ſecretũ omne luſtratur: & peregrina maria ſollicitãtur. Ita enim fit: ut etiã ſi ſanitatẽ ſumentium mediocritas obſeruata non ſauciet: ipſe tamẽ luxus morum ſit ægritudo. His fauorabiliter exceptis Diſarius obſecutus es inquit Euſtachi dialecticæ: ego medicinæ. Qui uolet eligere ſequenda: uſũ conſulat: & quid ſit utilius ſanitati experientia docebit. Poſt hæc Flauianus & alios qdẽ medicos idem dicentes ſemper audiui uinum inter calida cenſendum. Sed & nũc Euſtachius cum cauſas ebrietatis attingeret: prædicabat uini calorẽ. Mihi autem ſæpe hoc mecum reputanti uiſa eſt uini natura frigori propior q̄ calori: & in medium profero quibus ad hoc extimandum trahor: ut ueſtrum ſit de mea extimatione iudicium. Vinum quantũ mea fert opinio: ſicut natura frigidum eſt: ita capax uel etiam appetens caloris fit: cũ calidis fuerit admotum. Nam & ferrum cum tactu ſit frigidum: ψυχρὸν χαλκὸν ὀλοῦσιν: ſi tamen ſolem pertulerit concaleſcit: & calor aduena natiuũ frigus expellit. Hoc utrum ita eſſe ratio perſuadeat: requiramus. Vinũ aut fotu aut potu ĩterioribus conciliatur. Vt ſuperficiem curet adhibetur: cum infunditur cuti. Quin frigidum ſit nec medici inficias eunt: calidum tamen ĩ interioribus prædicant: cum nõ tale deſcendat: ſed admixtum calidis concaleſcat. Certe reſpondeant uolo:

cur ſtomacho in laſſitudinem degeneranti ad inſtaurãdas cõſtrictione uires offerant ægreſcenti uinũ: niſi frigore ſuo laſſata cogeret: & colligeret diſſoluta. Et cum laſſo (ut dixi) ſtomacho adhibeãt calidũ: ne creſcat ulterius laſſitudo: a uini potu nõ prohibent: defectum ĩ robur hac curatione mutantes. Dabo aliud indiciũ accidẽtis uino q̄ingentis caloris. Nam ſiquis aconitum neſciens hauſerit: non nego hauſtu eum meri plurimi ſolere curari. Infuſum enim uiſceribus trahit ad ſe calorem: & ueneno frigido quaſi calidum iam repugnat. Si uero aconitum ipſum cum uino tritum potui datum ſit: haurientem nulla curatio a morte defendit. Tũc enim uinum natura frigidum admixtione ſui frigus auxit ueneni. Nec in interioribus iam caleſcit: quia non liberum ſed admixtũ aliis: immo in aliud uerſum deſcẽdit in uiſcera. Sed & ſudore nimio uel laxato uentre defeſſis uinum ingerit: ut in utroque morbo conſtringat meatus. Inſõnem medici frigidis oblinũt modo papaueris ſucco: modo mandragora uel ſimilibus: in quibus eſt & uinum. Nam uino ſomnus reduci ſolet: quod non niſi ingentis frigoris teſtimonium eſt. Deinde omnia calida uenerem prouocant: & ſemen excitãt: & generationi fauẽt. Hauſto autem mero plurimo fiunt uiri ad coitum pigriores. Sed nec idoneum conceptioni ferunt: quia uini nimietas ut frigidi facit ſemen exile uel debile. Hoc uero uel manifeſtiſſimam extimationis meæ habet aſſertionem: ꝙ quæcunque nimium algentibus: eadem contingunt ebriis: fiunt enim tremuli pallidi graues & ſaltu tumultuãtis ſpiritus. Artus uero & mẽbra quatiũtur. Idem corporis torpor ambobus: eadẽ linguæ titubatio. Multis etiã morbus ille quẽ παράλυσιν græci uocãt: ſic nimio uino ut multo algore contingit. Reſpice etiam quæ natura curationum adhibeantur ebriis. Non ne cubare ſub multis operimentis iubentur: ut extinctus calor refoueatur? non & ad calida lauacra ducuntur? nõ illis unctionum tepore calor corporis excitatur? Poſtremo qui fiunt crebro ebrii: cito ſeneſcunt. Alii ante tempus competentis ætatis uel caluicio uel canicies inſigniuntur: quæ nõ niſi inopia caloris eueniũt. Quid aceto frigidius: quod culpatum uinum eſt? Solum enim hoc ex omnibus humoribus creſcentem flammam uiolenter extinguit: dũ per frigus ſuum calorem uincit elementi. Nec hoc prætereo: ꝙ ex fructibus arborum illi ſunt frigidiores: quorum ſuccus imitatur uini ſaporem: ut mala ſeu ſimplicia ſeu granata ſeu cytonia: quæ cotonea uocat Cato. Hoc ideo dixerim: ꝙ me ſæpe mouit & excercuit mecum diſputantẽ: quia in medium proferre uolui quid de uino extimauerim ſentiendũ. Cæterum conſultationem mihi debitam non omitto. Te enim Diſari conuenio: ut quod quærendum mihi occurrit abſoluas. Legiſſe apud philoſophũ græcum memini ni fallor. Ille Ariſtoteles fuit in libro quẽ

de ebrietate compoſuit. Mulieres raro ī ebrietatem cadere:crebro ſenes:
nec cauſam uel huius frequentiæ uel illius raritatis adiecit. Et quia ad
naturam corporum tota hæc quæſtio pertinet: quam noſſe & induſtriæ
tuæ & profeſſionis officium eſt: uolo te cauſas rei: quam ille ſententiæ
loco dixit: ſi tamen philoſopho aſſentiris aperire. Tum ille recte & hoc
Ariſtoteles ut cætera:nec poſſū non aſſētiri uiro cuius inuentis nec ipſa
natura diſſētit. Mulieres inquit raro inebriantur: crebro ſenes. Rationis
plena gemina iſta ſententia:& altera pendet ex altera. Nam cum didi-
cerimus quid mulieres ab ebrietate defendat: iam tenemus quid ſenes
ad hoc frequēter īpellat. Contrariam enim naturā ſortita ſunt muliebre
corpus:& corpus ſenile. Mulier humectiſſīo eſt corpore. Docet hoc &
leuitas cutis & ſplendor: docent præcipue aſſiduæ purgationes ſuper-
fluo exonerantes corpus humore. Cum ergo ēpotum uinum in tam
largum ceciderit humorem:uim ſuam perdit:& fit dilutius:nec facile ce-
rebri ſedem ferit fortitudine eius extincta. Sed & hæc ratio iuuat ſētētiæ
ueritatem: ꝙ muliebre corpus crebris purgationibus deputatum plu-
ribus conſertū foraminibus ut pateat in meatus:& uias prebeat humori
in egeſtionis exitum cofluenti. Per hæc foramina uapor uini celeriter
euaneſcit. Contra ſenibus ſiccum corpus eſt: quod probat aſperitas &
ſqualor cutis. Vnde & hæc ætas ad fletum fit difficilior:quod eſt īdiciū
ſiccitatis. Intra hos uinum nec patitur contrarietatem repugnantis hu-
moris & integra ui ſua adhæret corpori arido: & mox loca tenet quæ ſa-
pere homini miniſtrant. Dura quoq; eſſe ſenū corpora nulla dubitatio
eſt:& ideo etiam ipſi naturales meatus ī membris durioribus obſerant᷑:
& hauſto uino exhalatio nulla cōtingit:ſed totum ad ipſam ſedē men-
tis aſcendit. Hinc fit ut & ſani ſenes malis ebriorum laborent tremore
membrorum: linguæ titubantia: abundantia loquendi:iracundiæ con-
citatione: quibus tam ſubiacent iuuenes ebrii q̄ ſenes ſobrii. Si ergo
leuem pertulerint impulſum uini:nō accipiunt hæc mala ſed incitant:
quibus ætatis ratione iam capti ſunt. Probata omnibus Diſarii diſpu-
tatione ſubiecit Symmachus: Vt ſpectata eſt tota ratio quā de muliebri
ebrietatis raritate Diſarius inuenit: ita unum ab eo prætermiſſum eſt:
nimio frigore: quod in earum corpore eſt:frigeſcere hauſtum uinum:&
ita debilitari ut uis eius quæ elāguit nullū calorē poſſit de quæ naſcitur
ebrietas excitare. Mulierum naturam calidiorem eſſe uirili. Cap.
a D hæc Horus: Tu uero Symmache fruſtra opinaris frigidā mu-
lierum eſſe naturam:quam ego calidiorem uirili(ſi tibi uolenti
erit)facile probabo. Humor naturalis in corpore: quando ætas tranſiit
pueritiam: fit durior: & acuitur in pilos. Ideo tunc & pubes & genæ &
aliæ partes corporis ueſtiuntur. Sed in muliebri corpore hunc humorē

calore ſiccante fit inopia pilorum: & ideo in corpore ſexus huius manet
continuus ſplendor & lenitas ē. Eſt & hoc in illis indicium caloris: abū-
dantia ſanguinis cuius natura feruor eſt. Qui ne urat corpus ſi īſidiat:
crebra purgatiōe ſubtrahit᷑. Quis ergo dicat frigidas? quas nemo poteſt
negare plenas caloris:quia ſāguinis plenæ ſūt? Deinde licet urendi cor-
pora defunctorum uſus noſtro ſæculo nullus ſit: lectio tamen docet eo
tēpore:quo igni dari honor mortuis habebatur:ſiquando uſu ueniſſet
ut plura corpora ſimul incenderentur:ſolitos fuiſſe funerum miniſtros
denis uirorum corporibus adiicere ſingula muliebria:& unius adiutu
quaſi natura flamei & ideo celeriter ardentis cætera flagrabant. Ita nec
ueteribus calor mulierum habebatur incognitus. Nec hoc tacebo: ꝙ cū
calor ſemper generationis cauſa ſit: fœminæ ideo celerius q̄ pueri fiunt
idoneæ ad generandum: quia calent amplius. Nam & ſecundum iura
publica duodecimus annus in fœmina & quatuordecimus in puero
definit pubertatis ætatē. Quid plura? Nō ne uidemus mulieres quādo
nimium frigus eſt:mediocri ueſte cōtentas:nec ita operimentis plurimis
inuolutas ut uiri ſolent: ſcilicet naturali calore contra frigus quod aer
ingerit repugnante? Reſponſio ad prædicta. Cap.
a D hæc renidens Symmachus: Bene inquit Horus noſter tentat
uideri orator ex cynico: qui in contrarium uertit ſenſus: quibus
poteſt muliebris corporis frigus probari. Nam quod pilis: ut uiri non
obſidentur: inopia caloris eſt. Calor eſt enim qui pilos creat. Vnde &
eunuchis deſunt:quorum naturam nullus negauerit frigidiorem uiris.
Sed & in corpore humano illæ partes maxime ueſtiuntur:quibus āplius
ineſt caloris. Leue autem eſt mulierum corpus quaſi naturali frigore
dēſetur. Comitatur enim algorem denſitas:leuitas denſitatem. Quod
uero ſæpe purgantur:non multi ſed uitioſi humoris indicium eſt. In-
digeſtum eſt enim & crudum quod egeritur:& quaſi infirmum effluit:
nec habet ſedem: ſed natura quaſi noxium & magis frigidum pellitur.
Quod maxime probatur:quia mulieribus cum purgant᷑: etiam algere
contingit. Vnde intelligitur frigidum eſſe quod effluit: & ideo in uiuo
corpore non manere quaſi inopia caloris extinctum. Quod muliebre
corpus iuuabat ardentes uiros: non caloris ſed pinguis carnis & oleo ſi-
milioris:quod non illis contingeret ex calore. Quod cito admonentur
generationis:non nimii caloris ſed naturæ infirmioris ē: ut exilia poma
celerius matureſcunt:robuſta ſerius. Sed ſi uis intelligere ī generatione
ueram rationem caloris: conſidera uiros longe diutius perſeuerare in
generando:q̄ mulieres in pariendo. Et hæc tibi ſit indubitata probatio
in utroque ſexu uel frigoris uel caloris. Nam uis eadem in frigidiore
corpore celerius extinguit᷑:in calidiore diutius perſeuerat. Quod frigus

aeris tolerabilius uiris ferunt: facit hoc frigus ſuum. Similibus enim ſilia gaudét. Ideo ne corpus earum frigus horreat: facit conſuetudo naturæ: quam ſortitæ ſunt frigidiorem.

ſ Ed de iis ſinguli ut uolunt iudicent. Ego uero ad ſortem conſu-lédi uenio: & quod ſcitu dignū extimo: ab eodem Diſario quæro & mihi uſque ad affectum nimio amico & cum in cæteris tum in iis op-time docto. Nuper in tuſculano meo fui: cum uindemiales fructus pro annua ſolénitate legerentur. Erat uidere permixtos ruſticis ſeruos hau-rire uel de expreſſo uel de ſponte fluente muſtum: nec tamen ebrie-tate capi. Quod in illis præcipue admirabar: quos impelli ad inſaniam paruo uino noueram. Quæro quæ ratio de muſtoebrietatem aut tardā fieri faciat aut nullam?

a D hæc Diſarius: Omne quod dulce eſt cito ſaciat: nec diuturnam deſiderii ſui fidem tenet. Sed ī locum ſacietatis ſuccedit horror: in muſto autem ſola dulcedo eſt: ſuauitas nulla. Nam uinum cum in-fantia ē dulce: cum pubeſcit magis ſuaue q̃ dulce eſt. Eſſe autem harū duarum rerum diſtantiam certe Homerus teſtis eſt: qui ait:

Vocat enim mel dulce & uinum ſuaue. Muſtum igitur cum necdum ſuaue eſt: ſed tantummodo dulce: horrore quodam tantum ſumi de ſe non patitur: quantum ſufficiat ebrietati. Addo aliud naturali ratione ebrietati dulcedinem repugnare: adeo ut medici eos qui uſque ad peri-culum diſtenduntur: uino plurimo cogant uomere: & poſt uomitum cōtra fumum uini qui remanſit in uenis: panem offerunt melle illitū: & ita hominem ab ebrietatis malo dulcedo defendit. Ideo ergo non in-ebriat muſtū: ī quo ē ſola dulcedo. Sed & hoc idonea ratione deſcēdit: ꝙ muſtum graue eſt: & flatus & aquæ permixtione & pondere ſuo cito inteſtina delabitur: ac profluit: nec manet ī locis obnoxiis ebrietati. Delapſum uero relinquit ſine dubio in homine ambas qualitates natūæ ſuæ: quarum altera in flatu: altera in aquæ ſubſtantia ē. Sed flatus qdē quaſi æque ponderoſus in ima delabitur: aquæ uero qualitas non ſolū ipſa non impellit in inſaniam: ſed & ſiqua uinalis fortitudo in hoīe reſedit: hanc diluit & extinguit. Ineſſe autem aquam muſto uel hinc docetur: ꝙ cum in uetuſtate procedit: fit menſura minus: ſed actius for-titudine: quia exalata aqua qua molliebatur: remanet uini ſola natura cum fortitudine ſua libera nulla diluti humoris permixtione mollita.

p Oſt hæc Furius Albinus: Ego quoque ꝓ uirili portione Diſariū noſtrum inexercitum non relinquo. Dicas quæſo quæ cauſa difficile digeſtum facit iſicium: quod ab inſecutione inſicium dictum amiſſione n litteræ poſtea quod nūc habet nomen optinuit: cū multū in eo digeſtionem futuram iuuerit tritura tam diligens: & qcqd graue erat carnis aſſūpſerit: cōſumationēq; eius multa ex parte cō-fecerit. Et Diſarius: Inde hoc genus cibi difficile digeritur: unde putas ei digeſtionem ante prouiſam. Leuitas enim quam tritura præſtitit: fa-cit ut innatet udo cibo: quem in medio uentris inuenerit: nec adhæreat cuti uentris: de cuius calore digeſtio promouetur: ſic & mox tritum atq; firmatum: cum in aquam coniicitur natat. Ex quo intelligitur: ꝙ idem faciens in uentris humorem ſubducit ſe digeſtionis neceſſitati. Et tam ſero illic coquitur: q̃ tardius conficiuntur quæ uapore aquæ q̃ quæ igne ſoluuntur. Deinde dum inſtantius teritur: multus ei flatus inuoluitur: qui prius in uentre conſumendus eſt: ut tum demum conficiatur quod remanſit de carne iam liberꝝ.

h Oc quoque ſcire habeo Furius inquit: quæ faciat cauſa nōnullos carnes ualidiores facilius digerere q̃ tenues. Nā cū cito coquāt offas bubulas in aſperis piſcibus coquendis laborant. In his Diſarius ait: Huius rei auctor ē nimia in homine uis caloris: quæ ſi idoneam ma-teriem ſuſcipit: libere congreditur: & cito eam in concertatione cōſumit: Leuem modo præterit ut latentem: modo in cinerem potius q̃ in ſuccū uertit: ut ingentia robora in carbonum fruſtra lucentia igne uertuntur: Paleæ ſi in ignem ceciderint: mox ſolum de eis cinerē reſtat uideri. Ha-bes & hoc exemplum non diſſonum: ꝙ potentior mola ampliora grana confringit: integra illa quæ ſunt minutiora tranſmittit. Vento nimio abies aut quercus auellitur: cannā nulla facile frangit procella. Cūq; Furius delectatus enarrantis ingenio plura uellet interrogare: Cecina ſe Albinus obiecit: Mihi quoq; deſiderium ē habendi paulisper negocii cū tam facunda Diſarii doctrina: Dic oro te īquit: quæ facit cauſa: ut ſina-pi & piper ſi appoſita cuti fuerint: excitent uulnus: & loca perforent: de-uorata uero nullam uentris corpori inferant læſionem. Et Diſarius: Species inquit & acres & calidæ ſuperficiem cui apponuntur: exulcerāt: quia integra uirtute ſua ſine alterius rei admixtione utuntur ad noxā. Sed ſi in uentrem recepta ſint: ſoluitur uis earum uentralis humoris alluuione: qua fiunt dilutiores. Deinde prius uertuntur in ſuccū uētris calore: q̃ ut integra poſſint nocere. Cecina ſubiecit: Dū de calore loq-mur: admoneor rei quam ſemper quæſitu dignā putaui: Cur ī ægypto quæ regionum aliarum calidiſſima eſt: uinum non calida ſed pene dixe-rim frigida uirtute naſcatur. Ad hoc Diſarius: Viſu tibi Albine cōper-tū ē: aquas quæ uel de altis puteis uel de fontibus hauriuntur: fumare hyeme: æſtate frigeſcere. Quod fit non alia de cauſa: niſi ꝙ aere: qui nobis circunfuſus eſt: propter temporis tationem calente frigus ī terraꝝ ima demergitur: & aquas inficit: quarum in imo ē ſcaturigo. Et contra

cum hyemem aer præfert:calor in interiora demergens aquis in imo na-
ſcẽtibus dat uaporem. Quod ergo ubique alternatur uarietate tẽporis:
hoc in ægypto ſemper ẽ:cuius aer ſemper eſt in calore. Frigus enim ima
petens uitium radicibus inuoluitur:& talem dat qualitatem ſucco inde
naſcenti. Ideo regionis calidæ uina calore caruerunt. Tractatus no-
ſter Albinus inquit:ſemel ingreſſus calorem:non facile alio digreditur.
Dicas ergo uolo cur qui in aquam deſcendit calidam:ſi ſe non mouerit
minus uritur:ſed ſi agitatu ſuo aquam mouerit:maiorem ſentit calorẽ:
et totiens aqua urit amplius: quotiens nouus ei motus acceſſerit. Et
Diſarius calida inquit quæ adhæſerit noſtro corpori:mox præbet tactũ
ſui manſuetiorem uel quia cuti aſſueuit uel quia frigus accepit a nobis.
Motus uero aquam nouam corpori applicat:& ceſſante aſſuetudine de
qua paulo ante diximus: ſemper nouitas auget ſenſum caloris. Cur
ergo Albinus ait: æſtate cum aer calidus flabro mouetur: non calorem
ſed frigus acquirit:eãdem enim rationem & in hoc feruore deberet mo-
tus augere. Non eadem ratio ẽ Diſarius inquit:in aquæ & aeris calore.
Illa enim corporis ſolidioris eſt:& craſſa materies cum mouetur:integra
ui ſuam ſuperficiem cui admouetur inuadit. Aer motu in uentum ſol-
uitur:& liquidior ſe factus agitatu flatus efficitur. Porro ut flatus illud
remouet quod circunfuſum nobis erat: erat autẽ circa nos calor. Re-
moto igitur per flatum calore· reſtat ut aduenam ſenſum frigoris præ-
ſtet agitatus. Interpellat Euangelus pergentem conſultationem &
exercebo inquit Diſarium noſtrum:ſi tamen minutis illis ſuis & roran-
tibus reſponſionibus ſatiſfaciet cõſulenti. Dic Diſari:cur qui ita ſe uer-
tunt:ut ſæpe in orbem rotentur:& uertiginem capitis & obſcuritatem
patiuntur oculorum? Poſtremo ſi perſeuerauerint ruunt:cum nullus
alius motus corporis hanc ingerit neceſſitatẽ. Ad hæc Diſarius: ſeptẽ
inquit corporei motus ſunt. Aut enim accedit prorſum:aut retrorſum
recedit: aut ĩ dexteram leuamue deuertitur: aut ſurſum promouetur:
aut deorſum: aut orbiculatim rotatur. Ex iis ſeptem motibus unus tã-
tum ĩ diuinis corporibus inuenitur: ſphæralem dico quo mouetur cælũ
quo ſydera:quo cætera mouẽtur elementa. Terrenis animalibus illi ſex
præcipue familiares ſunt: ſed nõnunq̃ adhibetur & ſeptimus. Sed ſex
illi ut directi ita & innoxii. Septimus idem qui gyros efficit:crebro con-
uerſum turbat:& humoribus capitis ĩuoluit ſpiramentum:quod aĩam
cerebro quaſi omnes corporis ſẽſus gubernanti miniſtrant. Hoc ẽ autẽ
ſpiramentum: quod ambiens cerebrum ſingulis uim ſuam ſenſibus
præſtat:hoc ẽ quod neruis & muſculis corporis fortitudinẽ præbet. Er-
go uertigine turbatũ & ſimul agitatis humoribus oppreſſum lãgueſcit:
& miniſterium ſuum deſerit. Inde fit iis qui rapiuntur ĩ gyros:hebetior

auditus uiſus obſcurior. Poſtremo neruis & muſculis nullam ab eo uir-
tutem quaſi deficiente ſumentibus totum corpus quod iis ſuſtinetur &
in robur erigitur:deſertum iam fulcimentis ſuis labitur in ruinam. Sed
contra hæc omnia conſuetudo: quam ſecũdum naturam pronuntiauit
uſus: illos iuuat qui in tali motu ſæpe uerſantur. Spiramentum enim
cerebri: quod paulo antẽ diximus aſſuetum rei iam non ſibi nouæ: non
paueſcit hunc motum:nec miniſteria ſua deſerit. Ideo conſuetis etiam
iſte agitatus innoxius ẽ. Euangelus: Irretitum te iam Diſari teneo:&
ſi uere opinor nuſq̃ hodie effugies. Et alios enim ĩ arte tibi ſocios & ipſũ
te audiui ſæpe dicentem cerebro non eſſe ſenſum: ſed ut oſſa ut dentes
ut capillos:ita & cerebrum eſſe ſine ſenſu. Verum ne eſt hæc uos dicere
ſolitos? an ut falſum refelles? Diſarius: Verũ ait ille. Euangelus:Ecce
clauſus es: ut enim concedam tibi præter capillos in homine aliquid eſſe
ſine ſenſu:quod non facile perſuaſum ẽ: tamen cur ſenſus omnes pau-
lo ante dixiſti a cerebro miniſtrari:cum cerebro non ineſſe ſenſum ipſe
fatearis? Potes ne excuſare huius cõtrarietatis auſũ uel ueſtri oris nota
uolubilitas. Et Diſarius renidẽs: Retia quibus me irretitũ tenes:nimis
rata ſunt: nimis patula. Ecce me Euangele ſine niſu inde exemptum
uidebis. Opus naturæ eſt:ut ſenſum uel nimium ſicca uel nimium hu-
mecta non capiant. Oſſa dẽtes cum unguibus & capillis nimia ſiccitate
ita denſata ſunt:ut penetrabilia non ſint effectui animæ:quæ ſenſum
miniſtrat. Adeps medulla & cerebrũ ita in humore atque mollicie ſũt:
ut eundem effectum animæ quem ſiccitas non recipit: mollicies iſta nõ
teneat. Ideo tam dentibus unguibus oſſibus & capillis q̃ adipi medullis
& cerebro ſenſus ineſſe non potuit. Et ſicut ſectio capillorum nihil do-
loris ingerit:ita ſi ſecetur uel dens uel os ſeu adeps ſeu cerebrum ſeu
medulla:aberit omnis ſenſus doloris. Sed uidemus inquies tormentis
affici: quibus ſecantur oſſa: torqueri homines & dolore dentium. hoc
uerum quis abneget? Sed ut os ſecetur:omentum quod impoſitum eſt
oſſi: cruciatum dum ſectionem patitur importat. Quod cum medici
manus tranſit: os iam cum medulla quam continet habent indolẽtiã
ſectioni ſimilem capillorum. Et dentium dolor eſt:non os dentis in ſẽ-
ſu eſt:ſed caro quæ continet dentem. Nam & unguis q̃tus extra carnẽ
creſcendo pergit:ſine ſẽſu ſecatur: qui carni adhæret iam facit ſi ſecetur
dolorem non ſuo ſed ſedis ſuæ corpore:ſicut capillus dum ſuperior ſe-
catur:neſcit dolorem:ſi auellatur ſenſum accipit a carne quam deſerit.
Et cerebrum quod tactu ſui hominem uel torquet uel frequenter ĩteri-
mit:non ſuo ſenſu ſed ueſtitu ſui ideſt omenti hunc importat dolorẽ.
Ergo diximus quæ ĩ homine ſine ſẽſu ſint:& quæ hoc cã faciat indicatũ
eſt. Reliqua pars debiti mei de eo eſt: cur cerebrum cum ſenſum non

habeat:ſenſus gubernet. Sed de hocquoque tentabo ſi potero eſſe ſoluendo. Senſus de quibus loquimur:quinque ſũt: uiſus auditus odoratus guſtus & tactus. Hi aut in corpore ſunt: aut circa corpus ſoliſque ſunt caducis corporibus familiares. Nullo enim diuino corpori ſenſus ineſt. Anima uero omni corpore:uel ſi diuinum ſit: ipſa diuinior eſt. Ergo ſi dignitas diuinorum corporum ſenſum dedignatur quaſi aptũ caducis:multo magis anima maioris eſt maieſtatis: q̃ ut ſenſu egeat. Vt autem homo conſtet: uiuum & animal ſit: anima præſtat quæ corpus illuminat. Porro illuminat in habitando:& habitatio eius in cerebro ē: & ſpæralis enī natura & ad nos de alto ueīens partem in hominem & alteram in ſpæralem tenuit: & quæ ſenſu careat:qui non eſt animæ neceſſarius. Sed quia neceſſarius animali eſt: locat in cauernis cerebri ſpiamentum de effectibus ſuis. Cuius ſpiramenti natura hæc ē:ut ſenſus & ingerat & gubernet. De his ergo cauernis quas uentres cerebri noſtra uocauit antiquitas:naſcuntur neruorũ ſeptem συζυγίαι:cui rei nomen quod ipſe uoles latinum facito. Nos enim σύζυγίαν neruoꝝ uocamus: cum bini nerui pariter emergunt:& in locum certum deſinunt. Septem igitur neruorum συζύγιαι de cerebri uentre naſcentes uicem implent fiſtularum: ſpiramentum ſenſificum ad ſua quæque loca naturali lege ducentes:ut ſenſum uicinis & longe poſitis membris animali infundāt. Prima igitur συζυγία neruorum talium petit oculos:& dat illis agnitioonem ſpecierum & diſcretionem colorum. Secunda in aures ſe diffũdit:per quam eis innaſcitur notitia ſonorum. Tertia naribus inſeritur uim miniſtrans odorandi. Quarta palatum tenet:quod de guſtantibus iudicatur. Quinta ui ſua corpus omne implet. Omnis pars corporis mollia & aſpera frigida & calida diſcernit. Sexta de cerebro means ſtomachum petit:cui maxime ſenſus eſt neceſſarius:ut quæ deſunt appetat:ſuperflua reſpuat: & in homine ſobrio ſe ipſe moderetur. Septīa σύζυγία neruorum infundit ſenſum ſpinali medullæ:quæ hoc ē aīali: quod ē naui carina. Et adeo uſu aut dignitate præcipua ē:ut longum cerebrum a medicis ſit uocata. Ex hac deniq; ut cerebro diuerſi naſcũtᷣ meatus uirtutē tribus animæ ꝓpoſitis miniſtrantes. Tria ſunt enī quæ ex animæ ꝓuidentia accipit corpus animalis: ut uiuat:ut decore uiuat: & ut immortalitas illi ſucceſſione quæratur. His tribus propoſitis ut dixi aīæ per ſpinalē medullā præbetur effectus. Nam cordi & iecori & ſpirandi miniſterii:quæ omnia ad uiuendum pertinent:uires de ſpinalibus quos diximus meatibus miniſtrãtur. Neruis etiam manuũ pedũ aliarumue partium per quas decore uiuitur:uirtus inde præſtatur. Et ut ſucceſſio procuretur:nerui ex eadem ſpinali medulla pudendis etiam matrici ut ſuum opus impleant miniſtrantur. Ita nulla in homine pars

corporis ſine ſpiramento quod in uentre cerebri locatum ē: & ſine ſpinalis medullæ beneficio conſtat. Sic ergo fit: ut cum ipſum cerebrum ſenſu careat:ſenſus tamen a cerebro in omne corpus proficiſcatur ἔυγε. Græculus noſter Euangelus ait: tam plane nobis oſtendit res opertu naturæ tectas: ut quicquid ſermone deſcripſit:oculis uidere uideamur. Sed Euſtachio iam cedo:cui præripui cõſulendi locum. Euſtachius modo: uel uir omnium diſertiſſimus Euſebius: uel quicunque uolent alii ad exercitium couſultationis accedant. Nos poſtea liberiore ocio congrediemur. Ergo ait Euſebius habendus mihi ſermo eſt Diſari tecum de ætate: cuius ianuā iam pene ambo pulſamus. Homerus πολιοκροτάφους uocat. Quæro utrum ex parte poetico more totũ caput ſignificare uelit:an ex aliqua rõe canos huic præcipue parti capitis aſſignet? Et Diſarius: Et hoc diuinus ille uates prudenter ut cætera. Nam pars anterior capitis humidior occipitio ē:& inde crebro ſolet incipere canicies. Et ſi pars anterior (ait ille) humidior ē: cur caluitium patitur:quod non niſi ſiccitate contingit? Opportuna inquit Diſarius obiectio: ſed ratio non obſcura eſt. Partes enim priores capitis fecit natura rariores: ut quicquid ſuperflui aut fumei flatus circa cerebrum fuerit: euaneſcat per plures meatus. Vnde uidemus ī ſiccis defunctorum capitibus uelut quaſdam ſuturas: quibus hemiſpæria (ut ita dixerim) capitis illigantur. Quibus igitur illi meatus fuerint ampliores:humorem ſiccitate mutāt: & ideo tardius caneſcunt:ſed non caluicio carent. Si ergo ſiccitas caluos efficit:ut poſteriora capitis ſicciora eſſe dixiſti:cur caluum occipitiũ nũq̃ uidemus? Ille reſpondit: Siccitas occipitii non ex uitio:ſed ex natura ē. Ideo omnibus ſicca ſunt occipitia. Ex illa autem ſiccitate caluicium naſcitur:quæ per malam temperiem quam græci ἀκρασίαν uocare ſolent contingit. Vnde capillo criſpi: qui ita temperati ſunt:ut capite ſicciore ſint tarde caneſcunt:cito in caluicium tranſeunt. Cõtra qui capillo ſũt rariore:non eo facile nudantur nutriente humore quod φλέγμα uocitatur: ſed fit illis cita canicies. Nam ideo albi ſũt cani:quia colorem humoris quo nutriuntur imitantur. Si ergo ſenibus abundantia humoris capillos in caniciem tinguit : cur ſenecta opinionem exactæ ſiccitatis accepit? Quia ſenecta ille inquit extincto per uetuſtatem naturali calore fit frigida:& ex illo frigore gelidi & ſuperflui naſcũtur humores. Cæteꝝ liquor uitalis lõgæuitate ſiccatus ē. Inde ſenecta ſicca ē īopia naturalis humoris:humecta eſt abundantia uitioſi ex frigore procreati. Hinc ē ꝙ ex uigiliis ætas grauior efficitur: quia ſomnus qui maxime ex humore contingit: de non naturali humore naſcitur. Sicut eſt multus ī infantia quæ humida eſt abundantia non ſuperflui:ſed natalis humoris. Eadē ratio ē: quæ pueritiam caneſcere non patitur:cum ſit humectiſſima: qa

nõ ex frigore nato flegmate humida ẽ: ſed illo naturali & uitali humore
nutritur. Ille enim humor: qui aut de ætatis frigore naſcitur: aut cuiuſ/
libet uitioſitatis occaſione contrahitur: ut ſuperfluus ita & noxius eſt.
Hunc uidemus in fœminis ubi in cerebro egeratur extrema minitanté.
Hũc ĩ eunuchis debilitaté tibiis ĩgeréte: quaꝝ oſſa quaſi ſemper ĩ ſuper/
fluo humore natãtia natali uirtute caruerunt. & ideo facile ĩtorquentur
dum pondus ſuppoſiti corporis ferre non poſſunt: ſicut canna põdere
ſibi impoſito curuatur. Et Euſebius: Quoniã nos a ſenectute uſque
ad eunuchos traxit ſuperflui humoris diſputatio: dicas uolo: cur ita acu/
tæ ſint uocis ut ſæpe mulier an eunuchus loquatur: niſi uideas ignores.
Id quoque facere ſuperflui humoris abundantiam ille reſpondit. Ipſe
enim ἀρτηρίαν per quam ſonus uocis aſcendit efficiẽs craſſiorem angu/
ſtat uocis meatum: & ideo uel fœminis uel eunuchis uox acuta eſt: uiris
grauis: quibus uocis tranſitus habet liberum & ex integro patentem
meatum. Naſci autem in eunuchis & in fœminis ex pari frigore: parem
pene importuni humoris abundantiam etiam hinc liquet: ꝙ utrunque
corpus ſæpe pĩgueſcit. Certe ubera ꝓpe ſimiliter utriq; grandeſcunt. His
dictis cum ad interrogandum ordo Seruium iam uocaret: naturali preſ/
ſus ille uerecundia uſque ad proditionem coloris erubuit. Et Diſarius:
Age Serui non ſolum adoleſcentium: qui tibi æque inſunt: ſed ſenum
quoque omnium doctiſſime cõmaſcula frontem: & ſequeſtrata uerecũ/
dia quam ĩ te facies rubore indicat: confer nobiſcum libere quod occur/
rerit interrogatibus tuis non minus doctrinæ collocaturus q̃ ſi aliis con/
ſulentibus ipſe reſpondeas. Cumque diutule tacentem crebris ille hor/
tatibus excitaret: hoc inquit Seruius ex te quæro: quod mihi contigiſſe
dixiſti: Quæ facit cauſa ut rubor corpori ex animi pudore naſcatur? Et
ille natura inquit: cum quid ei occurrit honeſto pudore dignum imum
petendo penetrat ſanguinem: quo commoto atq; diffuſo cutis tĩguit:
& inde naſcitur rubor. Dicunt etiam phyſici: ꝙ natura pudore tacta ita
ſanguinem ante pro uelamento tendat: ut uidemus quẽque erubeſcẽtẽ
manum ſibi ante faciẽ frequẽter opponere. Nec dubitare de iis poteris:
cum nihil aliud ſit rubor: niſi color ſanguinis. Addit Seruius: Et qui
gaudent cur rubeſcũt? Et Diſarius gaudium inquit extrinſecus cõtĩgit.
Ad hoc animoſo curſu natura feſtinat: quam ſanguis comitando quaſi
alacritate integritatis ſuæ compotem tinguit cutem. Et inde ſilis color
naſcitur. Idem refert. Contra q metuunt qua ratione palleſcunt? Nec
hoc Diſarius ait in occulto eſt. Natura enim cum quid de extrinſecus
contingentibus metuit: in altum tota demergitur: ſicut nos quoque cũ
timemus: latebras & loca nos occulentia quærimus. Ergo tota deſcen/
dens ut lateat trahit ſecum ſanguinem: quo uelut curru ſemper uehit:

hoc demerſo humor dilutior cuti remanet: & ĩde palleſcit. Ideo timẽtes
& tremũt: quia uirtus animæ introrſum fugiens neruos relinquit: qbus
tenebatur fortitudo membrorum: & inde ſaltu timoris agitantur. Hinc
& laxamentum uentris comitat timorẽ: quia muſculi qbus claudebant
retrimentorum meatus: fugientis introrſũ animæ uirtute deſerti laxãt
uincula: quibus retrimẽta uſq; ad digeſtionis opportunitatẽ cõtinebãt.
Seruius iis dictis uenerabiliter aſſenſus obticuit. Tunc Auienus qa me
ordo ait ad ſimilitudinem cõſultationis applicat: reducendus ẽ mihi ad
conuiuium ſermo qui longius a menſa iam fuerat euagatus: & ad alias
trãſierat quæſtiones. Sæpe appoſita ſalita carne quã laridũ uocamus
(ut opinor) quaſi large aridum: quærere mecum ipſe conſtitui: qua rõe
carnem ad diuturnitatem uſus admixtio ſalis ſeruet. Hoc licet extĩare
mecum poſſim: malo tamen ab eo: qui corpora curat certior fieri. Et
Diſarius: Omne corpus ſuapte natura diſſolubile & marcidum ẽ: & niſi
quodam uinculo contineatur: facile defluit. Continentur autem q̃diu
ineſt anima reciprocatione aeris: qua uegetantur conceptacula ſpiritus:
dum ſemper nouo ſpirandi nutriuntur alimento. Hoc ceſſante per aĩæ
diſceſſum membra marceſcunt: & omne pondere ſuo cõflictum corpus
obteritur. Tum ſanguis etiam qui q̃diu fuit cõpos caloris: dabat mẽ/
bris uigorem: calore diſcedente uerſus in ſaniem non manet intra ue/
nas: ſed foras exprimitur: atque ita laxatis ſpiramẽtis effluit tabes fæcu/
lenta. Id fieri ſal admixtus corpori prohibet. Eſt enim natura ſiccus &
calidus: & fluxum quidem corporis calore contrahit: humorem uero
ſiccitate uel coercet: uel exorbet. Certe humorẽ ſale differri ſiue cõſumi
fit hinc cognitu facile: ꝙ ſi duos panes pari magnitudine feceris: unum
ſale aſperſum ſine ſale alterum: inuenies indigentem ſalis põdere pro/
penſiorem ſcilicet humore in eo per ſalis penuriam permanente. Etiam
hoc a Diſario meo quæſitum uolo: cur defæcatum uinum ualidius ſit
uiribus: ſed infirmius ad permanẽdum: & tam bibentem cito permouet
q̃ ipſum ſi manſerit facile mutatur? Quod cito inquit Diſarius per/
mouet: hæc ratio eſt: quia quanto penetrabilius in uenas efficit bibentis
tanto fit liquidius fæce purgata. Ideo autem facile mutatur: ꝙ nullo
firmamẽto nixum undique ſui ad noxam patet. Fæx.n.uino ſuſtinẽdo
& alẽdo & uiribus ſufficiẽdis quaſi radix eius ẽ. Et hoc quæro Auienus
ait: cur fæx in imo ſubſidit omnium niſi mellis: mel ſolum eſt quod in
ſũmum fæcem expuat? Ad hoc Diſarius: Fæcis materia ut ſpiſſa atque
terrena cæteris laticibus pondere præſtat: melle uincitur. Ideo in illis
grauitate deuergens ad fundum decidit: in melle uero ut leuior de loco
uicta ſurſum pellitur. Quoniam ex iis quæ dicta ſũt: ingerunt ſe ſiles
quæſtiones: cur Diſari ita mel & uinũ diuerſis ætatibus habent optĩa?

mel quod recentiſſimum:uinum quod uetuſtiſſimum. Vnde ē & illud
prouerbium:quo utuntur gulones. Mulſum quod probe temperes mi-
ſcēdū eſſe nouo himettio:falerno & uetulo. Propterea īqt ille:quia īter
ſe ingenio diuerſa ſunt. Vini enim natura ꝑhumida eſt: mellis arida. Si
dicto modo addubitaueris: medicinæ contemplator effectum. Nā quæ
udanda ſunt corporis uino fouentur: quæ ſiccanda ſunt: melle deter-
guntur. Igitur longinquitate temporis de utroque aliquid exorbente
uinum meratius fit:mel aridius:& ita mel ſucco priuatur: ut uinū aqua
liberatur. Nec hoc quod ſequitur diſſimile quæſitis eſt: cur ſi uaſa uini
atque olei diutine ſemiplena cuſtodias: uinum ferme in acorem corrū-
pitur: oleo contra ſapor ſuauior conciliatur. Vtrunq; Diſarius ait uerū
ē. In illud enim uacuum:quod ſuperne liquido caret:aer aduena īcidit:
qui tenuiſſimum quoque humorem elicit & exorbet. Eo ſiccato uinum
quaſi ſpoliatum uiribus prout ingenio imbecillum aut ualidum fuit:
uel acore exaſperatur:uel auſteritate reſtringitur. Oleum autem ſuper-
uacuo humore ſiccato uelut mucore: qui in eo latuit abſterſo acquirit
nouam ſuauitatem ſaporis. Rurſus Auienus: Ait Heſiodus cū ad me-
dium dolii peruentum eſt: comparcendum & cæteris eius partibus ad
ſatietatem dicit abutendum: optimum uinum ſine dubio ſignificans
quod in dolii medietate cōſiſteret. Sed & hoc uſu probatum eſt in oleo
optimum eſſe quod ſupernatat: in melle quod in imo eſt. Quæro igiť
cur oleum quod in ſummo ē:uinum quod in medio:mel quod in fūdo
optīa eſſe credantur? Nec cūctatus Diſarius ait:Mel quod optimum ē:
reliquo ponderoſius eſt. In uaſe igitur mellis pars quæ in imo eſt utiq;
præſtat pōdere:& ideo ſupernatāte precioſior eſt. Contra in uaſe uini
pars inferior admixtione fæcis non modo turbulenta ſed etiam ſapore
deterior ē. Pars uero ſumma aeris uicinia corrumpitur: cuius admixtiōe
fit dilutior. Vnde agricolæ dolia non contenti ſub tectum repoſuiſſe:
deſodiūt: & operimentis extrinſecus illitis muniunt remouentes īq̄tū
fieri poteſt a uino aeris contagionem: a quo tam manifeſte læditur: ut
uix ſe tueatur in uaſe pleno & ideo aeri minus peruio. Cæterum ſi non
hauſeris:& locū aeris admixtioni patefeceris: reliquum quod remāſit:
omne corrumpitur. Media igitur pars quantum a confinio ſūmi utri-
uſque tantum a noxa remota eſt: & quaſi nec turbulenta nec diluta.
Adiecit Auienus:Cur eadem potio meratior uidetur ieiuno:q̄ ei qui cibū
ſūpſit? Et ille: Venas inedia uacuefacit: ſaturitas obſtruit. Igitur cum
potio per inanitatem penitus influit:quia non obtuſas cibo uenas īueīt:
neque fit admixtione dilutior: per uacuū means guſtatu fortiore ſētiť.
Hoc quoque ſciendum eſt mihi Auienus īquit:Cur qui eſuriēs biberit
aliquantulum famē ſubleuat? qui uero ſitiens cibum ſūpſerit: nō ſolū



nō domat ſitī:ſed magis cupidinē potus accēdit. Nota ē īquit Diſarius
cauſa. Nā liquori quidem nihil officit:quin ſumptus ad omne corporis
partes quoquouerſus permanet:& uenas compleat. Et ideo inedia quæ
inanitatem fecerat:accepto potus remedio quaſi iam non in totū uacua
recreatur. Cibatus uero utpote concretior & grandior in uenas non
niſi paulatim confectus admittitur. Ideo ſitim quam reperit nullo ſo-
latio ſubleuat:immo quicquid foris humoris nactus eſt exorbet: & īde
penuria eius quæ ſitis uocatur augetur. Nec hoc mihi Auienus ait i-
gnoratum relinquo: cur maior uoluptas ē cum ſitis potu extinguitur:
q̄ cum fames ſedatur cibo? Et Diſarius: Ex prædictis hoc quoque liquet.
Nam potionis totus hauſtus in omne corpus ſimul penetrat:& ī ōium
partium ſenſus facit unam maximam & ſenſibilem uoluptatē. Cibus
autem exiguo ſubminiſtratu paulatim penuriam conſolatur. Ideo uo-
luptas eius multifariam cōminuitur. Hoc quoq; (ſi uidetur) addo quæ-
ſitis: cur qui auidius uorāt facilius ſacias capiūt:q̄ qui eadē qeti ederīt.
Breuis eſt inqut illa reſponſio. Nam ubi auide deuoratur:tunc multus
aer cum edulıis infertur propter hiatum rictus & crebritatem reſpirādi.
Igitur ubi aer uenas compleuit:ad abiiciendum faſtidium pro cibo pen-
ſatur. Ni moleſtus ſum Diſari: patere plus nimio ex diſcendi cupidine
garriētē:& dicas quæſo cur edulia ſatis calida:ſatis facilius cōprimimus
ore q̄ manu ſuſtinemus: & ſiquid eorū plus feruet q̄ ut diutius mandi
poſſit:ilico deuoramus:& tamen aluus nō pernicioſe uritur. Et ille: In-
teſtinus calor qui in aluo eſt:quaſi multo maior uehementiorque qcq̄d
calidum accipit:magnitudine ſua circunuenit ac debilitat. Ideo præſtat
ſiquid ori feruidum admoueris:non ut quidam faciunt hiare:ne nouo
ſpiritu feruori uires mineſtres: ſed pauliſper labra cōprimere:ut maior
calor qui de uentre & ore opitulatur: comprimat minorem calorem.
Manus autem ut rem feruidam ferre poſſit:nullo ꝓprio iuuatur calore.
Iam dudum inquit Auienus noſſe aueo cur: aqua quæ obſita globis
niuium perducitur ad niualem rigorem: non minus in potu noxia ē q̄
ex ipſa niue aqua reſoluta. Scimus enim quot quantæque noxæ epoto
niuis humore naſcātur. Et Diſarius: Adde aliqd ante quæſitis:aqua.n.
ex niue reſoluta etiam ſi igne calefiat & calida bibatur: æque noxia eſt:
ac ſi epota ſit frigida. Ergo non ſolo rigore niualis aqua pernicioſa ē:
ſed ob aliam cauſam quam non pigebit aperire auctore Ariſtotele:qui ī
phyſicis quæſtionibus ſuis hanc poſuit:& in hunc ſenſum (ni fallor) ab-
ſoluit. Omnis aqua inquit habet in ſe aeris tenuiſſimi portionem:quo
ſalutaris ē: habet & terream fæcem:qua eſt corpulenta poſt terram. Cū
ergo aeris frigore & gelu coacta caleſcit:neceſſe ē per euaporationē uel
exprimi ex ea auram illam tenuiſſimam:qua deſcendente conueniat in

coagulum ſola terrea in ſe remanente natura. Quod hinc apparet: quia cum fuerit eadem ſolis aqua calore ſoluta: minor modus eius reperitur: q̃ fuit ante q̃ congelaſceret. Deeſt: ꝙ euaporatio ſolum in aqua ſalubre cõſumpſit. Nix ergo quæ nihil aliud eſt q̃ aqua in aere denſata: tenuitatem ſui cum denſaretur amiſit: & ideo ex eius reſolutæ potu diuerſa morborum genera uiſceribus inſeminantur. Nominatum gelu ueteris quæ me ſolebat agitare admonuit quæſtionis: cur uina aut nunq̃ aut raro congelaſcant: cæteris ex magna parte humoris nimietate frigoris cogi ſolitis? Num qa uinũ ſemina quædã in ſe caloris habet: & ob eam rem Homerus dixit ἄιθοπα ὄινον: non ut quidam putant ꝓpter calorẽ: an alia quæpiam cauſa ẽ: quam quia ignoro ſcire cupio. Ad hæc Diſarius: Eſto uina naturali muniantur calore: num oleum minus ignitum eſt: aut minorem uim in corporibus calefactandis habet? & tamen gelu ſtringitur. Certe ſi putas ea quæ calidiora ſunt difficilius congelaſcere: congruens erat nec oleum cõcreſcere: & ea quæ frigidiora ſũt facile gelu cogi. Acetum autem omnium maxime frigorificum eſt: atque id tamẽ nunq̃ gelu ſtringitur. Num igitur oleo magis cauſa eſt coaguli celerioris quod & leuigatius & ſpiſſius ẽ: faciliora enim ad coeundum uidentᷣ: q̃ leuatiora denſioraq; ſũt. Vino autem non contingit tãta mollities: & eſt q̃ oleũ multo liquidius. Acetum uero & liquidiſſimum eſt inter cæteros humores: & tanto ẽ acerbius: ut ſit acore triſtificum: & exemplo marinæ aquæ: quæ ipſa quoque amaritudine ſui aſpera eſt nunq̃ gelu contrahitur. Nam quod Herodotus hiſtoriarum ſcriptor contra õium ferme qui hæc quæſierunt opinionem ſcripſit mare boſporicum: quod & cimerium appellat earumq; partiũ mare omne quod ſythicum dicitᷣ: id gelu conſtringi & conſiſtere: aliter eſt ac putatur. Nam non marina aqua contrahitur: ſed quia plurimum in illis regionibus fluuiorum eſt & paludum in ipſa maria ĩfluẽtium: ſuperficies maris cui dulces aquæ innatant congelaſcit: & incolumi aqua marina uidetur ĩ mari gelu: ſed de aduenis undis coactum. Hoc & in põto fieri uidemus in quo fruſta quædam & ut ita dixerim ꝑficies gelidæ ferunt contractæ de fluuialiũ uel paluſtrium undarum multitudine: in quas licet frigore concretæ tamen ſunt natantes quaſi leuatiores marina. Plurimum autẽ aquaꝝ taliũ influere põto & totã ſuperficiem eius infectam eſſe dulci liquore: propter quod ait Saluſtius: mare ponticum dulcius q̃ cætera: eſt hoc quoq; teſtimonio: ꝙ ſi in pontum uel paleas uel ligna ſeu quæcunque alia natantia proieceris: foras extra pontum feruntur in propontidem: atque ita in mare quod alluit aſiæ oram cum conſtet in pontum influere maris aquã non effluere de ponto. Meatus enim qui ſolus de oceano receptas aquas ĩ maria noſtra trãſmittit: in freto ẽ gaditano: quod

hiſpaniam africamque interiacet. Et ſine dubio ĩundatio ipſa per hiſpanienſe & gallicanum littora in tyrrhenum prodit: inde adriaticum mare facit: ex quo dextra in parthenium leua in ionium & directim in ægæum pergit: atque ita ingreditur in pontum. Quæ igitur ratio facit ut riuatim aquæ de ponto fluant: cum foris influentes aquas pontus accipiat? Sed conſtat utraque ratio. Nã ſuperficies ponti propter nimias aquas quæ de terra dulces influunt foras effluit: deorſum uero intro pergit influxio. Vnde probatum ẽ: natantia quæ (ut ſupra dixi) iaciũtᷣ: in pontum foras pelli. Si uero colũna deciderit introrſum mari. Et hoc ſæpe uſu probatum eſt: ut grauiora quæque in fundo propontidis ad ponti interiora pellantur. Adiecta hac una conſultatione reticebo: cur omne dulcium magis dulce uidetur cum frigidum eſt: q̃ ſi caleat? Reſpondit Diſarius: calor ſenſum occupat: & guſtatum linguæ feruor ĩterpedit. Ideo ex aſperatione oris prouenta ſuauitas excluditur. Quod ſi caloris abſit iniuria: tum demum poteſt lingua incolumi blandimento dulcedinem ꝓ merito eius excipere. Præterea ſuccus dulcis cũ per calorem non impune penetrat uenarum receptacula: & ideo noxa minuit uoluptatem. Succeſſit Horus: & cum multa inquit de potu & cibatu quæſiſſet Auienus: unũ maxime neceſſarium (ſponte an oblitus ignoro) prætermiſit: cur ieiuni magis ſitiant q̃ eſuriant. Hoc ĩ commune nobis Diſari ſi uidetur abſolues. Et ille: Rẽ tractatu dignã inquit Hore quæſiſti: ſed cuius ratio ĩ aperto ſit. Cũ. n. animal ex diuerſis cõſtet elemẽtis: unum eſt de his quæ corpus efficiunt: quod & ſolum aut maxime ultra cætera aptum ſibi quærat alimentum: calorem dico qui liquorem ſibi ſemper exigit miniſtrari. Certe de ipſis quatuor elementis extrinſecus uidemus nec aquam nec aerem neque terram aliquid quo alatur: aut quod conſumat exigere: nullamque noxam uicinis uel appoſitis ſibi rebus inferre. Solus ignis alimẽti perpetui deſiderio quicquid offendit abſumit. Inſpice & primæ ætatis infantiam q̃tum cibum nimio calore conficiat: & contra ſenes cogita facile tolerare ieiunium quaſi extincto ĩ ipſis calore qui nutrimentis recreari ſolet. Sed & media ætas ſi multo exercitio excitauerit ſibi naturalem calorem: animoſius cibum appetit. Conſideremus & animalia ſanguine carentia: quæ nullum cibum quærant penuria caloris. Ergo ſi calor in appetentia ſemper eſt: liquor aũt proprium caloris alimentum eſt: bene in nobis cum ex ieiunio corpori nutrimenta quæruntur: præcipue calor ſuum poſtulat: quo accepto corpus omne recreatur: & patientius expectat cibum ſolidiorem. His dictis Auienus ãnulum de menſa rettulit: qui illi de breuiſſimo dexteræ manus digito repẽte deciderat. Cũq; a præſentibus quæreretur: cur eũ aliena manu & digito & non huic geſtamini deputatis potius insereret:

oſtendit manum leuam ex uulnere tumidiorē. Hinc Horo nata quæſtionis occaſio: Et dic inquit Diſari: omnis enim ſitus corporis pertinet ad medici notionem: tu uero doctrinam & ultra q̃ medicina poſtulat conſecutus es: dic inq̃ cur ſibi cōmunis aſſenſus annulum in digito: q minimo uicinus ē: quē etiā medicinalē uocāt: & manu præcipue ſiniſtra geſtandū eſſe perſuaſit. Et Diſarius: de hac ipſa ſermo quidam ad nos ab ægypto uenerat: de quo dubitabam fabulam ne an ueram rationem uocarem: ſed libris anacomicorum poſtea conſultis ue℞ repperi: neruū quendam de corde natum priorſum pergere uſque ad digitum manus ſiniſtræ minimo proximum: & illic deſinere implicatū cæteris eiuſdem digiti neruis: & ideo uiſum ueteribus: ut ille digitus ānulo tanq̃ corona circundaretur. Et Horus adeo inquit Diſari uerum ita ut dicis ægyptios opinari: ut ego ſacerdotes eorum quos prophetas uocant: cum ī templo uidiſſem circa deorum aras hunc in ſingulis digitum confectis odoribus illinere: & eius rei cauſas inquiſiſſē: & de neruo quod iā dictum eſt prīcipe eorum narrante didicerim: & inſuper de numero qui per ipſum ſignificat᷑. Complicatus enim ſenarium numerū digitus iſte demōſtrat: qui omnifariam plenus perfectus atque diuinus eſt. Cauſaſq; cur plenus ſit hic numerus: ille multis aſſeruit: ego nunc ut præſentibus fabulis minus aptas relinquo. Hæc ſunt quæ in ægypto diuinarum omnium diſciplinarum compote: cur ānulus huic digito magis inſeratur agnoui. Inter hæc Cecīna Albinus: S i uolenttibus erit uobis inquit in medium profero quæ de hac eadem cauſa apud Ateiū Capitonem pōtificii iuris inter primos peritum legiſſe memini: qui cum nefas eſſe ſanciret deorū formas inſculpi annulis eo uſq; proceſſit: ut & cur hoc digito uel in hac manu geſtaretur annulus non taceret. Veteres inquit non ornatus ſed ſignandi cauſa annulum ſecum circunferebant. Vnde nec plus habere q̃ unum licebat: nec cuiq̃ niſi libero: quos ſolos fides decerneret: quæ ſignaculo continetur. Ideo ius annulorum famuli non habebāt. Imprimebatur autem ſculptura materiæ annuli ſiue ex ferro ſiue ex auro foret: & geſtabatur: ut quiſque uellet quacunque manu: quolibet digito. Poſtea inquit uſus luxuriantis ætatis ſignaturas precioſis gēmis cœpit inſculpere: & certatim hæc omnis imitatio laceſſiuit: ut de augmento precii quo ſculpendos lapides paraſſent: gloriaretur. Hinc factum ē ut uſus annulorum exemptus dexteræ: quæ multum negociorum gerit in leuam relegarētur: quæ ocioſior eſt: ne crebro motu & officio manus dexteræ precioſi lapides frāgerētur. Electus autem inquit ipſa leua manu digitus minimo proximus quaſi aptior cæteris: cui commendaretur annuli precioſitas. Nam pollex: qui nomen ab eo ꝙ pollet: accepit: nec ī ſiniſtra ceſſat: nec minus q̃ tota manus ſemper in officio ē. Vnde

apud græcos ἀντίχειρ īquit uocatur: quaſi manus altera. Pollici uero uicinus nudus & ſine tuitione alterius appoſiti uidebatur. Nam pollex ita inferior ē: ut uix radicem eius excedat. Medium & minimū uitauerunt īquit: ut ineptos alterum magnitudine breuitate alterū: & electus eſt: qui ab utroque clauditur: & minus officii gerit: & ideo ſeruando annulo magis accōmodatus. Hæc ſunt quæ lectio pontificalis habet: unuſquiſque ut uolet uel hetruſcam uel ægyptiam opinionem ſequatur. Inter hæc Horus ad conſulendum ſeuerus ſis inquit Diſari: præter hunc ueſtitū qui me tegit: nihil mei nominis cenſu aliud habere. Vnde nec ſeruus mihi eſt: nec ut ſit opto: ſed omnem uſum: q uiuo miniſtrādus eſt: ego mihimet ſubminiſtro. Nuper ergo cum in hoſtiēſi oppido morarer: ſordidatum pallium meum ī mare diutile laui: & ſuper littus ſole ſiccaui: nihiloque minus eædem in ipſo poſt ablutionem maculæ ſordium uiſebātur. Cumque me res iſta ſtupefaceret: aſſiſtēs forte nauta: quin potius ait ī fluuio ablue palium tuum: ſi uis emaculatū. Parui ut uerum probarem: & aqua dulci ablutum atque ſiccatum uidi ſplendori ſuo redditum. Et ex illo cauſam requiro: cur magis dulcis aqua q̃ ſalſa idonea ſit ſordibus abluendis. Iam dudum Diſarius inquit: hæc quæſtio ab Ariſtotele & propoſita & ſoluta ē. Ait enim aquam marinā multo ſpiſſiorem eſſe: q̃ eſt dulcis: immo illam eſſe fæculētam: dulcem uero puram atque ſubtilem. Hinc facilius ait: uel imperitos nandi ſuſtinet mare: cum fluuialis aqua quaſi infirma & nullo iumento fulta mox cedat: & in imum pondera accepta trāſmittat. Ergo aquam dulcē dixit: quaſi natura leuem celerius immergere in ea quæ abluenda ſunt: & dum ſiccatur ſecū ſordium maculas abſtrahere: marinā uero quaſi craſſiorem nec facile penetrare purgādo propter ſui denſitatem: & dum uix ſiccatur non multum ſordium ſecum trahere. Cumque Horus iis aſſētire uideret᷑: Euſtachius ait: Ne decipias quæſo credulū: qui ſe quæſtionemque ſuam commiſit fidei tuæ. Ariſtoteles enim ut nōnulla alia magis acute q̃ uere iſta diſſeruit. Adeo autem aquæ denſitas non nocet abluendis: ut ſæpe qui aliquas ſpecies purgatas uolūt: ne ſola aqua uel dulci tardius hoc efficiāt: admiſceāt illi cinerem: uel (ſi defuerit) terrenū puluerem: ut craſſior facta celerius poſſit abluere. Nihil ergo impedit marinæ aquæ denſitas. Sed nec ideo qa ſalſa ē: minus abluit. Salſitas enim findere: & uelut aperire meatus ſolet: & ideo magis elicere debuit abluēda. Sed hæc una cauſa ē: cur aqua marina nō ſit ablutioni apta: quia pinguis ē: ſicut & ipſe Ariſtoteles ſæpe teſtatus ē: & ſales docent: quibus ineſſe quiddā pingue nullus ignorat. Eſt & hoc indicium pinguis aquæ marinæ: ꝙ cum inſpargitur flammæ: non tam extinguit q̃ pariter accēdit᷑: aquæ pīguedīe alimoniæ igni ſubminiſtrāte. Poſtrēo

Homerũ ſequamur:qui ſolus fuit naturæ conſcius. Facit enī Nauſicaã Alcinoi filiam abluentem ueſtes:cum ſuper mare eſſet:non in mari ſed in fluuio. Idem locus Homeri docet nos marinæ aquæ quiddam īeſſe pingue permixtum. Vlyxes enim cum iam dudum mare euaſiſſet: & ſtaret ſiccato corpore: ait ad Nauſicaæ famulas

ἀμφίπολοι ϛῆθούτω ἀπόπροθεν ὄφρέγω ἀυτός
ἅλμην ὤμοιιν ἀπολούσομαι ἀμφὶ δ᾽ἐλαίω.
χρίσομαι ἦ δὴ γὰρ δηρὸν ἄπο χροὸς ἐϛὶν ἀλοιφή

Poſt hæc cum deſcendiſſet in fluuium diuinus uates:qui in omni re naturam ſecutus ē: expreſſit quod fieri ſolet:ut qui aſcendunt de mari ſi ī ſole ſteterít: aqua qdē celeriter ſole ſiccet:maneat autem in corporis ſuperficie ueluti flos quidam:qui & in detergendo ſentitur. Et hæc ē aquæ marinæ pinguedo quæ ſola impedit ablutionem. Et quia a cæteris expeditus mihi te pauliſper indulges: modo autem nobis de aqua ſermo fuit: quæro cur in aqua ſimulacra maiora ueris uidentur? quod genus apud popinatores pleraque ſitamentorum cernimus propoſita āpliora ſpecie q̃ corpore: quippe uidemus in doliolis uitreis aquæ plenis & oua globis maioribus:& iecuſcula fibris tumidioribus & buluas ſpiris ingētibus & omnino ipſum uidere:qua nobis ratione conſtat:quia ſolent de hoc nonnulli nec uera nec ueriſimilia ſentire. Et Diſarius:aqua inquit denſior eſt aeris tenuitate: & ideo eam cunctatior uiſus penetrat:cuius offenſa percuſſa uidendi acies ſcinditur:& in ſe recurrit. Sciſſa dũ redit iam nõ directo ictu:ſed undique[illegible]rſum incurrit liniamenta ſimulacri: & ſic fit ut uideatur imago archethypo ſuo grandior. Nam & ſolis orbis matutinus ſolito nobis maior apparet:qa interiacet inter nos & ipſũ aer adhuc de nocte roſidus: & grandeſcit imago eius tanq̃ in aquæ ſpeculo uiſatur. Ipſam uero uidendi naturam non in ſubide introſpexit Epicurus:cuius ī hoc non eſt(ut extimo)improbanda ſententia aſtipulante præcipue Democrito:quia ſicut ī cæteris ita & in hoc paria ſēſerũt. Ergo cenſet Epicurus ab omnibus corporibus iugi fluore quæpiā ſimulacra manere: nec ũq̃ tātulā morā interuenire:quī ultra ferantur inani figura cohærentes corporum exuuiæ: quaꝝ receptacula in noſtris oculis ſunt:& ideo ad deputatam ſibi a natura ſedem proprii ſenſus recurrũt. Hæc ſunt quæ uir ille commemorat: quibus ſi occurris obuius expecto quid referas. Ad hæc renidens Euſtachius in propatulo ē inquit:quod decepit Epicuꝝ. A uero enim lapſus ē aliorum quattuor ſenſuũ ſecutus exemplum:quia in audiendo & guſtando & odorando atque tangendo nihil e nobis emittimus:ſed extrīſecus accipimus: quod ſēſũ ſuũ moueat. Quippe & uox ad aures ultro uenit: & auræ in nares influunt: & palato ingeritur: quod gignat ſaporem: & corpori noſtro applicantur

tactu ſētienda. Hīc putauit & ex oculis nihil foras ꝑficiſci:ſed imagines rerum in oculos ultro meare. Cuius opinioni repugnat: ꝙ in ſpeculis imago aduerſa contemplatorem ſuum reſpicit: cum debeat (ſiquidem a nobis orta recto meatu proficiſcitur) poſteram ſui partem cum diſcedit oſtendere:ut leua leuam dextera dexteram reſpiciat. Nam & hiſtrio pſonam ſibi detractam ex ea parte uidet qua induit: ſcilicet non faciem ſed poſteriorem cauernam. Deinde interrogare hũc uirum uellem: an tunc imagines e rebus auolant:cum ē qui uelit uidere:an & cum nullus aſpicit: emicant undique ſimulacra. Nam ſi quod primum dixi teneat: quæro cuius imperio ſimulacra præſto ſint intuenti:& quotiēs quis uoluerit ora conuertere:totiens ſe & illa conuertant. Sin ſecundo īhæreat: ut dicat perpetuo fluore rerum omniũ manare ſimulacra: quæro q̃diu cohærentia permanent nullo coagulo iuncta ad permanendum. Aut ſi manere dederimus:q̃admodum aliquem retinebũt colorem:cuius natũa cum ſit incorporea: tamen nunq̃ poteſt eſſe ſine corpore? Deinde quis poteſt in animum inducere ſimul atq; oculos uerteris incurrere imagines cæli maris littoris prati nauium pecudum:& innumerabilium prætera rerum quas uno oculorum iactu uidemus: cum ſit pupilla quæ uiſu pollet:oppido parua. Et quonā modo totus exercitus uiſitur:adde ſingulis militibus profecta ſimulacra ſe cogerunt: atque ita collata tot milia penetrant oculos intuentis. Sed qui laboramus opinionem ſic inanem uerbis uerberare: cum ipſa rei uanitas ſe refellat? Conſtat aũt uiſum nobis hac prouenire ratio[illegible]: genuinum lumen e pupilla quacũque eam uerteris directa linea emicat. Id oculorum domeſticum pro fluuium ſi repererit in circunfuſo nobis aere lucem:p eam directim pergit:q̃diu corpus offēdat. Et ſi faciem uerteris:ut circũſpicias:utrobique acies uidendi directa procedit. Ipſe autem iactus quem diximus de noſtris oculis emicare:incipiens a tenui radice in ſumma fit latior: ſicut radii a pictore finguntur. Ideo per minutiſſimum foramen cõtemplās oculus uidet cæli profunditatem. Ergo tria iſta nobis neceſſaria ſunt:ad effectum uidendi:lumen quod de nobis emittimus: & ut aer q īteriacet lucidus ſit:& corpus quo offenſo deſinat ītentio. Quæ ſi diutius ꝑgat: rectam intentionem laſſata non optinet:ſed ſciſſa in dexteram leuāque diffunditur. Hinc eſt ꝙ ubicunque terrarũ ſteteteris:uideris tibi quādā cæli concluſionem uidere: & hoc ē quod horizontē ueteres uocauerunt: quorum indago fideliter deprehendit: directā ab oculis aciem ꝑ planũ contra aſpicientibus non pergere ultra centum octoaginta ſtadia:& īde in orbem iā recuruari. Per planum ideo adieci:quia altitudines lõgiſſīe aſpicimus: quippe qui & cælum uidemus. Ergo in omni orizontis orbe ipſe qui intuetur centron eſt. Et quia diximus q̃tum a centro acies uſq;

ad partem orbis extenditur: ſine dubio in orizonte διάμετρος orbis tre-
centorum ſexaginta ſtadiorum eſt: & ſi ulterius qui intuetur acceſſerit:
ſeu retrorſum receſſerit: ſimilem circa ſe orbem uidebit. Sicut igitur di-
ximus cum lumen quod pergit e nobis per aeris lucē ī corpus inciderit:
impletur officium uidendi. Sed ut poſſit res uiſa cognoſci: renunciat
uiſam ſpeciem rationi ſenſus oculorum: & illam aduocata memoria re-
cognoſcit. Ergo uidere oculoꝝ ē: iudicare rationis: memoriæ meminiſſe:
quia trinum ē officium: quod uiſum complet ad dignoſcendā figuram:
ſenſus: ratio: memoria. Senſus rem uiſam rationi refundit. Illa q̄d uiſū
ſit recordatur. Adeo autem intuendo neceſſarium eſt rationis officium:
ut ſæpe in uno uidendi ſēſu: etiam alium ſenſum memoria ſuggerente
ratio deprehendat. Nam ſi ignis appareat: ſcit eum & ante tactum rō
calere. Si nix ſit illa quæ uiſa eſt: intelligit in ipſa illa ratio etiam tactus
rigorem. Hac ceſſante uiſu inefficax ē: adeo ut ꝙ remus in aqua fractus
uidetur: uel ꝙ turris eminus uiſa cum ſit anguloſa rotunda extimatur:
faciat rationis negligentia: quæ ſi ſe intenderit: agnoſcit in turre āgulos
& in remo ītegritatem. Et omnia illa diſcernit: quæ academiacis dānan-
dorum ſenſuum occaſionem dederunt: cum ſenſus unus inter certiſſīas
res habendus ſit comitante ratione: cui nōnunq̄ ad diſcernēdam ſpeciē
non ſufficit ſenſus unus. Nam ſi eminus pomi quod malum dicitur:
figura uiſatur: non omnino id malum ē. Potuit enim ex aliqua materia
figi mali ſimilitudo. Aduocādus ē igitur ſenſus alter: ut odor uidelicet.
Sed potuit inter congeriem malorum poſitum auram odoris ipſius cō-
cepiſſe. Hic tactus conſulendus ē: qui poteſt de pondere indicare. Sed
metus ē ne ipſe fallatur: ſi fallax opifex materiam quæ pomi pondus
imitaretur: elegit. Confugiendum eſt igitur ad ſaporem: qui ſi formæ
conſentiat: malum eſſe nulla dubitatio ē. Sic probatur efficaciam ſēſuū
de ratione pendere. Ideo deus opifex omnes ſenſus in capite id ē circa
ſedem rationis locauit. His dictis fauor ab omnibus exortus ē admiran-
tibus dictorum ſoliditatem: adeo ut atteſtari uel ipſum Euangelum nō
pigeret. Diſarius deinde ſubiecit: Iſti plauſus ſunt qui prouocant phi-
loſophiam ad uēdicādos ſibi de aliena arte tractatus: unde ſæpe occur-
rit ī manifeſtos errores: ut Plato ueſter dū nec anatomica quæ medicinæ
propria eſt: abſtinet: riſum de ſe poſteris tradidit. Dixit enī diuiſas eſſe
uias deuorandis cibatui & potui: & cibum quidem per ſtomachū trahi:
potū uero ꝑ ἀρτηρίαν quæ τραχεῖα dicit' fibris pulmonis allabi. Quod
tantum uirum uel extimaſſe uel ī libro rettuliſſe mirandum eſt uel po-
tius dolendum. Vnde Eraſiſtratus medicorum ueterum nobiliſſimus ī
eum iure inuectus eſt: dicens illum rettuliſſe longe diuerſa q̄ ratio depre-
hēdit. Duas enim eſſe fiſtulas inſtar canalium: eaſque ab oris faucibus

proficiſci deorſum: & per earum alteram induci delabique in ſtomachū
eſculenta omnia & poculenta: ex eoque ferri in uentriculum quod græce
appellatur ἡ κάτωκοιλία: atque illic ſubigi digerique: ac deinde aridiora
ex his retrimenta in alium cōuenire quod græce κόλος dicit': humidora
autem per renes in ueſicam trahi: & per alteram de duabus ſuperioribus
fiſtulam quæ græce appellatur τραχεῖα ἀρτηρία ſpiritum a ſummo ore
in pulmonem atque inde rurſum in os & in nares cōmeare: perq; eundē
uocis fieri meatum. Ac ne potus cibuſue aridior quē oporteret in ſtoma-
chum ire: procederet ex ore labereturque ī eam fiſtulam per quam ſpi-
ritus reciprocatur: ex eaque offenſione intercluderetur animæ uia: impo-
ſitā eſſe arte quadā & ope naturæ ἐπιγλωττίδα quaſi clauſtrū mutuū
utriuſque fiſtulæ quæ ſibi ſunt cohærentes: eamque ἐπιγλωττίδα inter
edendum bibendumque operire ac protegere τὴν τραχεῖαν: ne quid ex
eſca potuue incideret in illud quaſi æſtuantis animæ iter: ac propter ea
nihil humoris influere in pulmonem ore ipſo arteriæ cōmunito. Hæc
Eraſiſtratus cui (ut extimo) uera ratio conſentit. Cū enim cibus nō ſqua-
lidus ſiccitate ſed humoris temperie mollis uentri inferendus ſit: neceſſe
eſt: eandem uiam ambobus patere: ut cibus potu temperatus per ſto-
machum in uentrem cōdatur: nec aliter natura componeret niſi quod
ſalutare eſſet animali. Deinde cum pulmo & ſolidus & leuigatus ſit: ſi-
quid ſpiſſum in ipſum deciderit: quemadmodū penetrat aut trāſmitti
poteſt ad locum digeſtionis cum cōſtet: ſi quando caſuali quid paulo
denſius in pulmonem uiolentia ſpiritus trahente deciderit: mox naſci
tuſſim nimis aſperam & alias quaſſationes uſque ad uexationē ſalutis.
Si autem naturalis uia potum in pulmonem traheret: cum corpulenta
bibuntur uel cum hauritur potus admixtus granis ſeu ex re aliqua den-
ſiore: quid iis ſumptis pulmo pateretur. Vnde ἐπιγλώττις a natura
prouiſa ē: quæ cum cibus ſumitur operimento ſit arteriæ: ne quid ꝑ ipſā
in pulmonem ſpiritu paſſim trahente labatur. Sicut & cū ſermo emit-
tendus ē: inclinatur ad operiendam ſtomachi uiam ut ἀρτηρίαν uoci pa-
tere permittat. Eſt & hoc de experientia notum: ꝙ qui ſenſim trahūt
potum uentres habent humectiores humore: qui paulatim ſumptus eſt
diutius permanente. Siquis uero auidius hauſerit: humor eodē impetu
trahitur: præterit ī ueſicam: & ſicciori cibo prouenit tarda digeſtio. Hæc
autem differentia nō naſceretur: ſi a principio cibi & potus diuiſi eſſent
meatus. Quod autem Alcæus poeta dixit: & uulgo canitur:

Ideo dictum eſt: quia pulmo re uera gaudet humore: ſed trahit q̄tum
ſibi extimat neceſſarium. Vide ſatis fuiſſe philoſophorum omnium
principi alienis abſtinere: q̄ minus nota proferre? Ad hæc Euſtachius

paulo commotior:non minus te inquit Diſarius philoſophis q̃ medicis inſerebam: ſed modo uideris mihi rem conſenſu generis humani decā-tatam & creditam obliuioni dare: philoſophiam artem eſſe artium & & diſciplinam diſciplinarum:& nunc in ipſam inuehitur parricidali auſu medicina: cum philoſophia illic habeatur anguſtior : ubi de rōnali parte id eſt de incorporeis diſputat:& illic inclinet͛: ubi de phyſica quod eſt de diuinis corporibus uel cæli uel ſyderum tractat. Medicina autem phyſicæ partis extrema fæx ē: cui ratio ē cum teſteis terreniſq; corporibus. Sed quid rationem nominaui:cū magis apud ipſa regnet cōiectura q̃ ratio? Quæ ergo cōiicit de carne lutulenta:audet inequitare philoſophiæ de incorporeis & uere diuinis certa ratione tractanti. Sed ne uideat͛ communis iſta defenſio tractatum uitare pulmonis: accipe cauſas quas platonica maieſtas ſecuta eſt:ἐπιγλώττις quam memoras īuentū nat͛æ ē ad tegendas detegendaſque certa alternatione uias cibatus & potus:ut illum ſtomacho tranſmittat: hūc pulmo ſuſcipiat. Propterea tot meatibus diſtinctus ē:& interpatet rimis:non ut ſpiritus egreſſiones habeat: cui exalatio occulta ſufficeret:ſed ut per eos ſiquid cibatus in pulmonē deciderit:ſuccus eius mox migret in ſedem digeſtionis. Deinde ἀρτηρία ſiquo caſu ſciſſa fuerit: potus nō deuoratur:ſed quaſi ſciſſo meatu ſuo reiectatur foras incolumi ſtomacho:quod non contingeret niſi ἀρτηρία uia eſſet humoris. Sed & hoc ī propatulo ē:quia quibus æger ē pulmo: accenduntur in maximam ſitim: ſed non eueniret : niſi eſſet pulmo receptaculum potus. Hoc quoque intuere: ꝙ animalia quibus pulmo non eſt: potum neſciunt. Natura enim nihil ſuperfluum ſed membra ſingula ad aliquod uiuēdi miniſteriū fecit:quod cū deeſt : uſus eius nō deſideratur. Vel hoc cogita: quia ſi ſtomachus cibum potūq; ſuſcipet: ſuperfluus foret ueſicæ uſus. Poterat enim utriuſque rei ſtomachus retrimēta īteſtīo tradere:cui nūc ſolius cibi tradit:nec opus eſſet diuerſis meatibus q̄bus ſingula traderentur:ſed unus utrique ſufficeret ab eadē ſtatione tranſmiſſo. Modo autem ſeorſum ueſica & inteſtinum ſeorſū ſaluti ſeruit:quia illi ſtomachus tradit:pulmo ueſicæ. Nec hoc prætereundum ē: ꝙ in urina quæ ē retrimētum potus nullum cibi ueſtigium reperitur: ſed nec aliqua qualitate illorum retrimentorum uel coloris uel odoris inficitur. Quod ſi in uentre ſimul fuiſſēt:aliqua illaꝝ ſordiū qualitas inficeretur. Nam poſtremo lapides qui de potu in ueſicam naſcuntur:cur nunq̃ in uentre coaleſcunt: cum non niſi ex potu fiant? & naſci in uentre quoque debuerint: ſi uēter eſſet receptaculum potus. In pulmonem defluere potum nec poetæ nobiles ignorant. Ait enim Eupolis in fabula:quæ inſcribitur cœlaces:



Euripides uero huius rei manifeſtiſſimus aſtipulator ē. Cum igitur & ratio corporeæ fabricæ & teſtium nobilis auctoritas aſtipuletur Platoni: nonne quiſquis contra ſentit: inſanit? Inter hæc Euangelus gloriæ græcoꝝ inuidens & illudens : faceſſant ait hæc:quæ inter uos in oſtētationē loquacitatis agitantur : quin potius ſiquid callet ueſtra ſapientia ſcire ex uobis uolo:ouū ne prius extiterit: an gallina? Irridere te putas Diſarius ait:& tamen quæſtio quam mouiſti : & inquiſitu & ſcitu digna ē. Tu enim me tibi de rei utilitate comparans cōſuluiſti:utrum prius gallina ex ouo:an ouum ex gallina ꝓdiit. Sed hoc ita ſeriis īſerendum eſt: ut de eo debeat uel anxie diſputari. Et proferam quæ in utranq; partem mihi dicenda ſubuenient:relicturus tibi utrum eoꝝ uerius malis uideri. Si concedimus omnia quæ ſunt:aliquando cœpiſſe:ouum prius a nat͛a factum iure extimabit͛. Semper enim quod incipit : imperfectū adhuc & informe eſt: & ad perfectionem ſui per procedentis artis & temporis additamenta formatur. Ergo natura fabricans auem ab informi rudimento cœpit:& ouum in quo necdū ē ſpecies extitit procedente paulatī maturitatis effectu. Deinde quicquid a natura uariis ornatibus cōpatū ē:ſine dubio cœpit a ſimplici:& ita contextionis acceſſione uariatum ē. Ergo ouum uiſu ſimplex & undique uerſum pari ſpecie creatum eſt: & ex illa uarietas ornatuum quibus conſtat auis:ſpecies abſoluta ē. Nā ſicut elementa prius extiterunt:& ita reliqua corpora de cōmixtiōe eoꝝ creata ſunt: ita rationes ſeminales quæ in ouo ſunt: ſi uenialis erit iſta trāſlatio:uelut quædam gallinæ elemēta credenda ſūt. Nec importune elementis de quibus ſunt omnia: ouum comparauerim. Omni enim genere animantium quæ ex coitione naſcuntur:īuenies ouum aliquoꝝ eſſe principium inſtar elementi. Aut enim gradiuntur animantia: aut ſerpunt:aut nando uolādoue uiuunt. In gradientibus lacertæ & ſilia ex ouis creātur. Quæ ſerpunt ouis naſcūtur. Exordio uolātia uniuerſa de ouis prodeunt:excepto uno quod īcertæ naturæ ē. Nam ueſpertilio uolat quidem pellitis alis: ſed inter uolantia nō habendus ē:qui quattuor pedibus graditur: formatoſque pullos parit: & nutrit lacte quos generat. Nantia pene omnia de ouis oriuntur generis ſui: crocodilus uero etiam de teſteis qualia ſunt uolantium. Et ne uidear plus nimio extuliſſe ouum elementi uocabulo:cōſule initiatos ſacris Liberi patris: in quibus hac ueneratione ouum colitur : ut ex forma tereti ac pene ſpærali atque undique uerſum clauſa & īcludente intra ſe uitam mundi ſimulacrum uocetur. Mundum autem conſenſu omnium conſtat uniuerſitatis eſſe pricipium. Prodeat qui priorem uult eſſe gallinam: & in hæc uerba tentet quod defendit aſſerere. Ouum rei cuius ē: nec initium nec finis ē. Nam initiū ſemen ē: finis auis ipſa formata. Ouū

uero digeſtio ē ſeminis. Cum ergo ſemē animalis ſit: & ouum ſeminis: ouum ante animal eſſe non potuit: ſicut non poteſt digeſtio cibi fieri ante q̄ ſit qui edit. Et tale ē dicere ouum āte gallinam factum: ac ſiquis dicat matricem ante mulierem factam. Et qui īterrogat quemadmodū gallina ſine ouo eſſe potuit: ſimilis ē interroganti quonam pacto hoīes facti ſunt ante pudenda: de quibus homines procreantur. Vnde ſicut nemo recte dicet hominem ſeminis eſſe: ſed ſemen hominis: ita nec oui gallinam: ſed ouum eſſe gallinæ. Deinde ſi concedamus: ut ab aduerſa parte dictum ē: hæc quæ ſunt ex tempore aliquod ſūpſiſſe principium. Na͞ta primum ſingula animalia perfecta formauit: deinde perpetuam legem dedit: ut continuaretur procreatione ſucceſſio. Perfecta autem ī exordio fieri potuiſſe: teſtimonia ſunt nunc quoque non pauca animātia: quæ de terra & imbre perfecta naſcuntur: ut in ægypto mures & in aliis ranæ ſerpenteſque & ſimilia. Oua autem nunq̄ de terra ſunt procreata: quia in illis nulla perfectio. Natura uero perfecta format: & de perfectis iſta procedunt: ut de integritate partes. Nam ut concedā ouū auium eſſe ſeminaria: uideamus quid de ſemine ipſo philoſophorum diffinitio teſtatur: quæ ita ſancit. Semen generatio ē ad eius ex quo eſt ſimilitudinem pergens. Non poteſt autem ad ſimilitudinem pergi rei quæ necdū ē: ſicut nec ſemē ex eo quod adhuc nō ſub[illegible]tit emanat. Ergo ī primo rerū ortu ītelligamus cum cæteris animantibus: quæ ſolo ſemine naſcuntur: de quibus non ambigitur: quin prius fuerint: q̄ ſemen ſuum: aues quoque opifice natura [illegible]tiſſe perfectas. Et quia uis generandi inſerta ſit ſingulis: ab his iam procedere naſcendi modos quos ꝓ diuerſitate animantiū natura uariauit. Habes Euangele utrobiq; quod teneas: & diſſimulata pauliſper irriſione tecum delibera quid ſequaris. Et Euangelus: Quia ex iocis ſeria facit uiolentia loquendi: hoc mihi abſoluatis uolo: cuius diu me exercuit uera deliberatio. Nuper enim mihi de tiburti agro meo exhibiti ſūt apri: quos obtulit ſilua uenantibus. Et quia diutine continuata uenatio ē: perlati ſunt alii interdiu noctu alii. Quos perduxit dies: integra carnis incolumitate durarunt: qui uero per noctem lunari plenitudine lucente portati ſūt: putruerunt. Quod ubi ſcitum eſt: qui ſequenti nocte deferebāt: infixo cuicunque parti corporis acuto æneo apros carne integra pertulerunt. Quæro igitur: cur noxā quam pecudibus occiſis ſolis radii nō dederunt: lunare lumen effecerit? Facilis eſt inquit Diſarius & ſimplex iſta reſponſio. Nullius enim rei ſit alquando putredo: niſi calor humorque conuenerint. Pecudum autē putredo nihil aliud ē: niſi cum defluxio quædam latēs ſoliditatem carnis in humorem reſoluit. Calor autem ſi temperatus ſit & modicus: nutrit humores: ſi nimius exſiccat: & habitudinē carnis extenuat. Ergo

de corporibus enectis ſol ui maioris caloris haurit humorē: lunare lumen in quo eſt manifeſtus calor: ſed occultus tepor magis diffundit humecta. Et inde ꝓuenit iniecto tepore & aucto humore putredo. His dictis Euſtachium Euangelus intuens: ſi rationi dictæ aſſentiris ait: annuas oportet: aut ſi ē quod moueat proferre non pigeat: quia uis ueſtri ſermonis optinuit: ne inuita aure uos audiā. Omnia īquit Euſtachius a Diſario & luculente & ex uero dicta ſunt. Sed illud preſſius ītuendū eſt: utrum menſura caloris ſit cauſa putredinis: ut ex maiore calore non fieri: & ex minore ac temperato prouenire dicatur. Solis enim calor qui nimium feruet: quando annus in æſtate eſt: & hyeme tepeſcit: putrefacit carnes æſtate non hyeme. Ergo nec luna propter ſūmiſſiorem calorē diffūdit humores. Sed neſcio quæ ꝓprietas quam græci ἰδίωμα uocāt: & quædam natura ineſt lumini quod de ea defluit: quæ humectet corpora: & uelut occulto rore madefaciat: cui admixtus calor ipſe lunaris putrefacit carnē: cui diutile fuerit infuſus. Neq; enī omnis calor unius ē qualitatis: ut hoc ſolo a ſe differat: ſi maior mīorue ſit. Sed eſſe ī igne diuerſiſſimas qualitates nullam ſecum habentes ſocietatem rebus manifeſtis probatur. Aurifices ad formandum aurum nullo niſi de paleis utuntur igne: quia cæteri ad producendam hanc materiam inhabiles uidentur. Medici in remediis concoquendis magis ſarmentis: q̄ ex alio ligno ignem requirunt. Qui uitro ſoluendo firmandoque curant: de arbore: cui myricæ nomen ē: igni[illegible] eſcam miniſtrant. Calor de lignis oleæ: cū ſit corporibus ſalutaris: pernicioſus eſt balneis: & ad diſſoluendas iuncturas marmorum efficaciter noxius eſt. Ergo non mirum: ſi rationem proprietatis quæ ſingulis ineſt: calor ſolis arefacit: lunaris humectat. Hinc & nutrices pueros alentes operimentis obtegūt: cum ſub luna prætereūt: ne plenos ꝑ ætatem naturalis humoris amplius lunare lumen humectet: & ſicut ligna uirore humida accepto calore curuātur: ita & illorum membra contorqueat humoris adiectio. Hoc quippe notum eſt: quia ſiquis diu ſub luna ſōno ſe dederit: ægre excitatur: & proximus fit inſano pondere preſſus humoris: qui in omne eius corpus diffuſus atque diſperſus ē proprietate lunari: quæ ut corpus infundat ōes eius aperit & laxat meatus. Hīc ē ꝙ Diana: quæ luna eſt: ἄρτεμις dicit̄: quaſi ἀερότεμις: hoc ē aerem ſecans. Lucina a parturientibus īuocat̄: quia proprium eius munus eſt diſtendere rimas corporis: & meatibus uiam dare: quod eſt accelerando partu ſalutare. Et hoc eſt quod elegāter poeta Timoteus expreſſit.

Nec minus circa īanima lunæ ꝓprietas oſtenditur. Nā ligna quæ uel iā plena uel adhuc creſcente deiecta ſunt: inepta ſunt fabricis quaſi emollita per humoris conceptionem. Et agricolis curæ eſt frumenta de areis

non niſi luna deficiente colligere:ut ſicca permaneant. Contra quæ hu-
mecta deſideras: luna creſcente conficies. Tunc & arbores aptius ſeres:
maxime cũ illa ē ſuper terrã:qa ad ĩcreméta ſtirpiũ neceſſariũ ē humoris
alimentum. Aer ipſe proprietatem lunaris humoris & patitur & ꝑdit.
Nam cum luna plena eſt:uel cum naſcitur:& tunc enim a ꝑte:qua ſur-
ſum ſuſpicit plena ē: aer autem in pluuiã ſoluit᷑: aut ſi ſydus ſit multũ
de ſe roris emittat. Vnde Alcman lyricus dixit: rorem aeris & lunæ
filium. Ita undique uerſum probatur:ad humectãdas diſſoluendaſque
carnes ineſſe lunari lumini proprietatem:quam magis uſus q̃ ratio de-
prehendit. Quod autem dixiſti Euangele de acuto æneo (ni fallor)con-
iectura mea a uero non deuiat. Eſt enim in ære uis acrior quam græci
ſtipticam uocãt. Vnde ſquamas eius adiiciunt remediis:quæ cõtra ꝑni-
ciem putredinis aduocãtur. Deinde qui ĩ metallo æris morantur: ſemꝑ
oculorum ſanitate pollent. Et quibus ante palpebræ nudatæ fuerãt:illic
conueſtiuntur. Aura enim quæ ex ære procedit:ĩ oculos incidens:haurit
& exſiccat quod male influit. Vnde & Homerus modo:

has cauſas ſecutus appellat. Ariſtoteles uero auctor eſt:uulnera quæ ex
æreo mucrone fiunt:minus eſſe noxia q̃ ex ferro:faciliuſq; ie curari:quia
ineſt inquit æri uis quædam remedialis & ſiccifica: quam demittit in
uulnere. Pari ratione ĩfixum corpori pecudis lunari repugnat humori.

MACROBII AVRELII THEODOSII VIRI CONSV-
LARIS ET ILLVSTRIS SATVRNALIORVM LIBRI IM-
PRESSI VENETIIS OPERA ET IMPENSA NICOLAI
IENSON GALLICI. M. CCCC. LXXII.

[illegible] meu [illegible] maravilhosos e es[illegible]
[illegible] desrobo · car[illegible] sel nõ fosse [illegible]
[illegible] en todolos outros senpres · [illegible]
esto [illegible] anos nõ acaesçe · p[illegible] eu [illegible]
[illegible] cavo enseu en comedante [illegible]
faça [illegible] cousa q̃ [illegible] voso comendamento [illegible]
sello · Rei [illegible] caldoines [illegible]
[illegible] dese [illegible] maest[illegible]
[illegible] en esta mentenha no [illegible]
[illegible] omẽ [illegible] mas [illegible] unda [illegible]
[illegible] batigar [illegible] lauar [illegible]
[illegible] filar [illegible] q̃ [illegible] linpho. [illegible]
[illegible]
[illegible] lalel dise aos seus · senpra fiz[illegible]
[illegible] cavaleiros [illegible] q̃ estava [illegible]
[illegible] deseo q̃ este [illegible]
[illegible] sellados [illegible] assi como eu q̃ro [illegible]
[illegible] batigado [illegible]
[illegible] fiue · Elles [illegible]
[illegible] separa [illegible]
[illegible] · Sen[illegible] caldoines [illegible]
[illegible] fo[illegible] [illegible]
assi com[illegible] [illegible]
[illegible] · El Rei [illegible] com [illegible] com fil[illegible]
[illegible] [illegible] q̃ [illegible]
[illegible] dant[illegible] [illegible]
Elles [illegible] os [illegible]
dos os [illegible] e conde[illegible] como [illegible]
[illegible] foy [illegible] achrei lalel · faz[illegible]
[illegible] todos seus [illegible]
[illegible] [illegible] vino [illegible]
[illegible] · orgulhosamente [illegible] en sinal [illegible]
[illegible] · el Rei [illegible]
[illegible] das [illegible] · [illegible]
[illegible] q̃ no [illegible] en[illegible]
[illegible] logo se [illegible] [illegible]
[illegible]